CATALOGUS

CODICUM ARABICORUM

Bibliothecae Academiae Lugduno-Batavae.

CATALOGUS

CODICUM ARABICORUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE.

EDITIO SECUNDA

AUCTORIBUS

M. J. DE GOEJE ET M. TH. HOUTSMA.

VOLUMEN PRIMUM.

LUGDUNI BATAVORUM
APUD E. J. BRILL.
1888.

PROLOGUS AD EDITIONEM PRIOREM.

»Bibliothecae Codicum Orientalium Lugduno-Batavae praestantia inter Belgas exterasque nationes ab aevo summis laudibus celebrata est, eaque ab omnibus eruditis inter maxima hujus Academiae ornamenta merito censetur. Nam licet illam nonnullis illustrissimis Bibliothecis, Parisiensi, Oxoniensi aliisque librorum numero inferiorem esse fateamur; at Codicum tamen et veterum et rarissimorum, et in omni denique disciplinarum genere summo cum studio conquisitorum varietate adeo instructa est, ut hac in parte, quae istam superent, nullae, quae aequent, paucae esse videantur" [1]).

›Singulorum horum Codicum historia deficientibus documentis adeo obscura est, ut, quum plurimorum fata prorsus ignorentur, perpauca tantum, ad unum alterumve Codicem spectantia, enarrari possint. Haec tamen quamvis pauca, maximam partem ex epistolis Golianis desumta, pretio suo non prorsus carere arbitror, et gratius literarum Orientalium cultoribus fore suspicor, si fragmentaria quaedam quam si nihil accipiant. De Hebraeis Codicibus, in Bibliotheca seorsum positis, non agam; horum enim Catalogum conficere nec Hamakero, nec Weijersio, nec mihi propositum fuit; quem laborem, absoluto reliquorum Orientalium Codicum Catalogo, docto Judaeo demandari, quod jam suasit Weijersius, utilissimum erit [2]).

Codices Orientales, in Bibliothecam primi illati, sunt ex Legato

1) Sunt verba Hamakeri initio Praefationis *Speciminis Catalogi.*

2) Anno 1854 Juynboll, Interpres legati Warneriani, Curatoribus commendavit hunc laborem committere viro doctissimo M. Steinschneider. Catalogus ab eo factus prodiit anno 1858. d. G.

Josephi Justi Scaligeri, qui anno 1609 diem supremum obiit. In pluteis nostris collocati sunt post Golianos, eorumque series est inde a n. 212 usque ad n. 268. Haud ita multos bonae notae libros continet Legatum Scaligeri, qui Codices suos, partim ex Oriente, partim ab amicis Europaeis acceperat.

Accesserunt deinde multi praestantes Codices, a Golio in Africa, Asia et Constantinopoli coëmti. Jacobus Golius [1], anno 1596 Hagae Comitum natus e gente Leidensi antiqua et nobili [2], Erpeniique institutione linguarum Orientalium cognitione imbutus, Marochium se contulit anno 1622 una cum legato ab Ordinibus Generalibus misso [3], hortante Erpenio qui, ut verbis Gronovii

---

1) Omnia fere quae de vita Golii innotuerunt, continentur oratione, lectu dignissima, Jo. Frid. Gronovii, c. t. *Laudatio funebris Iac. Golii*, Lugd. Bat. 1668; ex quo libello pleraque hausta sunt quae de Golio leguntur in Baylii *Dictionnaire historique et critique*, et in opere c. t. *Biographie universelle* (cujus articulus de Golio Sacyum habet auctorem).

2) „Priscae simplicitatis rhythmus olim canitur," ait Gronovius (p. 6), „fuisse tempus indicans, quo salus hujus urbis tribus familiis accepta referretur."

Soo daer niet waren de Goolen, de Coolen en de Garbijnen,
De Stadt Leyden die soude verdwijnen.

3) Gronovius et Colomiés, *Mélanges historiques*, cujus verba jam citarunt Morerius et Baylius. In nullo ex libris nostris historicis mentio est hujus legationis Marocanae. Eodem quidem anno 1622 Cornelius Pijnacker, juris professor Groninganus (de quo vid. *Effigies et vitae professorum Academiae Groningae*, Gron. 1654, p. 63 sq.; *Alma Acad. Leid.* p. 103 sq.; *Fortsetzung und Ergänzungen zu Jöchers Gelehrten Lexicon*, VI, col. 1083), ab Ordinibus missus est Algerium et Tunetum (vid. *Resolutiën van Holland*, 12 Mei 1622, p. 93, et imprimis Aitzema, *Saken van staet en oorlogh*, I, 148 sqq., qui multa et notabilia de hac legatione memoriae prodidit); sed Pijnackerum Golius comitatus non est. Statuit hoc quidem Nobil. Collot d'Escury (*Holland's roem in kunsten en wetenschappen*, III, Aanteekeningen, p. 382), sed quominus hanc sententiam amplectamur obstant haec: non apparet, Golium illo tempore aut Algerium, aut Tunetum accessisse, nec apparet, Pijnackerum Marochium adiisse; itaque alter alterum non comitatus est; certum est praeterea ex Aitzemae accuratissima narratione, Pijnackerum in patria fuisse reducem mense Aprili anni 1623 (v. Aitzema, p. 150 col. 2), quum contra epistola, ad Golium data et a me (Catal. p. 161 sq.) edita, Golium adhuc die 28 Februarii anni 1624 in oppido Saffi commorasse ostendat. Dubium tamen non est quin Golius *cum legato* (cujus nomen ignoro) Marochium profectus sit; patet hoc ex epistola Arabica quam infra dabo. [Nomen hujus legati fuisse Albert Ruijl probavit Doct. M. Th. Houtsma in dissertatione utilissima c. t. Uit de oostersche correspondentie van Th. Erpenius, Jac. Golius en Lev. Warner. Eene bijdrage tot de geschiedenis van de beoefening der Oostersche letteren in Nederland. (Uitgegeven door de K. Akad. v. Wetensch. te Amsterdam. 1887), p. 26. d. G.]

utar, »intellexerat unum sibi deesse, quod terras, in quibus viget atque in usu habetur Arabismus, non incoluisset, non accessisset." Golius, »cum praecipuis" (sunt verba Gronovii) »et in aula et per collegia sapientum viris congressus, et ab iisdem, quod suarum rerum partim jam egregie scientem partim belle curiosum viderent, hilare et amanter acceptus, librosque complures adeptus in Europa nondum visos," plerumque degisse videtur in oppido Saffi, in litore Oceani Atlantici sito. »Nactus regni et Marocensis et Fessani annales antiquos," — librum Ibn-abî-Zeri vult Gronovius, quem, a Cl. Tornberg editum, *al-Kartâs* appellare solemus cujusque exemplar exstat revera inter Golianos Codices — »ad eorundem translationem animum adjecit, simulque quae posteriorum temporum essent, ut Seriforum originem, vitas, res gestas, et in his plurima minime antehac cognita collegit adeo diligenter, ut in magnam molem excreverint." Codices illi Marocani, a Golio suo sumtu collecti et postea pro nostra Bibliotheca emti, pretiosissimis rarissimisque quos hic habemus annumerandi sunt, singulorumque historia illustratur ex fasciculo epistolarum Golianarum, de quo Reiskius [1]: »Habuit quoque idem Jo. Heymannus volumina duo [2]) epistolarum varii generis, praesertim Turcicarum et Arabicarum, quas ad se scriptas Erpenius et Golius ex Oriente acceperant. Multum laboravi ut eas nanciscerer. Sed ab hodierno possessore, qui uti thesauro suo nequit, impetrare non potui." Hoc epistolarum volumen, ex Bibl. Schultensiana emtum, nunc Codicibus nostris Orientalibus adjunctum est, numero 1228 insignitum, hujus Catalogi (I, p. 161) n. CCLXXVII [3]).

Anno 1624 Golius in patriam rediit. Erpenio mox pestilentia contacto, »Jacobus Golius, contagionis metu amoto, ex ore dilecti praeceptoris, quid de imperfectis operibus suis fieri vellet, excepit; neque officii quicquam omisit, quod parenti suo praestare quisquam

1) *Prodidagmata*, p. 233.

2) Nunc unum est volumen.

3) Epistolas, quas speciminis instar hic inseruit Dozy, omisi, quippe denuo cum versione et notis editas a Doct. Houtsma l.l. p. 28—33. Illa quae speciminis instar data fuit in descriptione Codicis 1228 (Catal. I, p. 161, hujus editionis p. 203) legitur apud Houtsma p. 24 seqq. Nomen auctoris priorum etiamnunc latet, sed secundum Houtsma p. 33 erat Judaeus Hispanicus qui in Marochiam refugerat. d. G.

potuisset [1])." »Erpenius inter suprema mandata et cygneas cantiones ut unico cathedra sua digno successori suffragatus est: qui nos ordinant, nihil contationis interposuerunt, Jacobum Golium Arabicae Linguae Professorem declararunt [2])."

Reliquerat Erpenius libros nonnullos, cum arte tum manu exaratos, quorum Catalogus Orationi adjunctus est, statim ab Erpenii exsequiis a Gerardo Joanne Vossio in auditorio theologico habitae. Arabici Codices numero erant 41, Persici 10, Turcici 5 (quibus alii quidam libelli accedunt), Syriaci 7, Indici, Chinenses et Aethiopici 11. Hanc supellectilem literariam Academiae servare cupiebat Golius. Curatoribus itaque declaravit, se docendi munere fungi non posse, nisi libris tam arte quam manu exaratis instructum, ab Erpenio summo cum studio et magnis sumtibus comparatis; inter Erpenii suprema mandata hoc fuisse uxori datum, ut Academiae Curatores reliquis emturis praeferret; addebat, exteros mercatores libros illos pro Pontificis Romani Nuntio emere se velle professos esse, verum Erpenii viduam illos Curatoribus vendere malle, et 4000 florenos poscere, pecuniae summam qua ipse Erpenius libros aestimaverat, quamque ita solvi optabat vidua ut mille floreni statim, reliqui deinde, et quidem milleni quotannis per tres annos continuos solverentur. Curatores libros emere haudquaquam recusarunt, at deërat pecunia. Tandem quum commissi, qui dicebantur, consiliarii Ordinum Hollandiae et West-Frisiae timerent ne libri in exteras deferrerentur regiones, Curatoribus libros emendi veniam dederunt, »ut Universitatis splendor ac fama conservaretur," statutumque est ut mille floreni statim ex aerario publico solverentur, reliquorum autem 3000 florenorum alteram partem solveret aerarium publicum, alteram Academia [3]).

---

1) Sunt verba Ger. Jo. Vossii in Oratione in obitum Erpenii, Lugd. Bat. 1625.

2) Verba Gronovii.

3) *Extract uit de Resolutiën van de Heeren Gecommitteerde Raden van de Staten van Holland ende West-Vriesland, van dato den* 17 *Mei* 1625. [Codices Erpenianos *non* pro nostra Bibliotheca esse emtos, et se nescire cur hoc factum non sit, testatur Siegenbeek, *Geschiedenis der Leidsche Hoogeschool*, II, p. 13. Est annotatio Dozyi in Emend. ad Catal. V, p. 135 ed. prioris. Quaenam hujus rei fuerit causa docuit Houtsma l.l. p. 11 secundum acta Curatorum, e quibus patet non tantum actum fuisse de Erpenii Codicibus, sed *imprimis* de typographia Erpeniana quam postea

Putaveris itaque omnes Codices Erpenianos in nostra Bibliotheca asservari, Golianis admixtos; sed collato Catalogo, Vossii orationi subjuncto, contrarium apparet. Desideramus v. c. duo exemplaria al-Djauharî Lexici, alterum Bagdâdi exaratum anno Hidjrae 673, alterum quatuor (quorum secundum deërat) voluminibus in 4° constans; desideramus porro septem volumina Historiae Universalis a Mirkhondo conscriptae, versionem Turcicam at Tabarî, verbo, omnes Codices qui alicujus erant pretii. Nonnulli Codices Erpeniani (si non omnes) in Bibl. Cantabrigiensem, nescio quomodo, immigrarunt. In illa enim asservatur exemplar Dîwâni Amro-'l-kaisi, quod, teste Reiskio in Prologo ad Tharapham (p. XXVI), olim Erpenii fuit; in eadem bibliotheca asservatur exemplar Historiae Ibn Batrîki, ad cujus calcem adjectus est liber de Siciliae Historia, a Gregorio editus (cf. de hoc libro auctores laudati a César Famin, *Invasions des Sarrazins en Italie*, I, p. 166 sq.), qui in Erpenii Catalogo sic describitur: »Historia Ecclesiastica Saidi fil. Patrici Patriarchae Alexandrini, à conditu mundi, ad ejus usque tempora; id est annum Christi 940. in 4. *Cuique annexus est* Ejusdem [falsum est hoc] liber de rebus Siciliae, postquam a Saracenis capta est. 4."

Mox Golius a Curatoribus petiit ut sibi iter in Orientem suscipere permitterent. Non tantum data est haec venia, sed praeterea statutum est ut annuum professoris stipendium ei in itinere versanti solveretur. Die itaque 13 mensis Novembris anni 1625 valedixit Curatoribus et Burgomagistris [1]), a quibus, Halebi quum esset, veniam petiit libros quosdam Orientales rariores sumtu Universitatis emendi. Sumtibus nimis parcentes [2]), concesserunt ei Curatores 1200, aut 1500, aut maximum 2000 florenos libris emendis impendendos [3]). Unam epistolam inveni, Halebi scriptam, in qua

---

Elzevieri emerunt. Quum enim constaret hanc supellectilem in urbe Leidae mansuram esse, nulla amplius erat causa quare ex aerario publico vel academico magni illi sumptus essent faciendi. Sed pecunia semel concessa mox ex parte Golio data est ut in Oriente libros coëmeret. d. G.]

1) *Resolutiën bij Curateuren ende Burgermeesteren genomen op den* 13 *Nov.* 1625.

2) Nescio quomodo Gronovius (p. 16) dicere potuerit: »in libros insignes emendos *opulentus* sumptus decretus:" etenim ex documentis contrarium patet.

3) Dezelfde Resolutiën, 10 Aug. 1626.

de nonnullis Codicibus sermo est. Conscripta est a Golio charactere *neskhî* et in parte aversa exstat eodem charactere exaratum responsum Derwîschi Ahmed [1]).

Per unum annum et dimidium Golius Halebi commoratus est. Deinde »Antiochiam aliasque Syriarum civitates aditas contemplatus et Turcarum adversus Persas promota castra in Mesopotamiam usque comitatus est. Phylarchi et reguli Arabum admiserunt eum familiariter, et ob medicinae experimenta [2]) suspexerunt, quodque mercedes recusaret, donis plurimis et pretiosis affecerunt; majoribus, ut secum maneret, sollicitarunt [3]).'' Asia minori peragrata, Constantinopoli apud Cornelium Hagam, Ordinum legatum, consedit; »incidit pestilentia: simul cum legato in Asiam transiit, Praefecto orae Propontidos amoenissimos hortos cum amplissima bibliotheca eis cedente: in quo secessu in Historicorum et Geographorum Arabum scripta aut ignorata adhuc aut inevoluta se ingurgitavit.'' In patriam rediit mense Novembri anni 1629 [4]). Die enim 21 Novembris Curatoribus tradidit Catalogum librorum a se in Oriente coëmtorum. »Optime sane,'' sunt verba Hugonis Grotii in epistola Lutetiae d. 16 Sept. 1630 ad Nicolaum Peirescium data [5]), »de literis Orientis meretur Golius, qui tantam nobis librorum supellectilem inde attulit, et laudabili audacia multo plus impendit, quam fuerat imperatum.'' Etenim praeter 2000 florenos quos impendendos ei permiserant Curatores, 1195 insuper florenos et octo stuveros erogaverat; quam pecuniae summam ei restituerunt Curatores eique insuper, ut bene de literis merito, 1200 florenos dono dederunt [6]).

Inter libros a Golio hoc itinere in Oriente et antea in Africa (hi enim etiam cum reliquis a Curatoribus emti sunt) coëmtos,

---

1) Epistolam et responsum denuo edidit Houtsma p. 48 seqq. quapropter h. l. omitti posse censui. d. G.

2) Arti quoque medicae operam dederat Golius; cf. Gronov. p. 10.

3) Gronovius p. 17.

4) Golium jam veris tempore rediisse, ostendit Houtsma, p. 47 ann. 1. d. G.

5) Grotii *Epist.* p. 90 b. Hunc locum illumque quem infra ex *Epistolis Gothanis* citabo, debeo benevolentiae venerandi senis H. W. Tydeman, viri clarissimi, qui patris sui annotationem ad Saxii *Onom. Liter.* mecum communicavit.

6) Resolutiën van Curatoren, 21 Nov. 1629.

quorum Catalogum anno sequenti (1630) edidit, prae caeteris eminet Jâcuti Magnum Lexicon Geographicum, saepe ab ipso Golio cum in Lexico Arabico tum in notis ad al-Fargânîum laudatum, et quo sine dubio usus erat ad componendum Lexicon, quod inchoaverat, »geographicum et historicum, in quo omnia locorum et hominum per Orientem nomina explicarentur [1])"; maximo tamen cum dolore hoc addo, hunc librum hic non amplius asservari. In primo Catalogo librorum »quos ex Oriente nuper advexit, et in publica Bibliotheca inclytae Leydensis Academiae deposuit" Golius, nominatur (p. 1): »Thesaurus Geographicus Jacuti Alhamavi, vol. IV;" in secundo Golii Catalogo n. 39 in folio est: »([2] مجمع البلدان لياقوت الحماوى. Thesaurus Geographicus Jacoti Hamataei, tomis 4," et eadem prorsus verba leguntur adhuc in Catalogo Bibliothecae publicae anni 1674, ubi Jâcuti opus est n. 40 in folio. Sed in Catalogo anni 1716 hic liber notatus non est; jam tunc itaque in Bibliotheca nostra desiderabatur. Res mira; nam Curatores certò certius est librum omnium illorum qui a Golio coëmti essent praestantissimum, non vendidisse. Quis itaque hunc Codicem, thesauris nostris jam adjunctum, ex Bibliotheca subripuit, et ubinam terrarum nunc servatur? Respondebo quamquam invitus, nam Golii in literas Orientales nostramque Bibliothecam merita maximi facio. Hoc praemonere debeo, ex Catalogo, anno 1674, septem annis post Golii mortem, edito, non confici posse, Jâcuti librum illo anno adhuc in Bibliotheca nostra adfuisse; nam, ut jam monuit Cl. Weijers [3]), Catalogus anni 1674, quantum ad Golianos libros attinet, fere nuda est repetitio Catalogi Goliani; fieri itaque potest ut jam anno 1674 liber desideraretur, nesciente Bootsio, Catalogi auctòre, qui Catalogum Golianum ipsis libris fortasse non inspectis denuo excudi curavit.

Tria exemplaria operis Jâcuti in Europa adsunt. Havniensis Bibliotheca possidet exemplar duobus spissis voluminibus compactum, et Bibliotheca Musei Asiatici Petropolitani habet exemplar

---

1) Gronov. p. 20 sq.

2) Pro مجمع legendum est معجم.

3) *Orient.* I, p. 300.

itidem duobus constans voluminibus. Utrumque itaque vel ob voluminum numerum diversum a Goliano esse censendum est; Petropolitanum praeterea recentissimum est, anno demum 1809 exaratum [1]). Unicum quod restat exemplar est Oxoniense, et jam statim animum advertit, hoc, ut Golianum, quatuor voluminibus formae maximae constare (Urii Catal. 928, 929, 932 et 933); sunt nempe quatuor postrema operis volumina; primum deëst. Scriptum est annis 1471 et 1472 p. Chr. Venit in Bibliothecam Bodleianam ex Legato Narcissi Marsh, Archiepiscopi Armachani [2]). Marshio autem exemplar nostrum a Golio esse venditum, quum Codicis pretium a Curatoribus jam accepisset, statuere non auderem, nisi in Bibliotheca Bodleiana alios quoque Codices ex Marshii Legato oriundos vidissem, qui, ut ex adjecta annotatione mihi patuit, antea Golii fuerant [3]); nec aliter explicare possum quo modo Codex Jâcuti ex nostra Bibliotheca evanuerit et in Marshii possessionem devenerit. Quodsi anno 1674 adhuc in pluteis nostris aderat, non Golius accusandus est, sed alius, nescio quis; sed certa mihi est persuasio, Codicem qui nunc Oxonii servatur, nostrum esse [4]).

---

1) V. Frähn, *Ibn-Foszlan's Berichte über die Russen älterer Zeit*, p. XLVI sq.

2) De Narcisso Marsh cff. loci laudati in Indice ad secundum volumen operis Woodii, c. t. *Athenae Oxonienses.*

3) Golium omnes suos Codices Bibliothecae nostrae non vendidisse, patet e. g. ex epistola Jobi Ludolfi, literarum Aethiopicarum studio clarissimi, die 8(18) Martii anni 1650 ad Jo. Ernestum Gerhardum data (in *Clar. virorum Epist. CXVII e Bibl. Gothanae autographis*, cum praef. Cypriani), in qua Ludolfus dicit "delicatiores Hollandos libros suos aegre ab aliis contractari pati;" quibus addit haec: „De D. Golio notum tibi esto, illum manuscriptos suos nemini fere commodare solere. Ego, quamvis ipsi diu notus, vix Psalterium Arab. Mss. impetravi: domi tamen suae libros suos aliis inspicere permittit. Unde tibi longo tempore et labore, multo etiam cultu et obsequio opus erit, donec librum quendam ab ipso petere audeas."

4) In Emend. ad Catal. V, p. 136 seq. Dozy sequentia annotavit: „Haec de Codice Jâcuti scribens, nondum cognoscebam Catalogum librorum manu scriptorum Golii, qui anno 1696 venditi sunt. Etenim tunc hoc libello rarissimo carebat nostra Bibliotheca quem demum anno 1866 acquisivit. [Titulus est: Catalogus insignium in omni facultate, linguisque, Arabica, Persica, Turcica, Chinensi etc. librorum MSS. quos Doctissimus Clarissimusque Vir D. Jacobus Golius, dum viveret Mathesios et Arabicae Linguae in Acad. Lugd. Batav. Professor Ordinarius, ex variis Regionibus magno studio, labore et sumptu, collegit. Quorum auctio habebitur in Aedibus Johannis du Vivie, Bibliopolae. Ad diem XVI. Octobris St. Novo, ad

Lugduni Batavorum quum duplici docendi munere, linguarum scilicet Orientalium et Matheseos, fungeretur Golius, nonnulla opera, ad hanc potissimum disciplinam pertinentia, sibi describi curavit. Jam in Africa libros quosdam, unum v. g. de arte medica, c. t. الكتاب المستعيني, quem possessor vendere nolebat [1]), describendos curaverat; idem officium Halebi demandaverat eidem Derwîscho Ahmed cujus epistolam supra edidimus. Hic in Golii usum descripsit librum quintum, sextum et septimum Tractatus Apollonii de conis, a Thâbit ibn-Corrah Arabice versi; apographum absolvit, ut ipse in subscriptione testatur (habemus enim illud, numero 14 signatum, in quo Codice hoc opus primum tenet locum), feria sexta, die 15 mensis Dhu-'l-hiddjah anni 1036, i. e. die 27 mensis Augusti anni 1627, quo tempore Golium Halebi commorasse supra vidimus. Amstelodami autem duo erant Arabes Christiani, ar-Râwî (الراوي) [2]) et Nicolaus, Petri filius,

---

punctum horae nonae. L. B., apud Joannem du Vivie, 1696]. Patet ex illo, ut etiam vidit Cl. Gildemeister, qui hac de re ad me literas dedit, quid Jâcuti Codici acciderit. Eo scilicet tempore quo Golius diem supremum obiit, i e. anno 1667, erat in hujus aedibus; mansit ibi, ipsius Codicibus intermixtus, donec Golii Bibliotheca, 29 annis post, venderetur, quo tempore et ipse venditus est, nam in Catalogo modo laudato legitur p. 2, inter libros in folio: كتاب الثالث من معجم البلدان, et tum enumerantur volumen tertium, quartum et quintum ejusdem operis. Culpa igitur incumbit iis qui tunc Bibliothecae praeerant, quique curare debuissent ne liber, qui emtionis jure in nostram Bibliothecam devenerat, venderetur. Sed tunc temporis nemo in nostra urbe erat, literarum Arabicarum vel mediocriter peritus. Haec enim studia, inde a Golii morte usque ad adventum Alberti Schultensii, i. e. ab anno 1667 usque ad annum 1729, neglecta jacuerunt [Cf. Siegenbeek, *Geschiedenis der Leidsche Hoogeschool*, I, p. 254 sq.]; unde etiam explicandum, quod ex ditissima illa collectione Goliana nihil pro nostra Bibliotheca emtum sit. Optimi et rarissimi Codices Goliani nunc sunt in Biblioth. Bodleiana, veluti Dîwân al-Farazdaki (p. 10, n° 20), Ibn-Haiyân (p. 14, n° 73), Ibn-Bassâm (p. 11, n° 35), Ibn-Çâhib aç-Çalât (p. 11, n° 34). R. D.

Ceterum Codicem Bodleianum Jâcuti olim Golii fuisse, jam testatur Gagnier in opusculo de Codd. geographicis Bibl. Bodl., Ms. Bodl. 263 (4) Nic. (Catal. II, p. 232). Conf. porro de hac re quae scripsit Doct. Houtsma l. c. p. 54. d. G.

1) Dozy minus recte interpretatus est locum in epistola quam ipse edidit in Catal. I, p. 161 seq, Houtsma p. 28. Nam Codex libri *al-Mosta'înî* quem Golius obtinuit, nunc Cod. Arab. 15, est valde antiquus, nisi quod partes deperditas supplevit manus recentior, jussu, ut probabile est, ipsius Golii. d. G.

2) Dozyum hic errasse luculenter demonstravit Houtsma p. 80. Intelligitur enim vir notissimus Christianus Ravius (Rau), qui Nicolaum secum ex Oriente Amstelodamum allexerat promissis quae redux explere non poterat (Houtsma p. 84). d. G.

quibus ad libros describendos usus est Golius. Ex Nicolai epistolis, Golianarum epistolarum collectioni insertis, apparet, duos illos viros, Nicolaum et ar-Râwî, infesto satis animo inter se fuisse. Describendum iis tradiderat Golius Apollonii exemplar (utrum apographum a Derwîscho Ahmed factum an alium Codicem, nescio); at in epistolis Nicolaus de ar-Râwîo queritatur, *mendaciorum aerario*, خزانة الكذب (sic eum appellat)[1], Codicem legere nescienti, sed nihilominus contendenti, se Nicolao in Codice describendo opem ferre. Ubinam hoc apographum nunc servetur, nescio[2]; sed habemus alia apographa, facta a Nicolao, qui saepe Lugdunum Batavorum se contulit ut Golium; quo familiariter utebatur[3]) quique in lingua Latina addiscenda eum adjuvabat[4], visitaret. Opera, a Nicolao in usum Golii descripta, continentur Codice 14. Pleraque eorum mathematici sunt argumenti, quumque inter ea inveniantur quae unica sunt in Europa, Golio Codicem unum pluresve commodatos esse ab Orientali quodam viro suspicor, quos, quum venales non essent, in Orientem remisit. Nicolaus ille, ut epistola docet, in usum Golii descripsit etiam librum Arabicum c. t. نصيحة الملوك, quem hic non habemus, sed Nicolai apographum servatur, ni fallor, in Bibliotheca Ultrajectina[5]; affirmat praeterea se in Golii usum descripsisse الضميري, quem ad-Damîrîi librum de animalibus esse suspicor, promittitque opportuno tempore se descripturum رسالة اهل قبرص.

Libri Goliani primum locum tenent in nostra Bibliotheca (1—211 quibus addendus Cod. 1221 (*al-Fihrist*) qui Heymanni tempore pone reliquos Codices latuisse videtur); sequuntur Scaligeriani (212—268) et magna illa Collectio, Legatum Warnerianum dicta (269—1199).

---

1) Houtsma p. 92 خزانة الكذب. d. G.

2) Nunc in Bibliotheca Bodleiana (v. Houtsma p. 85). d. G.

3) In epistola quadam salutem mittit Golii uxori liberisque, Idae, Theodoro et Matthiae.

4) Petit a Golio Moslimorum historiam (تاريخ المسلمين), Arabice et Latine scriptam, ut inde vocabula discat Latina. Liber ille Elmacini videtur historia, ab Erpenio edita.

5) Est ibi Cod. 38 (v. Catal. Leid. 1a edit. V, 272). d. G.

Levinus Warner Golii erat discipulus. Anno 1644 Constantinopolin profectus est [1]), et quum anno 1655 Ordinum Generalium Minister Constantinopolitanus mortuus esset, cui nomen Gisberti, ei successit Warnerus, »vir doctus, in ea urbe degens ut linguas Orientales addisceret" [2]). Quo modo singulos Codices nactus sit Warnerus declarare non possum, nam nihil hac de re annotatum reperi [3]); emisse illos videtur a bibliopolis Constantinopolitanis; qua in re eum indefessa diligentia versatum fuisse, nec sumtibus pepercisse ut exquisitam et splendidam supellectilem sibi compararet, ex ipsa collectione satis superque patet, neminemque harum literarum peritum fugit. Optime autem de nostra Bibliotheca et de literis Orientalibus meritus est vir ille pie semper colendus, qui omnes Codices suos Orientales Bibliothecae Lugduno-Batavae reliquit. Libri hic jam aderant ineunte anno 1669 [4]).

Sic igitur saeculo decimo septimo, sexaginta annorum spatio, fere mille et ducenta volumina Orientalia, praeter Codices Hebraeos, in Bibliothecam illata sunt cum Golii diligentia, tum Scaligeri et Warneri liberalitate, »quos si in tot tantisque thesauris Academiae nostrae vindicandis pari studio atque industria secuti essent posteri; nae illa, quam aequi harum rerum arbitri jam inter paucas magnam esse censent, eadem hoc tempore omnium omnino Regina Bibliothecarum Orientalium sine ulla dubi-

---

1) Vide Praefationem ad Warneri opus c. t. *Proverbiorum et sententiarum Persicarum centuria*, anno 1644 editum, quo etiam prodiit *Levini Warneri epistola valedictoria in qua inter alia de Stylo Historiae Timuri*. Scripta est ad quinque juvenes, qui in addiscendis linguis Orientalibus Warneri opera usi erant, et libello adjuncta est „Joannis Schildii ode propemptica ad Levinum Warnerum, iter Constantinopolitanum ingressurum." Gronovius (p. 24) Golium „Warneri absentiam incredibili contentione ac labore propugnasse et nullas pro ea sollicitudines refugisse" affirmat.

2) Sunt verba Aitzemae, *Saken van staet en oorlogh*, III, p. 1172.

3) Unum et alterum de origine Codicum reperit Doct. Houtsma l. c. p. 107 seqq., inter alia, nonnullos oriundos esse e bibliotheca celeberrimi bibliographi Hâdjî-Khalîfa. Plurimos Codices olim fuisse e libris J. van Hill, Warneri fere aequalis, notum est, sed quis hic fuerit et ubi Codices acquisiverit adhuc latet. Vid. Juynbollii annotatio ad Catal. Codd. Hebr. p. XII seqq. et Houtsma l.l. Ipsius Warneri vitam paucis illustravit Doct. W. N. du Rieu in prologo ad „Levini Warneri de rebus Turcicus epistolae ineditae," quas edidit anno 1883. d. G.

4) *Resolutiën van Curatoren*, 1669.

tatione existimaretur" [1]). Per totum enim saeculum decimum octavum, ad annum 1780 usque, numerus Codicum non nisi ad 1221 crevit; tum autem, fere e sola Joannis Jacobi Schultensii privata bibliotheca, tot coëmti sunt ut numerus existeret 1302, qui tandem nostra aetate et quidem recentissimo tempore (fere ab anno inde 1820) diversis opportunitatibus tam insigniter auctus est ut nunc 1634 Codices Orientales, praeter Hebraeos, numerentur. Summopere dolendum est, praeter tria volumina Lexici Biographici c. t. *al-Mokaffâ*, quae ipsius auctoris, al-Makrîzîi, manu exarata sunt et de quibus alibi [2]) retuli, nihil emtum esse ex Bibliotheca Scheidii, amplissima quam homo privatus hisce in terris possederit unquam [3]), et Schultensiana bonorum librorum copia longe ditiori. Sed temporibus patriae calamitosis divendita est, mense scilicet Martii anni 1806, et pecuniae penuria tunc afflicta fuisse videtur Universitas. Postea perpauci libri Scheidiani ex aliis bibliothecis coëmti sunt.

Reliqui Codices aut emtionis jure aut nonnullorum liberalitate Bibliothecae nostrae accesserunt. Sic, ut potiora tantum enumerem, tres (1304—1307) emti sunt ex Bibliotheca Guilielmi Ouseley; 21 (1314—1334) oriundi sunt ex Bibliotheca Societatis Indiae Orientalis; quatuor (1339—1342) dati sunt ab Humberto; sex (1343—1348) emti sunt ex Bibliotheca Schroederi; pulcherrimum Ibn-Khalduni exemplar (1350) Tuneti emtum est anno 1828, Hâdjî-Khalîfae (1370 et 1371) Constantinopoli; quatuor Codices (1389—1392) dati sunt a Cl. Changuion, Professore in Promontorio Bonae Spei; ex Hamakeri Bibliotheca omnia fere coëmta sunt quae alicujus sunt momenti. Accesserunt quoque 82 Codices, Halebi collecti a Nobil. Testa, qui eos Bibliothecae vendidit. Eorum pars (1435—1454) Halebo missa est anno 1837; reliqui (1508—1569) mense Aprili anni 1839 Bibliothecae adjuncti sunt. In his Codicibus, quibus Testae nomen adscripsi, nonnullos esse rarissimos et utilissimos, ex hoc Catalogi volumine satis patere credo. Ex

---

1) Sunt verba Hamakeri in Praef. ad *Spec. Catal.*

2) *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 8 sqq.

3) Hoc minus recte dictum esse, vix opus est ut moneam. Cf. quoque quae scripsit de Jong in Praef. ad Catal. Cod. Or. Bibl. Acad. Reg. p. XII. d. G.

Bibliotheca Palmiana coëmti sunt 29 (1571—1599), tres tantum ex Bibliotheca Sacyana (1603—1605), quoniam Sacyi libri pretii culmen tenuerunt. Pulcherrimum fuit donum Reverendi Hooykaas Herderschee, versio scilicet Persica operis at-Tabarîi, a Balamîo facta, qua aegre carebamus (1612). Addendi denique sunt libri coëmti cum ex Weijersii Bibliotheca, tum in auctione publica, Culemburgi habita mense Sept. anni 1848.

Numerum Codicum Orientalium nunc 1634 esse dixi; quod ita intelligendum est ut Codex ordine ultimus illo numero signatus sit; paucos enim Codices Hebraeos et Occidentales (Russicos v. g. in Legato Scaligeriano), contra morem Arabicis, Persicis, Turcicis caet. adjunctos, aptiori loco collocari curavi; sed, ne confusioni locum darem, numeros non mutavi. Pauci praeterea Codices deperditi sunt. Reiskius, qui ab anno 1738 ad 1746 Lugduni Batavorum commoratus est, Catalogo suo adscripsit, deësse n. 181, 1571 in Heymanni Catalogo, ubi sic (inepte quidem, ut mox videbimus) describitur: »شرح ديوان ابن تميم, Comment. in poëmata Ben Temimi." Codicem deperditum esse censebat cum Hamakerus tum Weijersius. Teneo profugum, cujus fata enarranda sunt.

Quid Codex continuerit, patet quodammodo ex Heymanni Catalogo manu scripto, ubi haec (Cod. 1372, Vol. I, p. 567): »Liber admodum bene et cum omnibus vocalibus scriptus, et ab initio ad finem usque luculentissimis scholiis in margine locupletatus. Incipit sine *besmele* hoc modo: باب الحماسة, et in margine additur: اى فى العنبر. Additur quoque a commentario [sic] in marg. nomen authoris: مازن بن ملك بن عمرو بن تميم هو اخو العنبر بن عمرو ابن تميم etc." Haec tantum Heymannus, ex cujus verbis Cl. Weijers (in annotatione manu scripta ad Reiskii Catalogum), ad indicem, al-Hamâsae editioni Freytagianae adjunctum, provocans, confecit, deperditum Codicem continuisse Dîwânum Mâzinidarum, qui ad Temîmitas pertinebant. Hoc si admittimus, continuisset Codex collectionem antiquorum poëmatum, a poëtis e tribu Mâzin compositorum, librum cujus alterum exemplar in Europa non adesset; rectissime itaque dixisset Weijersius, summopere dolendum esse, talem librum esse deperditum. Attamen minus recte de libri argumento judicasse mihi videtur Vir Clarissimus. Etenim nusquam

me legere memini, antiqua Mâzinidarum poëmata in unum corpus fuisse collecta, et ejusmodi collectio etiam Hâdjî-Khalîfae prorsus incognita fuit, in cujus Lexico bibliographico frustra talem librum quaeris. Praeterea, si verbis, ab Heymanno descriptis, auctor indicaretur, non Mâzinidae, sed ipse Mâzin, a quo Mâzinidae originem ducebant, carminum auctor habendus esset. Offendit vero, nomen poëtae a commentatore contra morem *in margine* esse scriptum, quum Arabes nomina poëtarum, quorum carmina referantur, textui inserere soleant. At illis Codicis verbis non *poëta* indicatur, sed *tribus genealogia* explicatur. Certum mihi videtur, Codicem non continuisse Dîwânum Mâzinidarum, sed *al-Hamâsam* cum adjunctis scholiis. Incipiebat enim Codex, Heymanno teste, a verbis باب الحماسة, quae primo libro al-Hamâsae esse inscripta notum est. Primus porro versus al-Hamâsae est: لو كنت من مازن et quae sequuntur; in quibus igitur de ipsa illa tribu Temîmitica *Mâzin* sermo est, cujus genealogia in nota ista marginali explicatur. Compositus autem est hic versus a quodam poëta ex Balanbar, i. e. Benu-'l-Anbar, et idem illud in Codice erat scriptum, in cujus margine بلعنبر explicabatur per اى بنى العنبر; sic enim reponendum pro verbis istis, ab Heymanno corruptis, اى فى العنبر. Nunc etiam intelligitur quam ob causam in altera nota marginali cognatio Mâzinum inter et al-Anbarum explicetur.

Hoc al-Hamâsae exemplar, cui scholia erant adscripta, inveni, non inter Golianos collocatum, sed inter Warnerianos, et plane alio quam oportebat numero signatum. Nimirum Codex 889 in Heymanni Catalogo, cum edito (ubi est n. 1570) tum manu scripto (Cod. 1372, t. V, p. 2001), ita descriptus est, ut eo solam *al-Bohtorîi Hamâsam*, ab altera illa quam Abu-Tammâm collegit diversam, contineri, et Codicem illum 889 uno tantum volumine constare, luculenter appareat et omni dubitatione careat. In pluteis vero *duo* inveni volumina, numero 889 signata, quorum primum (889*a*), schedula illa, verba *Ex Legato Viri Ampliss. Levini Warneri* exhibente, qualis reliquis Codicibus Warnerianis agglutinata est, carens, continebat Abu-Tammâmi Hamâsam, scholiis instructam; alterum, Hamâsam al-Bohtorîi. Consulo Reiskii Catalogum. En! Abrahami Gronovii manu uni illi Codici 889 (quem

solum Reiskius quoque cognitum habebat) additus est alter, et duo sic exstiterunt Codices, *a* et *b*, uterque numero 889 signatus. Quid infelici isti 181 acciderit, suspicor ex misero quo nunc est habitu; rubigine enim situque est obductus, et multa in eo jam non amplius legi possunt, dum praeterea primis et ultimis caret foliis, quo fit ut prima illa verba, ab Heymanno descripta, non amplius in illo exstent, et Codex a versu

كأنّ ربّك لم يخلق لخشيته سواهم من جميع الناس انسانا,

qui septimus est al-Hamâsae, incipiat. Reiskii tempore pone pluteum, in angusto latibulo, latuisse videtur; postea repertus, sed numero jam destitutus, Codici 889 propter tituli similitudinem adjunctus est. Ego quantocius Golianum illum Codicem vero et antiquo suo numero 181 signari curavi; per saeculum, vel quod excedit, pro deperdito habitus, nunc tandem denuo repertus est suoque gaudet loco.

Alter Codex, quem deësse suo Catalogo adscripsit Reiskius, est 642, qui duo opera continebat, unum in Heymanni Catalogo 659: »كتاب فى الخلافيات لابى صفص (l. حفص) عمر, Abu Safas (l. Hafç) Omaris quadruplex Nomocanon rhythmo expositus juxta quatuor sectas orthodoxas;" alterum in eodem Catalogo 1314: »العوامل فى النحو لعبد القادر, Abdulcadir tract. Grammat. de centum Regentibus." [1])

Mense Octobri anni 1817, quo tempore Hamakerus Bibliothecae Codicum Orientalium praefectus est, deërant hi:

59i tomus primus. Vitae Medicorum auctore Ibn-abî-Oçaibiah (Heym. Catal. 831).

73i tomus primus. Classes Schâfiîtarum auctore Ibno-'s-Sobkî.

76, qui est 832 in Heymanni Catalogo. Totum Ibn-abî-Oçaibiae opus uno volumine comprehensum.

1199. In Catalogo Reiskii confunditur cum n. 1099; verum ex erratis, Catalogo *edito* subjunctis (p. 491), apparere videtur,

---

1) Doct. Houtsma nuper detexit hoc exemplar opusculi Djordjânî non desiderari, sed errore olim in scrinio collocatum fuisse inter Cod. 300 et Cod. 301, deinde male numero 301 (a) esse instructum, ut distingueretur a 301, qui ideo 301 (b) inscriptus fuit. Est in ed. nostra n. CL (p. 89). d. G.

n. 1199 esse alterum volumen n. 1198[1], qui in Catalogo edito n. 26 notatus est: »N. T. Syriace 2 voll. anno 1550 à Postello Venetias delatum."

1219—1221. In Gronovii ad Catalogum Reiskianum supplemento manu scripto, 1219 *Codex* vocatur, 1220 pannus sericeus, et 1221 saccus coriaceus cum syngraphis. Jam ante nostram aetatem pro amissis habiti fuerunt 1219 et 1220; »quales tandem fuerint et quid continuerint," ait Cl. Weijers (*Orient.* I, p. 326), »nunquam rescivi, *sacculum* vero istum *coriaceum cum syngraphis*, etiam dudum, ut videbatur, amissum, nuper e latebra productum recognovi, vidique lacerum ipsum situque obductum omnino nihil continere praeter chartulas per ludum factas aut magicas, Turcice scriptas, et plane indignas quae amplius servarentur." Pro his itaque alios tres substituit Vir Cl.

1260, qui quid continuerit nescio.

Sunt inter hos Codices quibus facillime caremus, sed tres summi erant pretii. Quod ad tomum primum n. 73i attinet, fieri potest ut in funesta illa clade, qua die 12° Januarii anni 1807 pars urbis nostrae eversa est, interierit una cum aedibus Ravii, hoc volumen tunc fortasse studiorum causa apud se servantis; quominus vero idem n.is 59 et 76 accidisse conjiciamus, obstat, ut jam monuit Cl. Weijers (*Orient.* II, p. 178), »quod Sacyus in libro suo *Relation de l'Egypte par Abdallatif*, anno 1810 edito, non tantum (in p. 478 ann. 1) de *utroque* tomo Codicis 59 ita loquatur, ut certe non appareat, eum *solum posteriorem* Parisiis sibi commodatum habuisse, sed, quod majus est, etiam Codicem 76 (in p. 499 ann. 1) tanquam fontem commemoret, ex quo in illo opere vitam Ibn-Djoldjoli edidisset (p. 549—551). Nisi igitur statuatur Sacyus jam aliquot annis antequam librum suum ad finem perduxerit et typothetae tradiderit, locos illos e Codicibus nostris, Parisios ipsi missis, descripsisse, hoc quidem argumentum manifesto probat, Codicem certe 76, et fortasse etiam priorem alterius tomum, circa annum 1810 adhuc exstitisse." [1]).

---

1) Weijersii conjecturam, jam per se parum probabilem, falsam fuisse, probavit eventus; vid. Praef. ad edit. secundam. d. G.

Primus Catalogus Codicum Orientalium [1]) prodiit anno 1623; descriptum est in eo legatum Scaligerianum, sed libri arte et manu exarati conjunctim et confuse commemorati sunt, Indexque imperfectus et mancus est. Anno 1630 Golius qui, ut diximus, anno proxime praecedente ex Oriente redierat, edi permisit Catalogum c. t.: *Catalogus rarorum librorum, quos ex Oriente nuper advexit, et in publica Bibliotheca inclytae Leydensis Academiae deposuit Clariss. et de bonis artibus meritiss. Jacobus Golius, in illa eadem Academia, et Linguarum Orientalium, et Matheseos Professor insignis.* Parisiis, Excudebat Antonius Vitray, 1630. Numeri huic Catalogo nondum sunt additi. Decem annis post prodiit alter Golii Catalogus, qui cum separatus vendebatur tum adjungi solebat Catalogo Bibliothecae quem Dan. Heinsius anno 1640 edidit. Titulus est: *Libri Mss. Arabici et alii, quos pro Academia ex Oriente advexit Jacobus Golius. Ubi ex voto Philarabum atque in eorum usum praefiguntur genuini Librorum tituli.* In hoc Catalogo illi libri rursus commemorati sunt, Latinis quidem verbis plerumque iisdem, sed tantum non omnibus proprio suo nomine Arabicis literis praemisso, ac singulis etiam numero addito. Nonnulli Codices postea ab Heymanno male descripti, hic jam multo melius descripti inveniuntur. Sic v. c. n. 14 in folio his verbis in Catalogo Goliano secundo describitur: »Africani cujusdam eruditi epistolae, orationes et carmina. Item رحلة ابن سعود العبدرى. Itinerarium Ibn Saoudi Abderitae, qui iter instituit ab Haha in Telmesan et Aegyptum, ad visendos ejus saeculi clariores viros." Non accurata quidem est haec descriptio Codicis qui fragmentum ex Ibno-'l-Khatîbi Granatensis epistolarum collectione et Iter al-Abderîi continet, sed longe praeferenda est Heymannianae, qui vir, Arabico titulo non addito, simpliciter dixit numerum 11 (numeri enim Goliani postea mutati sunt; in Heymanni Catalogo (p. 484) est n. 1846) continere: »Itinerarium 4 sociorum, script Maurit.", quum de quatuor sociis cogitandum non sit, quumque praeterea Heymannus primum quod Codice continetur opus silentio praeterierit.

---

1) De Catalogis antiquioribus jam egit Cl. Weijers in *Orient.* I, p. 297 sqq. Iis quae dixit Vir Cl. usus sum; quaedam de meo addidi.

Quum magnificentissimum Warneri Legatum Lugdunum Batavorum advenisset, Theodoro Petraeo et Sahin Candij, docto Armenio Christiano, a Curatoribus mandatum est ut horum Indices conficerent duos, quorum alter titulos et auctorum nomina, alter singulorum operum summam contineret. Pro hac opera iis centum Rixthaleri concessi sunt [1]). Solus Sahin Candij hoc opus deinde continuasse videtur [2]); duas vel tres, nonnunquam etiam quatuor horas quotidie Legato Warneriano ordinando impendit, a die 23 Aprilis inde usque ad extremum diem mensis Maji; accepit itaque a Curatoribus 250 florenos [3]). Quatuor annis post Academiae Rector Magnificus Bootsio [4]) mandavit ut *omnium* Codicum Orientalium Indicem conficeret, qui quum per sex menses huic labori incubuisset, 315 florenos accepit [5]). Hic Bootsii Index adjunctus est Catalogo Bibliothecae qui anno 1674 auspice Frid. Spanhemio editus est. Quantum ad Golianos libros attinet, fere nuda repetitio est Catalogi Goliani secundi, sed tituli librorum ex Legato Warneri hic primum typis descripti sunt.

Heymannus deinde Catalogum confecit, quo omnes nostros Orientales Codices (Hebraeis tantum exceptis) descripsit. Habemus autographum. Constat sex voluminibus chartae quadruplicatae, paginis autem dimidiatis et crassiore calamo grandioribusque literis scriptis 2539. Severe sed juste de Heymanni amplis adversariis judicavit Cl. Weijers, »in quibus," ait, qui »praeclaram pro istâ aetate doctrinam, Arabicaeque et reliquarum linguarum accuratam cognitionem, judicium porro in locis eligendis, et plus quam modicam in iis describendis exercitationem peritiamque exspectasset, sane hunc misere sua spes frustraretur, cum nihil fere quam quo facillime caruisset, inventurus esset." Ex hoc ampliore manuscripto excerptus est Index, quem Heymannus, adjutore usus Carolo

1) *Resolutiën van Curatoren*, 8 Febr. 1669.

2) Vid. Houtsma l. c. p. 68. d. G.

3) *Resolutiën van Curatoren*, 5 Aug. 1669.

4) N. Boot, Bremensis, vir doctissimus et polyglottus. Cf. Houtsma p. 55, qui addit Dozyum errasse, ubi de hujus Catalogo scripsit: „Quantum ad Golianos libros attinet, fere nuda repetitio est Catalogi Goliani secundi." d. G.

5) *Resolutiën van Curatoren*, 8 Nov. 1673.

Schaafio, edidit, Catalogo Bibliothecae publicae adjunctum, qui, sub auspiciis et opera Wolpherdi Senguerdii et Jacobi Gronovii confectus, anno 1716 formâ maximâ prodiit.

Non pejor quidem est Heymanni Catalogus reliquis qui illis temporibus editi sunt; attamen tam innumeris scatet mendis, ne de ejus brevitate dicam, ut nostro tempori, in tanta disciplinae luce, nulla ex parte satisfacere possit. Saeculo praeterito nihil ad meliorem Catalogum aliquando condendum, factum; Reiskii enim Index, quem manu ejus scriptum etiamnunc possidemus, brevi et imperfecto Heymanni Catalogo edito multo est brevior et imperfectior. Quum vero Hamakerus Bibliothecae esset praefectus, statim de meliore Catalogo conficiendo cogitavit; manum operi admovit, et anno 1820 notissimum et praeclarum illud edidit opus c. t. *Specimen Catalogi*, in quo tamen non plures quam 21 Codices descripti sunt. Plura non edidit; scripsit tantum (nec tamen absolvit) dissertatiunculam de Codice *primo*, quam totam in hoc volumine edidi [1]); annotationes porro ad Reiskii Catalogum, numero quatuordecim, quarum singulae paucis constant versibus, una et altera tribus tantum quatuorve. Hae talia continent quae aut nunc non amplius nova sint, aut Codicem vel leviter inspicienti statim appareant. Edito Specimine ad alios labores se applicuit Hamakerus, »unde factum est ut post annum 1820 fere nullam amplius de industriâ operam posuerit in cognoscendis universis nostris Mss. Codicum thesauris detegendisque et corrigendis Catalogi editi erroribus [2])."

Destituerat itaque Catalogum Hamakerus, sed ab anno inde 1830 usque ad annum 1844, quo praematura morte disciplinae ereptus est, destitutas partes excepit Weijersius, et Catalogi specimen primo volumini operis, c. t. *Orientalia*, inseruit. Mortuo Weijersio ego Catalogi curam suscepi.

Ex iis qua Weijersius in primo Orientalium volumine dixerat, confeceram, novum Catalogum, cum ipsius, tum Hoogvlieti operâ Meursingiique (quibus viris doctis, nunc jam mortuis, adjutoribus usus est), jam insignes fecisse progressûs, et ad perfectionem non

1) In hac altera editione omissa est. d. G.

2) Sunt verba Cl. Weijersii (*Orient.* I, p. 298).

nisi ultimam quasi manum et limam deësse. Spe frustratus sum: ad Catalogum condendum, qualem volebam et cogitabam, haud ita multa facta esse inveni. Quod ut pateat, declarabo quid ante me factum sit et quale meum fuerit consilium.

Duo imprimis volui: primum, ut ex Catalogo luculenter pateret quid singuli Codices continerent; alterum, ut dudum inchoatus ille et jam ante triginta annos promissus liber tandem ederetur; quod ut fieri posset, supervacanea omittenda erant; alioquin enim nostro Catalogo id accideret quod aliarum bibliothecarum catalogis accidere vehementer dolemus; ubi enim de catalogo agitur, haud raro oratione tantum benefici sunt viri docti; stat nominis umbra. Hamakerus in Specimine id potissimum egit, ut scriptorum vitas ex ineditis vulgaret auctoribus, versione et annotatione adjectis. Utilissimum sane institutum, quod Hamakerus docte, copiose, admirabiliter, ipsorum librorum descriptione non neglecta, exsecutus est, sed Catalogo minus accommodatum, quem bibliographici, non biographici argumenti esse jure postules. Nam vitae auctorum potius scriptionibus de historia literaria reservandae sunt, quarum locum tenere catalogi nec debent nec possunt; nimis enim frequentes catalogis insertae, locum librorum descriptioni praeripiunt, quod factum esse dolemus in Hamakeri amplo 250 paginarum volumine, quo 21 tantum describuntur opera. Fieri etiam non potuit quin in scriptorum vitis ex Codicibus Arabicis edendis Hamakerus saepe erraret, quandoquidem pauci tantum iique mendosi ei ad manum erant Codices. Nunc eaedem illae vitae, v. g. quae ab Hamakero ex Ibn-Khallicâne descriptae sunt, ab aliis viris doctis, totum Ibn-Khallicânis opus publici juris facientibus, ex longe pluribus et inter hos melioribus Codicibus editae sunt; quo factum est ut magna pars Speciminis, a viro egregio conscripti, jam nunc, haud ita multis annis elapsis, nullam fere amplius praebeat utilitatem.

Diversam rationem, eamque Catalogo magis accommodatam, secutus est Hamakerus in scriptione de Codice *primo*, qua fuse et copiose explicuit quid ipse liber contineat; quam, ut hujus voluminis maximum sit ornamentum, nunc primum edidi. Verum quod de priori ratione valet, valet etiam de hac: egregie, mag-

nifice praestitisse Hamakerum quae praestare vellet, omnes fatebuntur; simul vero judicabunt, rationem quam in uno Codice describendo secutus est vir summus, si in omnibus tantae quanta nostra est Bibliothecae describendis, aut ipse aut alii secuti essent, tantum opus, si unquam perfectum fuisset, certe inter paucorum annorum spatium non potuisse absolvi. Quid praeterea spectatur hac describendi ratione? Utrum, ut libri indoles innotescat, utque quid in universum contineat, appareat? Huic consilio breviorem descriptionem non minus sufficere censeo. An vero hoc spectatur, ut omnia memoratu digna et nondum cognita, quae libro aliquo contineantur, publici juris fiant et excerpta editionis locum suppleant? Hoc si spectatur, dubito an viri docti consilium, etiamsi in Catalogo exsequi posset, probaturi sint, quorum permultis integra editio cujuscumquemodi excerptis fere semper praeferenda videtur.

Neutram igitur Hamakeri rationem sequendam judicavit Weijersius, qui cum in edito Specimine, quod continetur libro secundo Commentariorum de Codd. Orient. Bibl. Leid., primo *Orientalium* volumini inserto, tum in paucis brevissimisque annotationibus Indici Reiskiano adscriptis (quarum tamen quae majoris sunt momenti jam fere omnes in primo illo Orientalium volumine editae sunt), nec auctorum vitas descripsit, nec quid singuli Codices contineant fuse indicavit, sed errores infinitos, in Heymanni Catalogo obvios, corrigere et unde orti essent explicare studuit. Fateor tale institutum mihi nunquam arrisisse. Quid enim nobis hoc saeculo cum Heymanno, toto saeculo antequam literae Arabicae in Europa serio excoli coepissent vivente, homine praeterea ingenio, judicio ac doctrina aeque destituto? Quos errores talis homo commiserit, aut quo modo in eos inciderit, sciri parum interest. Hoc constat: malum eum confecisse Catalogum, meliorem nobis esse conficiendum. Quid, quod tanta Weijersii erat religio, ut in libro primo (quo 18 tantum descripsit Codices, post editum Heymanni Catalogum Bibliothecae adjunctos) verba Abrahami Gronovii, ab anno 1741 ad 1774 Bibliothecae praefecti, ubique descripserit, viri, quamquam aliarum rerum peritissimi, harum literarum plane rudis. In ipso quoque Catalogo, quem editurus erat, eandem viam sequendam sibi proposuisse videtur Weijersius, hanc ob causam

duobus suis adjutoribus, Hoogvlieto Meursingioque, mandans ut singulos Codices inspicerent et in schedis notarent utrum in Heymanni Catalogo titulus et auctor bene essent enotati; quod si bene esset factum, quidquam addere, praeter Codicis prima et ultima verba, necesse non esse; sin vero error irrepsisset, errorem esse notandum. Susceperunt hunc laborem adjutores, in ipsis Bibliothecae aedibus, subsidiis quam maxime necessariis destituti; plerosque enim de historia literaria Codices, et vel ipsum Hâdjî-Khalîfae Lexicon bibliographicum, cujus exigua tantum pars tunc edita erat, quo tamen in Codicibus describendis nemo carere potest, domi servabat Weijersius, studiorum suorum instrumenta. Hinc Catalogus, tenuis exilisque epitomes Hâdjî-Khalîfae (Cod. 1371) auxilio, ab adjutoribus confectus, ita comparatus est ut rarissime descriptionem exhibeat ex qua pateat scriptoris consilium, libri indoles, divisio caet.; utque difficultates, ubi reverâ adsunt, raro solvat. Accedit quod adjutores non semper satis diligentes fuerunt. Hoc vero magis in Meursingium quam in Hoogvlietum dictum sit; quem tamen ipsum negligentiae culpam non semper effugisse ut paucis exemplis confirmem, afferam specimina, ex primis paginis Catalogi, Hoogvlieti labore conscripti, desumta. Supra dixi, Codicem 11, fragmentum ex Ibno-'l-Khatîbi epistolis et Iter al-Abderîi continentem, jam a Golio, in secundo quem edidit Catalogo, satis bene, inepte vero deinde descriptum esse ab Heymanno, qui »Itinerarium quatuor sociorum" Codice illo contineri affirmat. Quid Hoogvlietus? Haec tantum: »Ab initio mutilus est; desinit in verba . . ."; tum ultima describit verba. Igitur nec Codicis argumentum explicuit, nec animadvertit duo diversa opera uno hoc Codice contineri, nec titulum nomenque auctoris secundi operis (in ipso Codice notatos) descripsit; verbo, nihil vidit. — Codex 30 primo loco continet opera quaedam poëtica et prosaïca Abu-Zaidi Abdorrahmân ibn-Jakhlaftan (hujus Catalogi n. CCCCX [1]), secundo *Nasîmo 'ç-çabâ* auctore Ibn-Habîb (hujus Cat. n. CCCCXXX [2]). Fugit Hoogvlietum, duo haec esse opera; ex duobus unum effecit, cui

1) Novae edit. n. CCCCLXXXIX, I p. 284. d. G.
2) Novae edit. n. CCCCXCIX, I p. 305. d G.

titulum secundi tribuit. — Codex 67 continet Ibn-Adhârî Historiam Africae et Hispaniae, cui titulus *al-Bajâno-'l-mogrib*, quem librum totum edidi. Hoogvlietus nihil praeter haec: »Ab initio et fine mutilus, quare et titulum et auctoris nomen ignoro." Ex istiusmodi notis qui Catalogum confecturus est nullo modo adjuvari, vel me tacente intelligitur. Ut brevi dicam, adjutorum labor, Hoogvlieti notis de Codicibus Turcicis exceptis, parvam mihi attulit utilitatem, laboremque meum raro sublevavit.

Alium laborem inchoavit Weijersius, ad Catalogum non prorsus necessarium, eumque Catalogo inserere volebat. »Novum Catalogum nostrum", ipsius Weijersii utor verbis [1]), eam quoque utilitatem perfectissimum in modum afferre" cupiebat, »ut singuli libri ubinam alibi inveniantur lectorem doceat"; adversaria igitur in Hâdjî-Khalîfae Lexicon bibliographicum componere instituit, praeclarum et perenne patientiae et indefessi laboris monumentum, cui longe majus tempus quam ipsi Catalogo impendit. Excerpsit aliarum bibliothecarum catalogos cum editos tum manu scriptos, et »de quovis ad Arabum, Persarum et Turcarum litteras pertinente libro" annotavit »an reverâ eum in Europâ inveniri ex ullo unquam Indice comperisset, et, si comperisset, ubinam servaretur, uno tantum in loco an in pluribus, unumne in singulis Bibliothecis an plura exempla [2]);" editiones praeterea operum locosque, in anthologiis aliisque id genus libris editos, commemoravit. Postremum consilium a Catalogo alienum esse arbitror, et ejusmodi notas bibliothecis Orientalibus, qualem Zenkerus edidit, reservandas esse censeo. Alterum vero institutum utilissimum est, sed vereor ut nondum tempus sit illud faciendi; »perfectissimum" certe »in modum" tale institutum perfici non posse, docent doctorum editorum multa exempla, quibus, postquam Codices libri edendi summa cum cura conquisiverant, saepe accidit ut, libro jam edito, Codicem antea incognitum aut in privata aut in publica bibliotheca asservari nuntiaretur. Provocare possum ad Cl^um^ Wüstenfeld, quem, ubi ante hos paucos menses celebratissimum

1) *Orient.* I, p. 308.
2) *Orient.* I, p. 305.

Ibn-Kotaibae opus ediderat, certiorem fecit Cl^us Reinaud, in Bibl. Parisiensi asservari Codicem, de quo exteri certe nihil rescivissent, duobus fere annis ante in Syria comparatum; sed provoco potius ad ipsum Weijersium, locos Ibn-Khâcânis de Ibn-Zaiduno editurum et hanc ob causam Codice Gothano utentem, quum et ipsum, et vero etiam Hamakerum, lateret, duos Ibn-Khâcânis Codices in nostra exstare Bibliotheca; alterum exemplar Leidense (illudque pejoris notae) ei non »prius in manûs pervenit, quam partes edendas jam ex Codice Gothano descripserat, et de plerisque repetito labore commentatus fuerat;" alterum vero, melius illud, opere jam edito invenit. Nonnunquam itaque nescientes an liber in ipsa nostra Bibliotheca adsit, de reliquis bibliothecis certi aliquid pronuntiare nos non posse, cum per se intelligitur, tum Weijersii docet exemplum; qui, quum extremis vitae temporibus cum Cl. Valeton at-Thaâlibîi *Syntagma dictorum brevium et acutorum* ederet, opere jam absoluto a Cl. Gottwaldt nuncium accepit, Codicem hujus operis in Museo Asiatico Petropolitano asservari, »quem," ait, »ante hos octo menses annotationem illam de Codice Parisiensi scribens, adhuc plane nesciebam exstare." Quamdiu igitur probabiles omnium bibliothecarum, tam publicarum quam privatarum, catalogos non possidemus, sed contra excerpendi sunt Catalogi, titulos Arabicos aut omittentes aut falso edentes, aliisque innumeris mendis laborantes, quales sunt Italicarum bibliothecarum, non tantum non »perfectissimum in modum" varia operis cujusdam exemplaria enumerari possunt, sed manca, imperfecta, et vitiis plena erit istiusmodi enumeratio, multaque continebit falsa et veritati contraria. Talem igitur laborem, utpote nostris temporibus nondum convenientem, non inchoassem; inchoatum vero, ne Weijersius tempus et oleum perdidissse videretur, continuandum censui. Excerpserat Vir Clarissimus Catalogos melioris notae, Gothanum, Bodleianum, Upsaliensem (cum illum qui anno 1705 prodiit, tum manu scriptum, a Tornbergio confectum [1]), Hammerianum, Catalogum Codicum Instituti Regii Neer-

---

1) Primis plagulis jam typis expressis, accepi novum Tornbergii Catalogum, quem n reliquis plagulis citavi.

landici, Schultensianum, Scheidianum, Catalogum Bibl. Doctissimi Lee, Dresdensem, Guelferbytanum, Gissensem, Hamakerianum, Lipsiensem, Tubingensem, Ambrosianum, Catalogos Codicum recentissimis temporibus in Bibliothecam cum Parisiensem tum Vindobonensem illatorum, a Flügelio confectos Annalibusque Vindob. insertos, Escurialensem et Catalogum Codicum Acad. Orient. Vindob. Ego excerpsi Catalogum Nanianum, Laurentianum et Palatinum (coll. Hammeri *Lett.* VI), Vaticanum (coll. Hammeri *Lett.* III), Caes. Petropolitanum manu scriptum (coll. quatuor Frähnii scriptionibus), Rumänzovianum, Catal. Codd. Mus. Asiat. Petrop. manu scriptum, Caes. Vindobonensem (illum quem Hammerus anno 1820 edidit et Rzewuskyanum), Monacensem (ex Frankii libro (1814) et Flügelii Catalogo in *W. Jahrb.*, 47), Göttweihensem (in iisdem Annal. vol. 110), Ouseleyanum (hi Codd. nunc in Bibl. Bodl. servantur), Algeriensem et Catalogum Cidi Hammoudae, Neapolitanum (Hammeri *Lett.* II), Barberinum (ejusdem *Lett.* V), Bononiensem (ejusdem *Lett.* V), Mutinensem et Parmensem (ejusdem *Lett.* VIII), Mantuanum, Vicentinum et Venetum (ejusdem *Lett.* IX), Havniensem manu scriptum, Erdmannianum (in *Dorpater Jahrb.* III) et Radcliffianum (ad calcem libri Fraseri c. t. *The History of Nadir Shah*, collato Indice Oxonii a me in ipsa illa Bibliotheca facto, in quo etiam Codices Saliani notati sunt). Reliquos libros, aut a Weijersio aut a me excerptos, praetermitto; at restabant bene multi Catalogi excerpendi, et inter hos rarissimi, quos, omni licet diligentia adhibita, videre mihi non contigit; quarundam praeterea bibliothecarum ne Indicem quidem manu scriptum nancisci potui. Plures tamen catalogos excerpere potuissem, sed ingenue fateor, in hoc taedii pleno et immensum sibi tempus poscente labore defecisse mihi patientiam, et tantam nonnunquam obrepsisse somnolentiam, ut ab inceptis desistendum mihi esset. Singulis itaque Catalogi mei capitibus absolutis, percucurri nondum excerptos Catalogos, ratione tantum habita operum quae in capite, quod modo absolveram, descripseram, dedique quae inveni, bene mihi conscius, me in hac parte operis non omnia dedisse quae dari potuissent, quaeque tamen cum majori taedii tolerantia dari potuissent non tanta esse, quanta voluissem. Initium saltem

nunc factum est; alii dehinc meliora dabunt. Monendum mihi restat, me nonnullorum opusculorum, in quavis fere Bibliotheca exstantium, exemplaria non enumerasse [1]).

Ut igitur Catalogus tandem aliquando edi posset, praeter solam istam, de qua dixi, exemplarium enumerationem, alia supervacanea quae mihi videbantur omisi. Heymannianum et reliquos antiquiores Catalogos non curavi. Auctorum vitas operumve prolixiorem descriptionem raro dedi. Opera edita, aut jam satis bene ab aliis descripta, paucis tantum verbis commemoravi, libros citans in quibus uberior exstat descriptio, quo factum est ut nihil fere, jam ab aliis dictum, repetendum mihi fuerit. De editionibus locisve singulis editis nihil dixi; cuivis enim vel mediocriter docto talia plerumque nota sunt, jamque ab aliis sunt commemorata, nec ad Catalogum pertinere arbitror. Linguarum Orientalium peritis, versione facillime carentibus, scribens, locis quos descripsi versionem non addidi; scio quidem, alios, Arabice et Persice imperitos, sed bonarum literarum amantes, Catalogos interdum legere eo consilio ut literarum Orientalium historiam inde percipiant; hi vero a tali proposito magis dehortandi sunt quam ut eorum utilitati prospiciatur. Nam plerumque ex Catalogis harum literarum falsissimam sibi informant imaginem, iisque historiam literariam, ad omnium captum accommodatam, utiliorem fore arbitror. Externum Codicum habitum raro descripsi; etenim mihi, exteras bibliothecas visitanti, saepe accidit ut ex Catalogi descriptione prorsus falsam imaginem Codicis mihi formassem. Miror virorum doctorum diligentiam, qui vel tegumenta Codicum, accuratissimene dicam an superstitiose, describant; sed laudibus bibliopegarum, aut Orientalium, aut (qui plerumque laudandi fuissent) Leidensium, celebrandis Catalogum inservire, ego certe nolui.

Satis igitur ducens annum quo quisque scriptor mortuus sit indicare, id studui ut, vera a falsis et suppositiciis discernens, de titulo et nomine auctoris certo constaret; qui labor, cum propter

---

1) Multos deinde catalogos excerpsit Doct. Houtsma et excerpere continuat. Idem sedulo fecisse Clar. W. Pertsch, Bibliothecae Gothanae praefectum, optimi ejus Catalogi unaquaeque pagina testatur. d. G.

librariorum vel fraudem vel negligentiam, tum propter sitûs ac vetustatis injuriam, longus interdum et difficilis erat, et imprimis molestus ubi unus idemque Codex multa complectebatur fragmenta. Rei vero caput mihi visum est, ut, ubi hoc ex ipso titulo non satis pateret, quam accuratissime traderem, ipsius plerumque auctoris verbis usus, quid singuli Codices continerent, quid libri esset consilium, quae divisio. Scripturae genus semper indicavi si Codex charactere *neskhî* scriptus non erat; annum, quo Codex exaratus sit, annotare non neglexi.

Quod ad ordinem attinet, alium secutus sum quam cum Hamakero tum Weijersio sequendus visus est. Catalogorum, Heymanniano antiquiorum, scriptores descripserunt Codices eo ordine ut numerorum tantum, quibus in pluteis signati sint, rationem haberent. Heymannus secundum argumenta Codices ordinavit, et in fine cujusque articuli eum adjecit numerum quo Codex in pluteis signatus erat. Hamakerus[1]) et Weijersius[2]) se in integro Catalogo Codicum seriem secuturos esse declaraverunt. Via est longe facillima; quam si secutus fuissem, fortasse jam diu antea primum volumen edere potuissem, et effugissem periculum unum alterumve Codicem omittendi; quod facillime poterat ubi Catalogum secundum argumenta ordinarem et aliquoties mihi accidisse jam perspexi; quae vero omisi non, huic volumini jam adjungens Appendicem, commemorabo, sed Appendici, toto operi finito addendo, reservabo, ne plures sint Appendices utque omnia omissa uno tenore commemorari possint. Fateor quoque, Catalogum, secundum argumenta ordinatum, sua habere incommoda. Nam singulis opusculis, saepe fortuito, nonnunquam vero consulto uno volumine conjunctis, seorsum sua loca sunt assignanda, uniusque corporis membra inter se divulsa describenda. Nihilominus Catalogus, secundum Codicum seriem dispositus, longe majora incommoda habere mihi videtur; in ejusmodi enim Catalogo saepe accidit ut ejusdem operis Codices longo intervallo inter se remoti describantur, utque, liceat mihi hoc exemplo uti, librum, de astronomia

1) *Spec. Catal.*, Praef. p. V et VI.

2) *Orient.* I, p. 306 ann. *a.*

aut de arte medica agentem, sequatur statim fabula Milesia aut poëtici argumenti liber, librumve de Dei attributis, lascivum opusculum de amore vinove. Omnia sic permiscentur; seria jocosis junguntur. A tali confusione abhorrui. Hanc praeterea utilitatem novum Catalogum afferre volebam, ut ex eo statim et uno obtutu appareat, quinam de quovis argumento in Bibliotheca nostra exstent libri, quot qualesque unius ejusdemque operis habeamus Codices, quibusnam Commentariis opera ipsa illustrata sint; verbo, ut uno tenore operis quam dicunt literaturam Catalogus ostenderet. Heymannianam seriem sequi non poteram, et quod infinitam librorum copiam non apto collocaverat loco, et quod post Heymanni tempora multi Codices Bibliothecae accesserant. Igitur secundum novam seriem Codices descripsi, ordinem secutus quem, rationi quam maxime consentaneum, excogitaverunt ipsi Moslimi, quemque hisce temporibus a nonnullis, Catalogum scribentibus, observatum esse laetamur. Pauca tamen mutavi; Codices v. g. de arte grammatica Lexicis, libros geographici argumenti Codicibus historicis, non postposui, ut facere solent Orientales, sed praemisi. In singulis denique capitibus ordinem chronologicum secutus sum. Nec tamen, Catalogum secundum argumenta ordinans, numerum mutavi quem Codices in pluteis gerunt; quo facto, qui Weijersii erat metus [1]), sine dubio magna confusio orta esset, ordoque quovis momento mutandus ubi novus accederet Codex; antiquos numeros servavi, numeris meis in parenthesi adjunctos. Eorum autem commodo qui hîc Codicibus nostris utuntur et scire cupiunt ubinam in Catalogo singuli Codices descripti sint, prospicietur Indice, ultimo volumini adjungendo.

Monendum restat, Warneri scripta, quae bene multa hîc habemus sed quae pretio, nostro certe tempore, carent, Appendici esse reservata, majoremque secundi voluminis partem, opera poëtica, geographica et historica (Arabica certe) complectentem, paucis interjectis mensibus prodituram.

Caeterum viros doctos enixe rogo ut hunc qualemcunque Catalogum benevole accipiant. Est enim labor, taedii interdum ple-

1) *Orient.* l. l.

nus, idemque saepe ingratus. Nam unum librum edituro et huic omnes ingenii vires conferenti facillimum est, errores detegere in illius opere, cui permultos diversissimosque libros uno tenore describere injunctum erat.

Dabam Lugduni Batavorum, postridie Nonas Februarias anni MDCCCLI.

R. P. A. Dozy.

PRAEFATIO AD EDITIONEM ALTERAM.

Prologum Dozyi, licet secus suasit Houtsma, redimprimendum curavi duplicem praesertim ob causam. Continet enim historiam Codicum Orientalium Leidensium et explicationem methodi quam Dozy catalogum scripturus sibi proposuit quamque successores ejus in munere omnes secuti sunt. Multa igitur hinc aut ipsis aut aliis verbis in novum prologum transferenda fuissent, si quidem hic et de historia et de methodo contineret quae oportet. Quo facto, haud scio an contra jus et fas Dozyi magna merita in compositione hujus Catalogi quasi obscurarentur. Revera in eo prologo nonnulli errores sunt, quorum maximum — iniquum de Golio judicium — ipse Dozy postea retractavit; porro quaedam aut brevius dici aut sine magno detrimento omitti possent. Ea verum libertate, qua Codicum descriptionem ubi opus visum est correximus, in hoc Prologo uti, non licere opinatus sum. Itaque dedi intactum, erroribus in annotationibus correctis. In hac igitur Praefatione ad editionem alteram historia Catalogi et Codicum Orientalium paucis mihi continuanda est.

Postquam Dozy duo Catalogi volumina ediderat, ad munus Academicum avocatus est. Provincia ejus mandata fuit Abrahamo Kuenen, qui historicos Persicos et Turcicos, libros de arithmetica, algebra et geometrica, et de astronomia, astrologia et calendariographia (exceptis Turcicis) vix aut descripserat aut inchoaverat, quum sua vice ad munus Academicum vocatus, anno 1856 officium Catalogi continuandi Petro de Jong relinquere debuit. Cui ego anno 1858 adjunctus sum. Anno 1865 volumen tertium, anno post

quartum edidimus, quorum opera Arabica partim ego descripseram, reliqua simul cum libris Persicis et Turcicis de Jong, qui anno 1862 ediderat Catalogum Codicum Orientalium Bibliothecae Academiae Regiae Scientiarum, olim a Weijersio inchoatum. Solus deinde anno 1873 edidi volumen quintum; sextum, Indices continens et pauca addenda, anno 1877 dedit M. Th. Houtsma. Catalogum Codicum Hebraeorum anno 1858 ediderat M. Steinschneider.

Numerus Codicum, exceptis libris Hebraeis, anno 1851 erat 1635, nunc est 3100, quod augmentum constat imprimis libris Javanicis et Malaïcis anno 1864 Delphis huc translatis, et collectione quam Schaikh Amîn al-Madanî anno 1883 Amstelodamum attulit vendiditque bibliopolae notissimo, hujus quoque Catalogi editori, E. J. Brill, a quo eam acquisivit nostra bibliotheca. Debemus magnificum hoc incrementum liberalitati tum nobilis literarum fautoris, viri amplissimi, optime de patria meriti, tunc Regis Ministri, J. Heemskerk, tum duumvirorum qui bibliopolium Brillianum tenent, quique suae utilitatis immemores maluerunt patriae bibliothecae cedere libros quam accipere pretium majus ab extraneis propositum. Insuper multos emtione in variis auctionibus, multos donatione obtinuimus libros. Hic tantum de Codicibus Arabicis, Persicis, Turcicis breviter agam. Coëmti sunt: 1637 e bibliotheca de Gayangos (1858); 1646—1678 e bibliotheca van Voorst (1859); 1679—1685 ex auctione Parisiis habita (1860); 1887—1892 e catalogo B. Quaritch (1865); 1893 ab E. J. Brill (1865); 1897—1900 e Catalogo K. F. Köhler (1867); 1959, 2018, 2021 ex auctione Millies (1870); 2063 sumtibus publicis Constantinopoli est exaratus; 2097, 2098, 2103, 2104 e bibliotheca T. Roorda (1874); 2223*, 2224* ex auctione Perron Parisiis (1876); 2227, 2228, 2271, 2272, 2274 Beiruti intercedente M. Hartmann; 2286—2290 in auctione M. Nijhoff (1881); 2363—3025 sunt collectio Amîn; 3026—3034 ex auctione Dozy; 3040—3049 e libris A. Rutgers; 3051, 3052 in auctione Nijhoff (1885); 3074 Amstelodami (1887). Aliunde huc translati sunt: 1686, 3070—3073 e Museo ethnographico; 1783—1785, 1885, 1886 e bibliotheca Instituti Indici olim Delphini; 2019, 2277 ex aliis pluteis Bibliothecae Leidensis; 2065—2092 e Bibliotheca Regia Hagana. Dono dati sunt: 1636 a Viro

Illustr. d'Ohsson; 1645 ab haeredibus J. Geel, olim bibliothecae praefecti; 1902, 1940, 1941 a Nob. T. Lycklama à Nyeholt; 1903 a Doct. W. Pleyte; 1924 a Nob. J. F. E. Prince; 1944—1951 oriundi e bibliotheca Schultensii a Rever. Koopmans van Boekeren; 2062, chartae W. H. Engelmann, a familia ejus; 2064, 3097 a me; 2190 a Nob. Paehlig; 2198 a Viris Clar. A. Socin et E. Prym; 2278 a Dozyo et me; 2279 et 2339 a Dozyo; 2336 a Nob. A. W. van Vooren; 2337 a Doct. T. Jentink; 3055—3057 a Clar. P. J. Veth.

Codices 3075—3096 hoc ipso anno 1888 devenerunt in Bibliothecam, missi ab haeredibus Viri Doct. S. J. E. Rau, anno superiore mortui, filii Sebaldi Fulc. Jo. Rau, qui anno calamitatis Leidensis 1807 Interpres legati Warneriani erat. Non ignorat lector (v. Dozyi Prol. supra p. XVI et Houtsma l. c. p. 53) tres Codices pretiosos, nempe exemplar operis Ibn-abî-Oçaibiae, tomum priorem alterius exemplaris ejusdem et tomum priorem Classium Schâfi^citarum auctore as-Sobkî anno 1817 in pluteis defuisse et conjecturam propositam esse probabilem, eos fuisse in domo Interpretis quum haec eversa est, et simul periisse. En cista Ravii aperta, prodierunt fugitivi cum aliis Codicibus et chartis, ea conditione qua octoginta annis ante summa festinantia maximo e periculo erepti fuerunt. Interpres Rau prope finem anni 1807 diem obiit. Filius, qui in literis Latinis tabernaculum posuerat, — laudatur inter alia versio ejus Vergilii —, cistam nunquam aperuisse videtur, sed pro chartis patris habuisse, quas ut post ipsius mortem in bibliotheca Leidensi collocarentur, haeredibus praecepit. Codices in ipsa calamitate aliquid damni perpessi sunt, sed quale pro maxima parte restitui potuit. Praeter tres Codices amissos, cista inter alia continebat Descriptionem Syriae auctore Ibn-Schaddâd et partem Mokaffâi ex autographo Maqrîzîi.

Houtsma fere paratum habebat Catalogum Codicum e collectione Amîn, quum comperimus exemplaria Catalogi fere omnia divendita esse. Suscepimus igitur novam ejus editionem, in quam simul Codicum qui post annum 1877, quo ultima pars Catalogi prodiit, accesserunt descriptio reciperetur. Quam editionem non simplicem iterationem prioris esse posse, jam dudum inter nos constabat.

Nam — ut hoc tantum memorem — postquam duo volumina Catalogi a Dozyo edita sunt, multa prodierunt subsidia bibliographica quorum ope quaestiones apertae solvi, errores corrigi possent. Quae enumerare hujus loci non est. Sufficit nominasse Flügel, Rieu, Pertsch, quibus quid in bibliographia Arabica, Persica, Turcica debeamus, nemo harum rerum peritus ignorat. Laborem ita dividimus, ut Houtsma aliarum bibliothecarum catalogos conferret et inquireret quid hinc fructus ad nostrum meliorem faciendum peti posset; ut insereret descriptionem Codicum recens acquisitorum a se factam et corrigeret aut rescriberet quaecumque corrigenda aut rescribenda inveniret; denique ut bonam curam impenderet dispositioni Catalogi. Mihi reservavi provinciam revidendi omnia; itaque omnes titulos, omnes locos laudatos denuo diligenter examinavi, passim descriptioni datae aliam substitui. In hac re ita egimus, ut omnia recte dicta conservaverimus intacta (nisi quod nonnulla excerpta ut locos de vita Ibn-Zaiduni omiserimus), corrigenda tacite emendaverimus. Unde factum est ut pronomen primae personae plus semel ex editione priore in hanc transierit; ceterum nunc ad Houtsma, nunc ad me referendum est; ad utrum, parum attinet; nam ut laborem conjunctim fecimus, sic quoque laus, siquidem aliquantulam meruimus, et culpa, si imperfectius evenit opus quam voluimus, ambobus contingit [1]).

Dozyi methodum excellentissimum in describendo continuavimus, sed in dispositione nonnulla mutavimus. Sic in editione priore grammatici lexicographis praemissi fuerant, nos postposuimus, quia a grammaticis aptius videbatur quam a lexicographis transire ad rem metricam tractandam. Praecipua innovatio nostra est, quod Codices in tres partes dividimus, quarum prima Hebraïcos, Samaritanos, Syriacos, Copticos, Aethiopicos, Armeniacos, secunda

1) E libris quorum nunc primum titulos aut auctoris nomen deteximus laudare juvat ex hoc primo volumine: C (Cod. 592 (1)) p. 62; CLXXXIV (Cod. 1022) p. 103; CCXVII (Cod. 740 (8)) p. 118; CCCLI (Cod. 670) p. 195; CCCLXXX (Cod. 442 (1)) p. 213; CCCCLXIV (Cod. 178 (1)) p. 276; DXIX (Cod. 861 (2)) p. 324; DLXXI (Cod. 824 (8)) p. 350; DCCXXXVII (Cod. 1545 (8)) p. 460; ex iis quorum diversam descriptionem dedimus: V (Codd. 2, 19, 273) p. 5 seqq.; CCCCLXXXV (Cod. 495) p. 297 seqq.; DXI (Cod. 1) p. 313 seqq.; DXXI (Cod. 197) p. 325 seqq.

Arabicos, Persicos, Turcicos, tertia Sanskriticos, Javanicos, Malaïcos etc. continet. Deinde non ut antea libris Arabicis in singulis capitibus subjunximus Persicos et Turcicos, sed primum Codicum Arabicorum, deinde separato volumine librorum Persicorum et Turcicorum descriptionem dabimus. In Catalogo Codicum Arabicorum ex his tantum versiones operum Arabicorum receptae sunt. Ea quoque manuscripta quae opera virorum doctorum occidentalium de rebus Orientis continent, separato capite ad calcem Catalogi tractabuntur.

Descriptio Codicum ad partem primam referendorum in appendice ad Catalogum Codicum Hebraeorum sequetur. Catalogus Codicum tertiae partis praeparatur.

Die 18 mensis Octobris 1888. M. J. de Goeje.

ADDENDA.

P. 39 l. 6 seqq. Haec lacuna in opere Ibn-Doraidi completa est nuper e Codice Constantinopolitano (Köprülü), intercedente viro doct. H. Gies.

P. 89 l. 7 pro 301 (a) lege 642 (2) coll. supra p. XV ann. 1.

P. 140 l. 4 Certum est hoc Codice non contineri Commentarium Ibn-Wâçili ut mihi patuit collato exemplari hujus operis quod possidet E. J. Brill (H.).

P. 160 l. 21 pro 518 lege 538.

P. 235 l. 4 a f. Auctorem hujus disputationis circa annum 836 scripsisse, diversum itaque esse ab eo ʿAlâ-ad-dîn quem Ibn-Habîb anno 772 obiisse auctor est, docuimus p. 468 l. 7—12.

I.

ENCYCLOPAEDIA.

I. (Cod. 444 Warn.)

رَسَائِل إِخْوَانِ الصَّفَاء. Constat hoc opus, quarto Hidjrae saeculo a societate virorum eruditorum compositum, 51 tractatibus, e quibus noster Codex complectitur 25um رسالة فى معنى قول الحكماء ان الانسان عالم صغير وان الصورة هيكله مماثلة لصورة العالم الكبير; 26um رسالة فى كيفيّة نشوء الانفس فى الاجساد وكيفيّة انبعاثها من الاجساد; 27um رسالة فى تناهى علم الانسان وبيان ارتفاعها الى رتبة الملائكة طاقته فى المعارف والى اىّ حدّ هى ومبلغه فى العلوم الى اىّ غاية ينتهى; 28um رسالة فى ماهيّة حكمة الموت والحيوة وما الحكمة فى وجودهما; 29um رسالة فى ماهيّة اللذّات والآلام; 30um رسالة فى عالم الكون والفساد; فى اختلاف اللغات ورسوم الخطوط والعبارات. Sequuntur decem tractatus sub communi titulo ومن الرسائل النفسانيّة العقليّة عشر رسائل, facientes sectionem tertiam (القسم الثالث فى المبادى العقليّة), quorum primus = 31us (7us in Cod.), agit فى المبادئ العقليّة على راى فوثاغرس; 32us رسالة فى المبادئ العقليّة على راى اخوان الصفاء; 33us فى العقل والمعقول; 34us فى قول الحكماء ان العالم انسان كبير; 35us

في الاكوار والادوار; 36us في ماهيّة العشق; 37us رسالة البعث والقيامة;
38us رسالة الحركات; 39us في العلل والمعلولات; 40us في الحدود والرسوم.
His decem tractatibus absolutis, sequitur sectionis quartae primus vel totius libri 41us رسالة في الآراء والمذاهب وهي الاولى من القسم
الرابع من الرسائل الناموسيّة الالهيّة من رسائل اخوان الصفاء وخلّان
الوفاء; 42us في ماهيّة الطريق الى الله عز وجل; 43us في اعتقاد اخوان
الصفاء في امر النفس بعد مفارقة الجسد وحال من سبقته الوفاة قبل
صاحبه; 44us في كيفيّة عشرة اخوان الصفاء وتعاونهم بعضهم بعضا;
45us في ماهيّة الايمان; 46us في ماهيّة الناموس الالهيّ; 47us في كيفيّة
الدعوة الى الله عز وجل; 48us في كيفيّة افعال الروحانيّين; 49us في
انواع البسياسات; 50us في المبادئ الجسمانيّة وكيفيّة نضد العالم بأسره[1];
51us في كيفيّة السحر والعزائم والزجر والرقا والفأل.

Collatis iis quae Flügel (Z. d. D. M. G. XIII, 18) monuit, patet nostrum Codicem continere secundam sectionem operis inde a cap. 12 (25) usque ad finem totius libri. De opere ipso conf. Dieterici, *Die Philosophie der Araber im X Jahrh. n. Christus.* Berlin—Leipzig 1858—1879.

Anni nota erasa est, sed Codex nec antiquitate nec elegantia se commendat. Non vacat lacunis.

Varii tractatus ex اخوان الصفاء depromti exstant in Bibl. Paris. (S. Germain des Prés n. 390); Bodl. (Uri) 138 (3), 894, 959, 966 *b*, (Nic.) 254, 386; Bonn. 15; Goth. 157; Ambros. 313, 314; Escur. 923; Mus. As. Petrop. (Dorn p. 290) et Societ. Asiat. Calcutt. p. ٧.

Totum opus اخوان الصفاء exstat in Bibl. Paris. (de Slane) 1105; Bodl. (Uri) 871, 883, 904, 989; Caes. Vindob. (Flügel) 1; Berol. (Sprenger) 1946; Tübing. (Wetzstein) 86; Monac. 651, 652, 653, 654; Cantabr. (Kings Coll.) n. 2; Constantinop. (Köprül.) 870, 871. — de Sacy n. 82.

1) Cod. باشره. Recte in Cod. Spreng. (vid. Flügel l.l. p. 16).

Tractatus octavus quadrantis secundi, sive universi operis vigesimus primus (cf. Nicoll, p. 215, ann. c), editus est Calcuttae anno 1812. Ceterum cf. de editionibus Pertsch, Cat. Goth. ad num. 157. Ejusdem tractatus versio Turc., cum titulo كتاب شرف الانسان, auctore Lâmiî, est in Bibl. Paris. (Turc. 157; S. Germain des Prés 342 et 546); Caes. Vindob. 436; Upsal n. 480 et Ambros. (n. 192).

II. (Cod. 514 Warn.)

مفاتيح العلوم auctore Abu-Abdallah Mohammed ibn-Ahmed ibn-Jusof al-Khowârizmî al-kâtib, qui saeculo quarto floruit et hunc librum Abu-'l-Hasano Obaidallah ibn-Ahmed al-Otbî, wezîro principis Sâmânidae Nuh II, dedicavit [1]. Suspicatus est Rieu (Cat. Mus. Brit., p. 640, ann. b) auctorem eundem esse ac Abu-Bekr Mohammed ibn-al-Abbâs al-Khowârizmî († 383), de quo cf. Ibn-Khall. Vita n. 675 et infra in capite Epistolae. Verum patronymicorum discrepantia talis est ut haec suspicio vix admitti possit et minus etiam quum nusquam huic viro tale opus adscribatur. Maqrîzî (I, p. ٢٥٨, 4 a f.) laudans opus *Mafâtîh al-olum* auctorem appellat Mohammed ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn-Jusof al-Balkhî.

Auctor in praefatione declarat, se librum componere voluisse, quo principia et elementa cujusvis disciplinae traderet vocesque technicas explicaret.

Claves disciplinarum divisae sunt in duas *maqâlas*, ex quibus prior sex capitibus (ابواب) constat, sequentibus scilicet: 1 فى الفقه; 2 فى الكلام; 3 فى النحو; 4 فى الكتابة; 5 فى الشعر والعروض; 6 فى الاخبار. Altera *maqâla* novem continet capita, nempe: 1 فى الفلسفة;

1) Nuh II regnavit ab anno 365 vel 366 (cf. Defrémery, *Histoire des Samanides*, p. 262, ann. 104, Ibn al-Athîr, VIII, ٢٩٥) usque ad annum 387. De ejus wezîro Abu 'l-Hasan al-Otbî agit Mîrkhond (p. 47, 48 textûs, 158, 159 vers. Gall). Ab aliis auctoribus vocatur *Abu-'l-Hosain*; minus recte, ut videtur; nam cum in nostro et duobus Parisiensibus (a Defrémery in usum Dozyi collatis) Codicibus H. Khal. *Abu-'l-Hasan* vocatur, tum in praefatione libri مفاتيح العلوم secundum omnes Codices. Vocatur scil. ibi Abu-'l-Hasan Obaidallah ibn-Ahmed (in uno tantum Codice additur al-Otbî).

2 في المنطق, 3 في الطبّ; 4 في علم العدد; 5 في الهندسة; 6 في النجوم; 7 في الموسيقى; 8 في الحِيَل; 9 في الكيميا.

Scriptus est Codex anno 556. Alia exemplaria in Mus. Brit. n. 430 (8), 431 (2), 1385; Berol. (Landberg) 1051.

III. (Cod. 1294 (2) Schult. fol. 9 v.—69 v.).

تَعْلِيمُ ٱلْمُتَعَلِّمِ لِتَعَلُّمِ طَرِيقِ العِلْمِ [1]) auctore *az-Zarnudjî*, qui circa annum 600 scripsit. Opusculum iam saepius editum, et in Europa *Enchiridion studiosi* dictum. Codex recens, nempe anno 977 scriptus, et ineleganter exaratus multis glossematibus marginalibus et interlinearibus est instructus.

Alii Codd. fere in quavis Bibliotheca inveniuntur e. g.: Paris. (de Slane) 515 (1), 516, 570, 978 (5), 1391 (10); Mus. Brit. 742; Oxon. (Nic.) 393 (6); Caes. Vind. 11 et 12; Acad. Orient. Vind. n. 3, 4; Guelpherb. n. 47; Lips. n. 186, 1°., 2°., 3°., 187, 1°.; Goth. 159 (2), 160, 161; Monac. 660, 661, 662; Erlang. 39 (2); Berol. (Rav.) 191, (Spreng.) 1801, (Landberg) 474, 646; Groning. a. f. 13; Petrop. 245 (4); Mus. Asiat. Petr.; Mantua (V. *Bibl. Ital.*, 62, p. 306); Rhodus etc. etc. Etiam de Sacy Codicem possidebat (n. 95).

IV. (Cod. 1939 = Amîn 212).

أقَالِيمُ ٱلتَّعَالِيمِ فِي ٱلْفُنُونِ ٱلسَّبْعَةِ auctore Schams-ad-dîn *ibn-al-Khowajjî* [2]) ut legimus in fronte Codicis, sed animadvertendum est loco Schams ad-dîn olim aliud scriptum fuisse. De opere, quod amplectitur VII disciplinas scil. تفسير, حديث, فقه, ادب, طب, هندسة et حساب, cf. H. Khal. I, 374. H. Khal. ait auctorem

---

1) Ita legitur titulus in praefatione hujus Codicis.

2) Sine jure Landberg reprehendit H. Khal. quod hoc relativum legerit al-Khubî, quod neque in ed. Flügel nec in nostro Cod. 1370 exstat, forte tantum in ed. Bulaq, quo ille usus est. Ipse autem errat nomen legens al-Khuwwî, nam derivandum est a خُوَيّ; vide Sojutî ed. Veth in voce.

mortuum esse anno 693 (quod autem non in omnibus mss. legitur, deest e. c. in nostro Cod. 1370) et collatis iis, quae ad l.l. adnotavit editor Flügel ex libro Sojutîi, de Class. Gramm. (VII, 608), de anno quo ex vita decesserit Abu-Abdallah Schihâb-ad-dîn ibn-al-Khowajjî dubitare quis nequit. Sed certum non est hunc nostri libri auctorem fuisse. Probabilius est eum scriptum fuisse a patre ejus, qui re vera nomen Schams-ad-dîn habuit et munere judicis supremi fungebatur Damasci. In fronte Codicis nostri enim legitur: الشيخ — قاضى القضاة et, ut jam observavit Schaikhus Amîn, auctor in libro ipso testatur (fol. 22 r. nostri Cod.) se audivisse Fakhr-ad-dîn ar-Râzî, jam anno 606 vita defunctum, quod vix credibile de filio sed omnino verisimile est de patre. Credimus igitur H. Khal. errasse, quum hic liber tribueret filio loco patris, qui itidem nomine *ibn-al-Khowajjî* inclaruit.

Codex, continens 217 fol., anno 738 charactere neskhi exaratus est. Aliud exemplar nobis non innotuit.

V. (Codd. 2, 19 Gol., 273 Warn.)

«نهاية الأرب، في فنون الأدب» *An-Nowairîi* († 733) Encyclopaedia, 17 volumina.

Universae hujus Encyclopaediae, ingentis sane operis, divisio sermone latina indicata est a Reiskio in *Prodidagmatis*. In usum virorum doctorum hic dabimus conspectum arabice.

الفن الاول فى السماء والآثار العلوية والارض والآثار السفلية ويشتمل على خمسة اقسام القسم الاول فى السماء وما فيها وفيه خمسة ابواب الباب الاول فى مبدأ خلق السماء الباب الثانى فى هيئتها الباب الثالث فى الملائكة الباب الرابع فى الكواكب السبعة الباب الخامس فى الكواكب الثابتة،

القسم الثانى فى الآثار العلوية وفيه اربعة ابواب الباب الاول فى السحاب

وسبب حدوثه وفى الثلج والبرد الباب الثانى فى الصواعق والنيازك وفى البرق والرعد الباب الثالث فى اسطقس الهواء الباب الرابع فى اسطقس النار واسمائها ٬

القسم الثالث فى الليالى والايّام والشهور والاعوام والفصول والمواسم والاعياد وفيه اربعة ابواب الباب الاول فى الليالى والايّام الباب الثانى فى الشهور والاعوام الباب الثالث فى الفصول الباب الرابع فى المواسم والاعياد ٬

القسم الرابع فى الارض والجبال والبحار والجزائر والانهار والعيون والغدران وفيه سبعة ابواب الباب الاول فى مبدأ خلق الارض الباب الثانى فى تفصيل اسماء الارضين الباب الثالث فى طول الارض ومسافتها الباب الرابع فى الاقاليم السبعة الباب الخامس فى الجبال الباب السادس فى البحار والجزائر الباب السابع فى الانهار والغدران والعيون ٬

القسم الخامس فى طبائع البلاد واخلاق سكّانها وخصائصها والمبانى القديمة والمعاقل والقصور والمنازل وفيه خمسة ابواب الباب الاول فى طبائع البلاد واخلاق سكّانها الباب الثانى فى خصائص البلاد الباب الثالث فى المبانى القديمة الباب الرابع فى ما وصفت به المعاقل والحصون الباب الخامس فى ما وصفت به القصور والمنازل ❀

الفن الثانى فى الانسان وما يتعلّق به ويشتمل على خمسة اقسام

القسم الاول فى اشتقاقه وتسميته وتنقّلاته وطبائعه ووصف اعضائه وتشبيهها والغزل والنسيب والمحبّة والعشق والهوى والانساب وفيه اربعة ابواب الباب الاول فى اشتقاقه وتسميته وتنقّلاته وطبائعه الباب الثانى فى وصف اعضائه وتشبيهها وما وصف به طيب الريق والنكهة وحسن الحديث والنغمة واعتدال القدود ووصف مشى النساء الباب الثالث فى الغزل والنسيب والهوى والمحبّة والعشق الباب الرابع فى الانساب ٬

القسم الثانى فى الامثال المشهورة عن النبىّ صلعم وعن جماعة من الصحابة رضهم والمشهور من امثال العرب واوابد العرب واخبار الكهنة والزجر والفأل والطيرة والفراسة والذكاء والكنايات والتعريض والاحاجى والالغاز وفيه خمسة ابواب الباب الاول فى الامثال الباب الثانى فى اوابد العرب الباب الثالث فى اخبار الكهنة والزجر والفأل والطيرة والفراسة والذكاء الباب الرابع فى الكنايات والتعريض الباب الخامس فى الالغاز والاحاجى،

القسم الثالث فى المدح والهجو والمجون والفكاهات والملح والخمر والمعاقرة والندمان والقيان ووصف آلات الطرب وفيه سبعة ابواب الباب الاول فى المدح وفيه ثلاثة عشر فصلا الباب الثانى فى الهجاء وفيه اربعة عشر فصلا الباب الثالث فى المجون والنوادر والفكاهات والملح الباب الرابع فى الخمر وتحريمها وآفاتها وجناياتها واسمائها واخبار من تنزّه عنها فى الجاهليّة ومن حُدّ فيها من الاشراف ومن اشتهر بها ولبس ثوب الخلاعة بسببها وما قيل فيها من جيّد الشعر وما قيل فى وصف آلاتها وآنيتها وما قيل فى مبادرة اللذّات وما وصفت به المجالس وما يجرى هذا المجرى الباب الخامس فى الندمان والسقاة الباب السادس فى الغناء والسماع الباب السابع فيما يحتاج اليه المغنّى ويضطرّ الى معرفته وما قيل فى الغناء وما وصفت به القيان وما وصفت به آلات الطرب،

القسم الرابع فى التهانئ والبشائر والمراثى والنوادب والزهد والتوكّل والادعية وفيه اربعة ابواب الباب الاول فى التهانئ والبشائر الباب الثانى فى المراثى والنوادب الباب الثالث فى الزهد والتوكّل الباب الرابع فى الادعية،

القسم الخامس فى الملك وما يشترط فيه وما يحتاج اليه وما يجب له على الرعيّة وما يجب للرعية عليه ويتّصل به ذكر الوزراء وقادة الجيوش واوصاف السلاح وولاة المناصب الدينية والكتاب والبلغاء وفيه اربعة عشر

بابا الباب الاول فى شروط الامامة الشرعيّة والعرفيّة الباب الثانى فى صفات الملك واخلاقه الباب الثالث فيما يجب للملك على الرعايا من الطاعة والنصيحة والتعظيم والتوقير الباب الرابع فى وصايا الملوك الباب الخامس فيما يجب على الملك للرعايا الباب السادس فى حسن السياسة واقامة المملكة الباب السابع فى المشورة واعمال الراى والاستبداد ومن يُعتمد على رايه وذكر من كره ان يستشير الباب الثامن فى حفظ الاسرار والاذن والحجاب الباب التاسع فى الوزراء واصحاب الملك الباب العاشر فى قادة الجيوش والجهاد ومكايد الحروب ووصف الوقائع والرباط وما قيل فى اوصاف السلاح الباب الحادى عشر فى القضاة والحكام الباب الثانى عشر فى ولاية المظالم وهى نيابة دار العدل الباب الثالث عشر فى نظر الحسبة واحكامها الباب الرابع عشر فى ذكر الكتّاب والبلغاء والكتابة وما تفرّع عنها من الوظائف والكتابات ۞

الفن الثالث فى الحيوان الصامت ويشتمل على خمسة اقسام القسم الاول فى السباع وما يتّصل بها من جنسها وفيه ثلاثة ابواب الباب الاول فى الاسد والببر والنمر الباب الثانى فى الفهد والكلب والذئب والضبع والنمس الباب الثالث فى السنجاب والثعلب والدبّ والهرّ والخنزير ،

القسم الثانى فى الوحوش والظبى (والظباء) وما يتّصل بها من جنسها وفيه ثلاثة ابواب الباب الاول فى الفيل والكركدن والزرافة والمهى والايّل الباب الثانى فى الحمر الوحشيّة والوعل واللمط الباب الثالث فى الظبى والارنب والقرد والنعام ،

القسم الثالث فى الدوابّ والانعام وفيه ثلاثة ابواب الباب الاول فى الخيل الباب الثانى فى البغال والحمير الباب الثالث فى الابل والبقر والغنم ،

القسم الرابع فى ذوات السموم وفيه بابان الباب الاول فى ذوات السموم القواتل الباب الثانى فيما ليس هو قاتل بفعله من ذوات السموم ،
القسم الخامس فى اجناس الطير وانواع السمك وفيه سبعة ابواب ستّة منها فى الطير وباب فى السمك وذيّلتُ فيه بباب ثامن اوردتُ فيه ما قيل فى آلات صيد البرّ والبحر الباب الاول فى سباع الطير وهى العقاب والبوازى والصقور والشواهين الباب الثانى فى كلاب الطير وهى النسر والرخم والحداة والغراب الباب الثالث فى بهائم الطير وهى الدرّاج والحبارى والطاووس والديك والدجّاج والحجل والكركىّ والاوزّ والبطّ والنحّام والانيس والقاوند والخطّاف والقبيق والزرزور والسمانى والهدهد والعقعق والعصافير الباب الرابع فى بغات الطير وهى القمرىّ والدبسىّ والورشان والفواخت والشفنين واليعتبط والنوّاح والقطاة واليمام والببغا الباب الخامس فى الطير الليلىّ وهو الخفّاش والكروان والبوم والصدى الباب السادس فى الهمج وهو النحل والزنبور والعنكبوت والجراد ودود القزّ والذباب والبعوض والبراغيث والحرقوص الباب السابع فى انواع الاسماك الباب الثامن وهو الذيل يشتمل على ذكر شىء مما وُصفت به آلات الصيد فى البرّ والبحر ووصف رماة البندق وما يجرى هذا المجرى ٭

الفن الرابع فى النبات ويشتمل على اربعة اقسام وذيّلتُ على هذا الفنّ بقسم خامس فيه انواع من الطيب والبخورات والغوالى والندود والمستقطرات وغير ذلك القسم الاول فى اصل النبات وما تختصّ به ارض دون ارض ويتّصل به ذكر الاقوات والخضروات والبقولات وفيه ثلاثة ابواب ،
الباب الاول فى اصل النبات وترتيبه الباب الثانى فيما تختصّ به ارض دون ارض وما يستاصل شأفة النبات الشاغل للارض عن الزراعة الباب الثالث فى الاقوات والخضراوات والبقولات ،

القسم الثانى فى الاشجار وفيه ثلاثة ابواب الباب الاول فيما لثمره قشر لا يؤكل الباب الثانى فيما لثمره نوى لا يؤكل الباب الثالث فيما ليس لثمره قشر ولا نوى،

القسم الثالث فى الفواكه المشمومة وفيه بابان الباب الاول فيما يشمّ رطبا ويستقطر ويشتمل على اربعة انواع وهى الورد والنسرين والخلاف والنيلوفر الباب الثانى فيما يشمّ رطبا ولا يستقطر ويشتمل على ما قيل فى البنفسج والنرجس والياسمين والآس والزعفران والحبق،

القسم الرابع فى الرياض والازهار ويتّصل به الصموغ والامنان والعصائر وفيه اربعة ابواب الباب الاول فى الرياض وما وصفت به نظما ونثرا الباب الثانى فى الازهار وما وصفت به ويشتمل على الخيرى وهو المنثور والسوسن والآذريون والخزم والشقيق والبهار والاقحوان الباب الثالث فى الصموغ وهى ثمانية وعشر صنفا الباب الرابع فى الامنان،

القسم الخامس فى اصناف الطيب والبخورات والغوالى والندود والمستقطرات والادهان والنضوحات وادوية الباه والخواصّ وفيه احد عشر بابا الباب الاول فى المسك وانواعه الباب الثانى فى العنبر وانواعه ومعادنه الباب الثالث فى العود واصنافه ومعادنه الباب الرابع فى الصندل واصنافه ومعادنه الباب الخامس فى السنبل الهندىّ واصنافه والقرنفل وجوهره الباب السادس فى القسط واصنافه الباب السابع فى عمل الغوالى والندود الباب الثامن فى عمل الرامك والسكّ من الرامك والادهان الباب التاسع فى عمل النضوحات والمياه المستقطرة وغير المستقطرة الباب العاشر فى الادوية التى تزيد فى الباه وتلذّذ الجماع الباب الحادى عشر فيما يفعل بالخاصّيّة ۞

الفن الخامس فى التاريخ ويشتمل على خمسة اقسام القسم الاول فى مبدأ خلق آدم عمّ وحوّى واخبارهما وما كان بعد آدم الى نهاية خبر

اصحاب الرسّ وفيه ثمانية ابواب الباب الاول فى مبدأ خلق ادم وحوّى عمّ وما كان من اخبارهما الى حين وفاتهما الباب الثانى فى خبر شيث ابن آدم عمّ واولاده الباب الثالث فى اخبار ادريس النبىّ عمّ الباب الرابع فى قصّة نوح عمّ وخبر الطوفان الباب الخامس فى قصّة هود عمّ مع عاد وهلاكهم بالريح العقيم الباب السادس فى قصّة صالح عمّ مع ثمود وعقرهم الناقة وهلاكهم الباب السابع فى اخبار اصحاب البئر المعطّلة والقصر المشيد وهلاكهم الباب الثامن فى خبر اصحاب الرسّ وما كان من امرهم،

القسم الثانى فى قصّة ابرهيم خليل الله عمّ وخبره مع نمرود وقصّة لوط وخبر اسحق ويعقوب وقصّة يوسف وايّوب وذى الكفل وشُعَيب عمّ وفيه سبعة ابواب الباب الاول فى قصّة ابرهيم الخليل عمّ واخبار نمرود بن كنعان الباب الثانى فى خبر لوط مع قومه وقلب المدائن الباب الثالث فى خبر اسحق ويعقوب عمّ الباب الرابع فى قصّة يوسف بن يعقوب عمّ الباب الخامس فى قصّة ايّوب عمّ وابتلائه وعافيته الباب السادس فى خبر ذى الكفل بن ايّوب عمّ الباب السابع فى خبر شعيب عمّ وقصّته مع مدين،

القسم الثالث يشتمل على قصّة موسى بن عمران عمّ وخبره مع فرعون وخبر يوشع ومن بعده وحزقيل والياس واليسع وغيلا واشمويل وطالوت وجالوت وداود وسليمن وشعيا وارميا وخبر بخت نصّر وخراب بيت المقدس وعمارته وما يتّصل بذلك من خبر عُزَير وقصّة يونس ابن متى وخبر بلوقيا وخبر زكريا ويحيى وعمران ومريم وعيسى عمّ وخبر الحواريّين وما كان من امرهم وخبر جرجيس وفيه ستّة ابواب وذيّلتُ على هذا القسم ذيلا يشتمل على اربعة ابواب ذكرت فيها ما قيل فى الحوادث التى تظهر قبل نزول عيسى عمّ الى الارض واخبار

المهدىّ والدجّال ونزول عيسى عم ومدّة اقامته فى الارض ووفاته وما يكون بعده وشيئا من اخبار الحشر والمعاد الباب الاول فى قصّة موسى ابن عمران وهرون عم وغرق فرعون واخبار بنى اسرايل وخبر قارون وحروب موسى وخبر الجبّارين وبلعم وغير ذلك الباب الثانى فيما كان بعد موسى عم من اخبار يوشع بن النون ومن بعده وخبر حزقيل والياس واليسع وغيلا واشمويل وطالوت وجالوت وداود وسليمن عم الباب الثالث فى اخبار شعيا وارميا وخبر بخت نصّر وخراب بيت المقدس وعمارته وما يتّصل بذلك من خبر عزير الباب الرابع فى قصّة ذى النون يونس بن متى عم وخبر بلوقيا الباب الخامس فى خبر زكريا ويحيى وعمران ومريم ابنته وعيسى بن مريم عم الباب السادس فى اخبار الحواريّين الذين ارسلهم عيسى وما كان من امرهم وخبر جرجيس التذييل على هذا القسم وفيه اربعة ابواب الباب الاول فى ذكر الحوادث التى تظهر قبل نزول عيسى بن مريم عم الباب الثانى فى خبر نزول عيسى عم الى الارض وقتل الدجّال وخروج ياجوج وماجوج وفسادهم وهلاكهم ووفاة عيسى عم الباب الثالث فى ذكر ما يكون بعد وفاة عيسى عم الى النفخة الاولى الباب الرابع فى اخبار يوم القيمة والحشر والمعاد والنفخة الثانية فى الصور،

القسم الرابع فى اخبار ملوك الاصقاع وملوك الامم والطوائف وخبر سيل العرم ووقائع العرب فى الجاهليّة وفيه خمسة ابواب الباب الاول فى اخبار ذى القرنين المذكور فى سورة الكهف الباب الثانى فى اخبار ملوك الاصقاع وهم ملوك مصر والهند والصين والترك وجبل الفتح (sic. Caucasus) الباب الثالث فى اخبار ملوك الامم من الاعاجم وهم ملوك الفرس الاول وملوك الطوائف والملوك الساسانيّة وملوك اليونان والسريان والكلدانيّين والروم والصقالبة والنوكبرد والافرنجة والجلالقة وطوائف

السودان الباب الرابع فى اخبار ملوك العرب وما يتّصل به من خبر سيل العرم الباب الخامس فى ايّام العرب ووقائعها فى الجاهليّة،

القسم الخامس فى اخبار الملّة الاسلاميّة وذكر شىء من سيرة نبيّنا محمّد صلعم وايّام الخلفاء من بعده رضهم والدولة الامويّة والعبّاسيّة والعلويّة ودول ملوك الاسلام واخبارهم وما فتح الله عليهم وفيه اثنا عشر بابا الباب الاول فى سيرة سيّدنا رسول الله صلعم الباب الثانى فى اخبار الخلفاء من بعده ابى بكر وعمر وعثمان وعلىّ وابنه الحسن رضهم الباب الثالث فى اخبار الدولة الامويّة بالشام وغيره الباب الرابع فى اخبار الدولة العبّاسيّة بالعراق ومصر الباب الخامس فى اخبار الدولة الامويّة بالاندلس واخبار الاندلس بعد انقراض دولتهم الباب السادس فى اخبار افريقية وبلاد المغرب ومن وليها من العمّال ومن استقلّ منهم بالملك الباب السابع فى اخبار من نهض فى طلب الخلافة من الطالبيّين فى الدولتين الامويّة والعبّاسيّة فقُتل دونها بعد مقتل الحسين ابن علىّ رضهما الباب الثامن فى اخبار صاحب الزنج والقرامطة والخوارج ببلاد الموصل الباب التاسع فى اخبار من استقلّ بالملك والممالك بالبلاد الشرقيّة والشماليّة فى خلال الدولة العبّاسيّة وهم ملوك خراسان وما وراء النهر والجبال وطبرستان وغزنة والغور وبلاد السند والهند كالدولة السامانيّة والدولة الصفّاريّة والدولة الغزنويّة والدولة الغوريّة والدولة الديلميّة والدولة الختليّة الباب العاشر فى اخبار ملوك العراق وما والاه وملوك الموصل والديار الجزيريّة والدياربكريّة والبلاد الشاميّة والحلبيّة كالدولة الحمدانيّة والدولة الديلميّة البويهيّة والدولة السلجقيّة والدولة الاتابكيّة الباب الحادى عشر فى اخبار الدولة الخوارزميّة والدولة الجنكزخانيّة وهى دولة التتار جنكزخان واولاده وما تفرّع منها الباب الثانى عشر فى اخبار ملوك الديار المصريّة الذين ملكوا فى

خلال الدولة العبّاسيّة نيابة عن خلفائها وهم الملوك الطولونيّة والملوك
الاخشيديّة ومن استقلّ بملكها وانتزعها عن يد نوّاب خلفاء الدولة
العبّاسيّة وهم الملوك العُبيديّون الذين انتسبوا الى العلويّين وما كان
من امرهم من ابتدائه الى انتهائه وما ملكوه من بلاد المغرب وكيف
استولوا على الديار المصريّة والبلاد الشاميّة والحلبيّة والثغور الساحليّة
وانقراض دولتهم وقيام الدولة الأيّوبيّة واخبار ملوكها بمصر والشام الى
حين انقراضها وقيام دولة الترك ومن ملك منهم وما حازوه من الاقاليم
وما فتحوه من الممالك واستنقذوه من ايدى الفرنج والارمن والتتار وغيرهم
وما استقرّ فى ملك هذه الدولة من الممالك الى حين وَضْعنا هذا
التاليف فى سنة [1] ...... وسبعمائة فى ايّام مولانا السلطان السيّد
الاجلّ المالك الملك الناصر ناصر الدنيا والدين ابى الفتح محمد بن
السلطان الشهيد المالك الملك المنصور سيف الدنيا والدين ابى المظفّر
قلاون الصالحىّ خلّد الله تعالى ملكه على ممرّ الزمان وسقى عهد
والده صوب الرحمة والرضوان ✿

Fann I, qism 1, bâb 1—II, 4, 4 continentur Codicibus 2*a* et 273. Codex 2*a* est formae maximae et nitide exaratus anno 807, ut in subscriptione notatur, sed nonnulla folia igne et aqua grave damnum passa sunt. Codex 273 est ingens volumen, paginas 1145 formae maximae continens, et nitide sed parum accurate scriptus. Fann II, 2, 1—II, 3, 2 continentur praeterea Codice 2*b*.

Fann II, qism 5, bâb 1—V, 4, 2*a* continentur Codice 273. Fragmenta certe ex Fann II, 5, 14 (ubi de kâtibi arte et de celebratis kâtibis agitur) exstant in Codice Paris. 702 A (de Slane 1577), qui varia fragmenta operis an-Nowairîi continet. Fann III et IV continentur Cod. Vindob. 900; fann IV insuper Cod. Berol. 86 (Wetzstein) autographo. Fann V, 1, 1—V, 4, 2*a* continentur

---

1) Patet e subscriptione capitis decimi (vid. infra) lacunam supplendam esse verbis اربع عشرة.

quoque Codice 2*c*, qui satis antiquus est, sed cui deëst finis. Fann V, 1, 1—V, 3 (historia Veteris et Novi Testamenti) exstant praeterea in Bibl. Escurial. (Casiri 1637).

Fann V, 4, 2*b*—V, 5, 1*a* continentur Codice 2*d*. Librarius in subscriptione testatur se illum anno 972 descripsisse ex exemplari ab ipso auctore exarato (كُتب من خطّ مؤلّفه). Fere eadem continentur Cod. Paris. 700 (1573) qui fertur autographus.

Fann V, 5, 1*b*. Duo hujus partis hîc habemus exemplaria. Unum est 2*e* sine anni nota sed anno 952 antiquius, ut e possessorum notis patet; alterum, 2*f*, descriptum videtur ipso auctore auspice, nam ei a librario subscriptum est: كمل الجزء السادس عشر من كتاب نهاية الارب فى فنون الادب على يد مولفه فقير رحمة ربه احمد ابن عبد الوهاب بن محمد بن عبد الدائم البكرى التيمى المعروف بالنويرى ۞

Fann V, 5, 2 et 3*a* continentur Codice 273 (in fine) et 2*g*. Hic eadem manu exaratus est atque 2*d*, et in hujus quoque Codicis subscriptione annus 972 notatus est.

Fann V, 5, 3*b*. Fere totum illud caput (باب) *tertium* (cujus perexigua tantum pars exstat in Codd. 273 et 2*g*), quod de Omaijadarum imperio in Oriente agit, in Europa desiderari videtur.

Fann V, 5, 4. Historiam Abbâsidarum in al-Irâqo et Aegypto ἐπιτομῶς offert Cod. 2*h* (sine anni nota sed ut 2*k* fere anno 1000 exaratus), quod patet collato hoc Codice cum 19*a*, qui historiam Abbâsidarum offert ab anno 466 usque ad annum 646, et in quo multo fusius res narrantur. Posterior Codex scriptus est anno 798. Pars hujus capitis exstat in Bibliotheca Paris. 645 (de Slane 1574).

Fann V, 5, 5 continetur Codice 2*h* (in fine) et exstat etiam in Codice Paris. 645, in quo historiam Omaijadarum in Hispania ad annum usque 418, nec tantum ad annum usque 290, ut traditur in Catalogo Bibl. Reg. (p. 168), narratam esse, ab Amario accepit Dozy. Historia denique τῶν ملوك الطوائف exstat etiam in Codice Paris. 647 (de Slane 1576. Excerpta ad eandem historiam pertinentia ibid. n. 1577, 1587 (*c*), 1588 (*a*).).

Fann V, 5, 6. Historia Africae continetur Codice Parisiensi 702 (de Slane 1576, 1588 (*b*).

Fann V, 5, 7. De iis qui contra Omaijadas et Abbâsidas rebellionem moverunt. Continetur Codice Paris. 702 (de Slane 1575).

Fann V, 5, 8 في اخبار صاحب الزنج والقرامطة والخوارج بالموصل et prior pars τοῦ fann V, 5, 9: في اخبار من استقلّ بالملك والممالك بالبلاد الشرقية والشمالية في خلال الدولة العباسية وهم ملوك خراسان وما وراء النهر والجبال وطبرستان وغزنة والغور وبلاد السند والهند كالدولة السامانية والصفارية والغزنوية والغورية والديلمية والختلية continentur Cod. Paris. 647 (de Slane 1576); posteriorem partem continet quoque Codex noster 2*i*, qui continet historiam Dailamitarum, Ghaznavidarum et Ghuridarum.

Fann V, 5, 10 et 11 continetur eodem illo Codice 2*i*, ubi nempe historia dynastiarum Hamdân, Bowaih, Seldjuk in variis in quibus regnarunt regionibus, et Atâbek enarratur, et deinde dynastiarum Khowârezm et Tatarorum. Codex pulcherrime exaratus est, non tamen ab ipso auctore, ut vir quidam doctus Belga (in voluminis initio) statuit, quod effecisse videtur cum ex verbis quae occurrunt in fine historiae Seldjukidarum Asiae Minoris: هذا اخر ما اتّصل بنا من اخبارهم الى حين وضعنا لهذا التاليف في سنة اربع عشرة وسبع مائة, tum ex subscriptione, quae sic audit: كمل الجزء على يد مؤلفه فقير رحمة ربه; sed convenit haec subscriptio cum subscriptione Codicis 2*f*, qui tamen Codex prorsus diversa manu exaratus est. Eadem prorsus subscriptio atque in 2*f* legitur quoque in medio Codice 2*i*. Differt praeterea quam maxime scriptura Codicis 2*i* (eadem atque Codicis 2*l*) ab illa quae cernitur in Codice 19*b*, qui revera est autographus [1]). Sed monendum adhuc est, ultimam partem capitis

1) Ut certo certius est collato alio Codice ab an-Nowairîo scripto. Cf. Dozy, *Commentaire historique d'Ibn-Badroun sur le poème d'Ibn-Abdoun*, p. 11, ann. 3.

(*bâb*) 10 et totum *bâb* 11 etiam contineri Codice 2*k* (1), qui nempe incipit a regno Moghîtz-ad-dîni. Codici illi 2*k*, finito bâb 11, subscriptum est: كُتِبَ من نسخة كُتِبَت من خطّ مؤلّفه رحمه الله تعالى امين امين ۞

Fann V, 5, 12, sectionem, quae maximi est momenti et ex qua partes tantum servantur in Bibl. Paris. [1]), hic possidemus. Codex 2*l* ejus initium offert et progreditur usque ad annum 658; eadem manu est exaratus atque Codex 2*i*. Praeterea Codex 2*k* (2) (inde a pag. 9 med., nam de praecedentibus vide infra) historiam offert ab anno 265 (initium est: ذكر عصيان العباس بن احمد بن طولون على ابيه وما كان من امره ۞ وفى سنة خمس وستين ومائتين عصى العباس بن احمد على ابيه الخ, quibus verbis respondent illa quae leguntur in Codice 2*l* fol. 5 v. in fine) usque ad annum 596, nempe ad dimidium usque voluminis 2*l*, cujus altera pars convenit cum Codice 2*m*, qui tamen historiam ad annum 678 deducit, et, ut subscriptio docet, anno 974 scriptus est. Codex 2*n* historiam continuat ab anno 679 ad 700. Eodem anno et eadem manu scriptus est atque praecedens et sequens (in quo *annus* tamen notatus non est) 2*o*, qui historiam annorum 701—720 continet. Historia annorum 599—606 continetur quoque 9 paginis prioribus Codicis 2*k* (2). Historia denique annorum 720—730 continetur Codice 19*b*, cui in fronte adscriptum est تاريخ نويرى بخطّ المصنف, quique revera auctoris manu, additis notis nonnullis in margine, exaratus est.

Praeterea adhuc monendum est, in Museo Britannico (n. 349, 3) esse Hindleyi apographum capitis de Kahtânidis, ab Alb. Schultensio in *Historia Joctanidarum* editi. Excerpta ex Fann I continet Ms. Berol. 1008 (Ahlwardt). In Bibl. Köprülü (Constantin.) servantur 4 volumina, n. 1185—1188 in Cat. Utrum Laurent. n. 8; Palat. 108; Vatic. 738—741 hujus encyclopaediae partes contineant necne, efficere nequeo.

---

1) Nempe in Codd. 739 suppl. (Cat. 1578) ab anno 658—701 et 683 (Cat. 1579) = 2*n* Leid. ab anno 678—700. In cod. 702 A (Cat. 1577) est fragmentum historiae Fatimidarum.

VI. (Codd. 1393 et 1394).

Ioannis Heymanni *Nowairiana*. Volumen primum:

Apographum partis operis an-Nowairîi, nempe praefationis, distributionis totius operis, et initii sectionis quintae (quae historiam biblicam continet) usque ad historiam Josuae. Addita est annotatio ad textum Arabicum. — Volumen alterum:

Versio Latina horum locorum cum annotatione. Index specialis materiarum quae tractantur in operis an-Nowairîi quatuor primis sectionibus. Lectiones Academicae ad Historiam universalem Muhammedicam Nuweirii, inde ab Adamo usque ad ulteriora tempora, quarum initium fuit d. 23 Sept. 1720. Lectiones Academicae ad Historiam universalem Muhammedicam Nuweirii, habitae 1721 m. Sept. etc., incipientes ab Hud sive Heber Propheta [1]).

Ex ingenti et perutili illa Encyclopaedia pars quae minoris esset momenti, seligi plane non poterat. Propositum fuit Heymanno (ut ipse testatur initio *Lect. Academ.*) has elucubrationes »in lucem edere et mundo communicare."

Dono dedit Van Utrecht Dresselhuis.

VII. (Cod. 474 (41) Warn. fol. 371—439).

عُنْوَانُ ٱلشَّرَفِ ٱلْوَافِى، فِى ٱلْفِقْهِ وَٱلنَّحْوِ وَٱلتَّارِيخِ وَٱلْعَرُوضِ وَٱلْقَوَافِى»

auctore Scharaf-ad-dîn Ismâîl ibn-abî-Bakr al-Jamanî vulgo *ibn-al-Moqrî* († 837).

Compendium jurisprudentiae, grammaticae, historiae Rasulidarum et artis metricae, miro artificio compositum; cf. fusa Hammeri descriptio in *Wiener Jahrb.*, t. 61, *Anz.-Bl.*, p. 11 sq.

Codex anno 999 scriptus est.

VIII. (Cod. 650 Warn.)

Idem opus. Sine anni nota.

---

1) Heymannus secutus est falsam opinionem illorum qui Hudum et Heberum eundem fuisse putant. Cf. Geiger, *Was hat Mohammed* cet., p. 113 sqq.

IX. (Cod. 1508 Testa.)

Idem opus. Codex anno 1185 ineleganter exaratus est.

Alia exemplaria: Paris. 1391; Mus. Brit. 899; Ind. Off. 1038 (10); Lee n. 97; Caes. Vindob. 8; Monac. 882, 900 (1); Goth. 164, 165; von Kremer 151; Mus. Asiat. Petrop.; Societ. Asiat. Calcutt. p. ٤٠; Fez cf. *Bull. de Corr. Afr.* 1883, sub n° 14; Damasci Catal. p. ٨٨, n. 81—83.

Opus lithographice prodiit in urbe Calcuttae; alia editio parata est in urbe Haleb anno 1294 (Brill n. 444).

X. (Cod. 947 Warn.)

الفوائح المسكيّة في الفواتح المكيّة » auctore Abd-ar-Rahmân ibn-Mohammed ibn-Alî ibn-Ahmed *al-Bistâmî* († 858), qui hujus libri materiam inde ab anno 795 collegerat, eumque, anno 844 finitum, dedicavit sultano Morâdo II.

Argumentum hujus Encyclopaediae (quam auctor non absolvit, quum ex centum capitibus, quorum indicem huic libro praemisit, tantum triginta priora perfecerit) iam fuse indicarunt Hammer (*Wien. Jahrb.*, t. 83, *Anz.-Bl.*, p. 12—15) et Fleischer (*Catal. Lips.*, p. 530 sqq.). Praeter duo Lips. (293 et 294) et duo Vindob. 9 et 10 (1), reperiuntur hujus operis exempl. in Bibl. Escur. 1754 (?) et 1815 (1). Nostrum anni nota caret.

XI. (Cod. 944 (4) Warn. fol. 99—204).

إتمام الدراية لقرّاء النُّقاية » Commentarius quo *as-Sojutî*, anno 873, opus illustravit a se ipso antea scriptum, quod de 14 disciplinis agit et *an-Nokâjah* dicitur.

Codex anno 1015 scriptus est.

XII. (Cod. 1315 (2) p. 6—9).

Initium ejusdem operis; sunt tantum quatuor paginae.

Oriundus ex Bibl. Societatis Indiae Orientalis.

Ipsum النقاية: Caes. Vind. 14 (1); Monac. 893 f. 97; Dresd.

204 (9); Escur. (Derenb.) 218 (2); Commentarius: Caes. Vind. 14 (2); Mus. Brit. 432; Goth. 167, 168; Lee 98; Tetuan 229; Tippu p. 98, n. 19 (?); Köprülü p. ١٥٩ n. 284; Damasc. Cat. p. ٨٨, n. 70—72 et Societ. Asiat. Calcutt. p. ٧.

XIII. (Cod. 2258 = Amîn 540).

رَوْضَةُ الفُهُومِ، في نَظْمِ نُقَايَةِ العُلُومِ" sive versio metrica libri as-Sojutîi, النقاية dicti, auctore Schihâb ad-dîn Ahmed ibn-Abd-al-Haqq *as-Sonbâtî* al-Miçrî († 990). Cf. H. Khal. VI, 372, n° 13950. Tractantur XVIII disciplinae, quum auctor IV disciplinas libro as-Sojutîi addiderit. Postea hoc suum poëma commentario illustravit, de quo vide num. seq. ubi singulae disciplinae enumeratae sunt.

Codex bonae notae scriptus est anno 983, quum auctor adhuc inter vivos esset ut testatur librarius in fine. Alia exemplaria habes in Mus. Brit. 893 (7); Goth. 169.

XIV. (Cod. 418 Warn.)

فَتْحُ الحَيِّ القَيُّومِ، بِشَرْحِ رَوْضَةِ الفُهُومِ", commentarius ab ipso auctore conscriptus in versionem metricam quam modo descripsimus. Agit de sequentibus disciplinis: علم اصول الدين ع التفسير ع الحديث ع الفقه ع الفرائض ع الحساب ع النحو ع التصريف ع الخط ع المعاني ع البيان ع البديع ع العروض ع القوافي ع المنطق ع. التشريح ع الطب ع التصوف. Est spissum volumen.

Nitidus Codex septimo anno post absolutum opus (982) scriptus est, anno scilicet 989. Alius mihi non innotuit.

XV. (Cod. 759 (2) Warn. fol. 127—139).

Djalâl-ad-dîn Mohammed ibn-Asad aç-Çadîqî ad-Dauwânî († 907) scripserat brevem Encyclopaediam, انموذج العلوم vocatam et sultano Mahmudo dedicatam. Ad hujus libri refutationem scriptum est

opusculum quod hîc habemus, et quidem a Ghijâtz-ad-dîn al-Mançur ibn-Mohammed al-Hosainî († 949), qui in praefatione vehementer in ac-Çadîqîum invehit ut solet (cf. infra inter philosophos descriptio Cod. 759 (5), H. Khal. II, 201 cet.), contenditque eum de compluribus disciplinis scripsisse, quum nullam cognitam haberet. Titulus est ردّ على انموذج العلوم الجلاليّة للمولى المشهور بغياث الدين المنصور *

Sunt 25 pagg. Anni nota addita non est, sed ex praefatione patere videtur, auctorem adhuc in vivis fuisse quum hoc exemplar scriberetur. Codex bene scriptus est.

XVI. (Cod. 759 (6) Warn. fol. 180 v.—184 v.)

Ejusdem auctoris libellus cujus idem fere est titulus (مقالة في الردّ على انموذج العلوم الجلالية), in quo ad-Dauwânîum refutare pergit. Sunt 9 pagg., at opusculum in fine mancum est, fortasse ab ipso auctore non absolutum. Idem saltem librarius alterum addidit tractatum cui huncce tribuit titulum: مقالة اخرى في الردّ على بعض كلمات جلال الدين لغياث الدين المنصور, in fine vero adscripsit verba: تمّ ما كتب الاستاذ, quapropter neque hunc tractatum, qui 7 fere pagg. implet, absolutum esse suspicor. De Codice ipso vide ad n° XV.

XVII. (Cod. 958 (42) Warn. fol. 198—244.)

«الدُّرّ النَّظيم، في أَحْوال العُلوم وَالتَّعْليم», sic inscribitur haec encyclopaedia, quae non, ut in indice Codici 958 praemisso et ab H. Khal. dicitur, Avicennam auctorem habet, sed est editio altera et aucta operis a Sprengero editi in Bibliotheca Indica (N° 21) ارشاد القاصد الى اسنى المقاصد, auctore Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Ibrâhîm ibn-Sâ'id al-Ançârî *al-Akfânî* as-Sakhâwî († 749). Auctor hujus secundae editionis al-Akfânîo saeculo et dimidio est recentior, inter libros enim laudatos est opus principis Olug Bek

(† 853), de quo v. infra inter astronomos descriptio Cod. 105 [1]), et Codex non autographus anno 954 est exaratus. Nomen ejus me latet, sed est, praeter hujus encyclopaediae editionem, multorum operum auctor: 1º Compendii operis Athîr-ad-dîni al-Abahrî († ca 700), c. t. كشف الحقائق (f. 210 v.), cf. H. Khal. V, p. 206; 2º Epitomis ex opere الجامع الكبير, auctore Ibn-al-Athîr al-Djazarî († 637), واختصرناها بزيادات اضعافها اليه (f. 205 v.), cf. H. Khal. II, p. 571; 3º Epitomis e libro البديع, auctore Ibn-Monkidz († 584); 4º Compendii ex opere al-Abahrîi, c. t. تهذيب النكت (f. 225 v.); 5º نكت واختصار in opus Ibn-Baitâris c. t. الادوية المفردة; 6º Compendium fecit ex التذكرة, auctore as-Sowaidî (H. Khal. II, p. 256; cf. 260); 7º scripsit رسالة في الكحل ملقبة بالنورية (f. 228 v.); 8º Commentarii est auctor in فصول Hippocratis (*ibid.*); 9º Epitomen fecit Canonis Avicennae, وقد اختصرناه بتنبيهات ضرورية (*ibid.*); 10º Commentarium composuit in opus oneirocriticum, c. t. فرائد الفوائد [2]) (f. 230 r.); 11º مؤاخذات in opus astrologicum المغنى لابن هبقنى [3]) (f. 230 v.); 12º رسالة في تصحيح امر الكيميا وما يجب ان يعتقد فيها (f. 233 r.); 13º Excerptum fecit e libro Ibn-Wahschîjae, c. t. الفلاحة النبطية quod appellavit ثمرة الفلاحة. Opus hocce in nostra bibliotheca exstat, Cod. Warn. 524 (vid. infra inter libros de historia naturali et re rustica). Denique nobiscum communicat f. 234 v. (quoque in ed. Sprenger, p. ٨٠) al-Mutamin ibn-Hud (المؤتمن بن هود) inchoasse opus omnes Geome-

---

1) Inseruntur inter verba in ed. Spreng. p. ٨٧, vs. 5 الهلاكونى et واهل haec: وزيج ابن الشاطر غاية وزيج العلامة السلطان ألغ بيك اليه المنتهى.

2) Laudatur hic liber quoque in edit. Sprenger, p. ٧٢, vs. 2. Alterutrum statuere necesse est: sive quoque in ea editione additamenta exstant, scripta post mortem Akfânîi, sive perperam editor H. Khal. auctorem libri فرائد الفوائد eundem censuit cum celeberrimo Ibn-Dukmak, qui obiit anno 809.

3) Sic. In ed. Spreng. p. ٧٣, vs. 9 لابن هيتا.

triae partes comprehendens, quod appellaverat الاستكمال, morte autem matura consilio hujus irrito facto, se ipsum hoc Deo volente esse perfecturum (f. 235 r.).

Haec altera editio utilis est propter magnum numerum titulorum librorum additum, non vero arte est facta. Unum hoc memorasse sufficit. Ubi al-Akfânî de *nostro* tempore, *nostro* magistro, *nostro* libro loquitur, hic idem legimus e. g. ed. Spreng. p. ٨٧, vs. 6 زماننا في quoque sic in Codice nostro f. 238 r., vs. 1 habetur; in utraque editione passim laudatur شيخنا جمال الدين بن واصل († 697); in ed. Spreng. p. ٦٣, vs. 2 كتابنا, idem apud nostrum f. 223 v., vs. ult. legitur, cet.

Incertum est utram editionem offerat Cod. Vindob. 2, nam descriptioni Flügeli uterque titulus praemittitur. Prioris editionis exemplaria sunt Goth. 163; Paris. 920; Lips. (Refaîj.) 407; Escur. 944; Bonon. 457 (1). Codicem etiam possidet C. Schefer.

XVIII. (Cod. 786 (5) Warn. fol. 59—69).

Fragmenta libri, quem H. Khal. non cognitum habebat, cui cum in primo folio, tum in praefatione, titulus datus est: الأَنْوَارُ القَدُوسِيَّة، فى الأَسْرار المُوسَوِيَّة«. Nomen auctoris latet; sed de operis consilio sequentia in praefatione occurrunt: فقد رزقنى الله تعالى من مبارّ الطافه وانعامه، ومسارّ احسانه واكرامه»، مُصاحبةَ اخ صالح تقى، ومصانعة خليل فالح نقى»، فلمّا زادت بيننا المحبّةُ فى الله والصحبة لله»، سالنى ان اكتب له ما يوافق اسمه الشريف، وقدره المنيف»، من الاسماء والاوفاق، فكتبت له ما فتح به الرحمن على عبده فى هذه الاوراق»، وجعلتها هديّة لحضرته العليّه، وتحفة لطلعته البهيّه»، اذ هى تحفة تبقى ببقاء الشهور والايّام، ولا تفنى بكرور الدهور والاعوام»، راجيا من الله حصول الثواب، انه كريم وهّاب» وسمّيتُها الانوار القدوسيّه، فى الاسرار الموسويّه»، ورتّبتها على ثمانية

ابواب عدد ابواب الجنّة جعلنا الله من اهلها امين الباب الاول فى
خواصّ الاشياء انباب الثانى فى الفلك واحكامه الباب الثالث فى الارض
والاقاليم السبعة الباب الرابع فى علم الاوفاق وخواصّها الباب الخامس
فيما يوافق اسمه الشريف، وقدره المنيف» من الاسماء والاوفاق، النافعة
عند اهل الاذواق» الباب السدس فى علم الطب الباب السابع فيما.

Argumentum septimi et octavi capitis hoc loco indicatum non est. Post verba scilicet quae descripsi, complura folia in Codice desiderantur. Sequitur introductio (مقدمة) ad caput sextum (de arte medica), quae 2 paginis absolvitur, quaque absoluta auctor sic pergit: وان قد فرغْنَا من ذكر المقدّمة فلنذكر طرفا من الطبّ وشرف معانيه الـخ. Deinde sequitur caput septimum فيما يناسب المزاجَ الشريف، من الاغذية والادوية فى الصيف والشتاء والربيع والخريف» Hujus capitis, quod abrupte desinit, 2 tantum supersunt paginae. Caput octavum agit de lapidibus (فى خواصّ الاحجار، وما فيها من المنافع والاسرار»), et revera 18 paragraphis constat, quibus constare auctor initio hujus capitis testatur.

Codex anni nota caret, nec alius mihi innotuit.

II.

BIBLIOGRAPHIA.

XIX. (Cod. 1221 Gol.)

Tertia pars (جزء) operis celeberrimi *al-Fihrist*, auctore Mohammed ibn-Ishâq an-Nadîm, vulgo dicto Abu 'l-Faradj ibn-abî-Jaqub, qui hoc opus conscripsit anno 377 et anno 385 obiit.

Continet sectiones operis 7mam, 8vam, 9nam et 10mam, p. ٢٣٨—٣٤٦. editionis Flügeli, qui nostro Codice usus est. De Codice, antiquo sed anni nota carente, egit idem in praefatione p. XVIII et XIX.

XX. (Cod. 159 (3) Gol.; fol. 247 v.—254 r.)

Fragmentum operis ejusdem, agens de Motazilitis, quod maximi momenti foret quippe implens lacunam in primo Fanno quintae Maqâlae (Flügel p. ١٧٤ seqq.), nisi a Turca linguae Arabicae imperito scriptum esset ideoque mendis et lacunis scateret. Cf. Flügel in praefatione p. XVII, qui vero nimis severe de textu Codicis judicat. Magna enim pars vitiorum facile emendari potest. Incipit fragmentum hocce verbis: كان واصل بن عطاء الغزّال طويل العنق Sunt 14 paginae.

XXI. (Cod. 14 Gol., p. 315 seqq., p. 398—469).

Varia fragmenta ex *al-Fihrist*, quae Golius in suum usum ex Cod. 1221 describi curavit; idem plumbo quaedam in margine

notavit. Cf. Flügel l.l. p. XVI, infra, qui etiam de aliis Codicibus libri *al-Fihrist* refert. Addendum est quod bibliotheca Köprülü possidet dua exemplaria scil. Cat. n. 1134 et 1135.

XXII. (Cod. 1850 = Amîn 119).

فهرست مصنّفات شيخ الاسلام ابن حَجَر sive index scriptorum Schihâb ad-dîni Ahmed ibn-Alî *ibn-Hadjar* al-Asqalânî († 852) ex autographo *al-Biqâ'î* descriptus ab Ahmed ibn-Khalîl ibn-Ahmed *ibn-al-Lobudî* [1]), qui in fine ipse nonnullos titulos addidit. Cf. von Rosen, Mélanges Asiatiques t. VIII p. 691 et seqq.

XXIII. (Cod. 1841 = Amîn 110).

فهرست مصنّفات الامام برهان الدين البقاعيّ sive index scriptorum viri doctissimi Borhân ad-dîn Ibrahîm ibn-Omar *al-Biqâ'î* († 885). Continet hic index 61 titulos et descriptus est, teste annotatione Schaikhi al-Amîn, manu Ahmedis ibn al-Lobudî, discipuli al-Biqâ'ii.

XXIV. (Cod. 1846 = Amîn 115).

فهرست مصنّفات العلّامة جلال الدين السيوطيّ sive index scriptorum viri celeberrimi Djalâl ad-dîn *as-Sojutî* († 911).
Autographon ejusdem al-Lobudî.

XXV. (Cod. 1370).

„كَشْفُ الظُّنُونِ، عن أَسَامِي الكُتُبِ والفُنُونِ" auctore Mostafâ ibn-Abdallah, vulgo Hâdjî-Khalîfa († 1068) dicto.

Alios hujus operis Codices et Compendia enumeravit Flügel, in praefatione variis editionis suae voluminibus adjuncta. Exstant quoque exemplaria in Bibl. Societ. Asiat. Calcutt. (*Catal.* p. ٢٩); Mus. Roumiantzoff (Moskau); Rosen, *Ms. Arab.* 214, 215; von Kremer 154. Hicce noster Codex nitide scriptus est anno 1142, sed interna bonitate haud adeo se commendat.
Constantinopoli emtus opera Baronis van Zuylen van Nyevelt.

---

1) Landberg enuntiat al-Labbudî nescio qua auctoritate.

XXVI. (Cod. 1371).

Exile compendium ejusdem operis, de quo severe judicavit Flügel in praefatione ad Vol. III (p. II).

Itidem CPoli emtus ejusdem opera.

XXVII. (Cod. 1613).

Weijersii, Dozyi aliorum annotatio ad Hâdjî-Khalîfam, de qua vide in Praefatione ad hunc Catalogum.

XXVIII. (Cod. 1416).

Hamakeri versio Latina initii operis Hâdjî-Khalîfae. Continet quae in editione Flügelii leguntur Tom. I, p. 1—32.

Codex emtus ex Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 113 n. 13).

XXIX. (Cod. 1372).

Catalogus librorum orientalium manu scriptorum Bibl. Leidensis auctore Heymanno; opus nullius pretii utilitatisve, ut jam judicavit Weijers (*Orient.* I, p. 301 seqq.). 6 vol. in 4°.

XXX. (Cod. 1373).

Catalogus Reiskii autographus, ex quo nihil emolumenti redundare ad Codices nostros melius cognoscendos, jam ostendit Weijers (*Orient.* I, p. 303 seqq.).

XXXI. (Cod. 1374).

Apographum illius Reiskiani Indicis cum annotatione Weijersii et Hamakeri. Cf. *Orient.* I, p. 304 seq. in annot. et Praefationem ad hunc Catalogum.

XXXII. (Cod. 1618).

Hoogvlieti et Meursingii Catalogus, de quo vide in Praefatione

XXXIII. (Cod. 1375).

Hamakeri descriptio Codicis nostri 1, qui continet تحفة اللبيب وبغية الكئيب auctore Abu-'l-Fath Fath ad-dîn Mohammed ibn-Badr ad-dîn. Quam dissertationem edidit Dozy in 1ma editione hujus Catalogi t. I, p. 308—341.

XXXIV. (Cod. 1720).

Fasciculus continens sequentes Catalogos librorum mss.:

1. Cat. Codd. Bibl. Göttingensis, auctore Wüstenfeld.

2. Cat. Codd. Mss. Or. Bibl. Acad. Trajectinae descriptus manu C. J. van der Vlis.

3. Cat. Mss. Or. Bibl. Daventriensis maximam partem ex Academia Harderovicensi eo translatorum descr. manu J. Verburgi.

E libris Dozyi.

XXXV. (Cod. 1611).

1. Manuscrits arabes, persans et turcs, qui se trouvent à la Bibl. de la société asiatique à Paris.

2. Manuscrits arabes, persans et turcs, qui se trouvent à la Bibl. de l'Arsenal à Paris.

3. Catalogue des man. hébreux, syriaques, arabes, persans, turcs etc., provenant de la Bibl. de l'Abbaye S. Germain des Prés et faisant actuellement partie de la Bibl. du Roi à Paris. Copié d'après l'original de M. le baron Silvestre de Sacy.

4. Extrait du Catalogue des manuscrits de la Maison des Indes Orientales à Londres.

5. Catalogus Mss. Orient. Bibl. Regiae Berolinensis auctore Willmans.

Hi quinque Catalogi, in usum Weijersii, descripti sunt a Tornberg.

6. Catalogus Mss. Orientalium Bibl. Göttingensis, descriptus anno 1821 e Catal. qui in ipsa illa Bibl. asservatur.

E libris Weijersii.

XXXVI. (Cod. 1609).

1. Suppléments du Catalogue de la Bibliothèque royale (man. orientaux de l'ancienne maison de la Sorbonne; man. or. de l'oratoire; fonds Schultz; man. or. venus d'Alger; fonds du Caurroy; fonds Anquetil; fonds Brueys; fonds Gentil; fonds Asselin). Descriptum ex autographo Reinaud a Gildemeister.

2. Catatogus Mss. Orientt. in Bibl. Hamburgensi asservatorum, secundum excerpta Lichtenstenii atque ex ipsis libris elaboratus a P. von Bohlen 1820. Ex apographo Monradii, Phil. D[ris] Havniensis descr. Paris. 1839 (a Gildemeister).

E libris Weijersii.

XXXVII. (Cod. 1614).

Caussin de Perceval (fils), Notice sur les manuscrits arabes 655 et 785 de la Bibliothèque du roi [Histoire de la conquête de l'Egypte, par Ibn-Abd-al-hakam]. Paris, novembre 1822. 18 pp. in 4°.

E libris Hamakeri.

XXXVIII. (Cod. 1434).

Catalogus manu scriptorum Codicum Persicorum atque Arabicorum magnae Regiae Bibliothecae Havniensis, quem sub auspiciis Moldenhawer conscripsit J. L. Rasmussen 1814. Transscriptus ab A. L. C. Listow. Havn. 1837. 51 pp. in 4°.

XXXIX. (Cod. 1402).

Catalogue des ouvrages manuscrits et imprimés, en arabe, persan et turc, qui appartiennent à la Bibliothèque de l'Université d'Upsal, donnés par MM. Sparfvenfeld, Hasselquist, Björnståhl, Sturtzenbecker et Celsing. 11 p. f°.

Emtus ex Bibliotheca Hamakeri. Vide Catal. Bibl. Hamak., p. 110, n. 8 [1]).

1). Ibi perperam pro Celsing legitur Classing.

XL. (Cod. 1610).

Catalogus Codd. Orient. Bibl. Ardebilensis et Achalcichensis, qui nunc servantur in Bibl. Caes. Petropolitana, et Catalogus Codicum Musei Asiatici Petropolitani.
E libris Weijersii.

XLI. (Cod. 1617).

H. E. Weijers, Aanteekening van *vele nog bruikbare tot* 1799 — en, zoo veel mogelijk, van *alle sedert* 1800 — in druk verschenen Werken, die op het Vak der *Oostersche* (dat is bepaaldelijk, der *Semitische*, *Perzische* en *Turksche*) Letterkunde betrekking hebben. 4 deelen 8°.
Emtus ex Bibliotheca Weijersiana.

III.

PHILOLOGIA

(علم اللغة)

---

a. LEXICA ARABICA.

XLII. (Cod. 500 (5) Warn. fol. 233 v.—235).

كتاب المثلث auctore Abu-Alî Mohammed ibn-Ahmed al-Mostanîr, vulgo *Qotrob*, qui obiit anno 206. In titulo nostri Codicis legitur كتاب المثلثة للامام قدوة العلماء ٬ سيد الاباء ٬ افتخار الفضلاء„ قال قطرب (قال على بن :صح sub linea cum) بن احمد البصرى (sub linea cum صح: المستنير); cf. H. Khal. in v. مثلث.

Recensentur hîc nomina tribus literis constantia, quae pro triplici vocali primae radicalis tres habent distinctas significationes. Addita est interpretatio Persica et interpretatio Turcica.

Ostendit autem E. Vilmar in praefatione ad *Carmen de vocibus tergeminis arabicis ad Qutrubum auctorem relatum* hoc opusculum non offerre ipsius Qotrobi tractatum, sed recentioris esse aetatis, licet quodammodo cum eo cognatum sit.

XLIII. (Cod. 500 (2) Warn. fol. 173—175).

Idem tractatus. (In titulo nomen auctoris corruptum est hoc modo: قدربى احمد البصرى).

Utrumque exemplar (quod uno eodemque continetur Codice) anni nota caret. Est autem illud multo emendatius et auctius quam hoc.

XLIV. (Cod. 908 (5) fol. 44—46).

Opusculum Qotrobi in ligatam orationem transfusum a Sadîd ad-dîn Abu'l-Qâsim Abd al-Wahhâb ibn-al-Hasan ibn-Barakât al-Mohallabî († 685), ut docemur in proöemio Codicis nostri 1603 (2) et Codicis Gothani 513. Vilmar in dissertatione suprà laudata dubitat an hoc testimonium admittendum sit, quia H. Khal. (V, 374) inter commentatores carminis memorat al-Qazzâz († 412) et Sadîd ad-dînum commentatorem non auctorem carminis nuncupat. Sed observandum est bibliographam Turcam ipsum carmen adscribere Qotrobo neque licere sine alio testimonio ex ejus verbis pro certo derivare Qazzâzum hoc idem carmen commentario illustrasse. Continetur nostro Codice idem carmen quod edidit Vilmar cum scholiis marginalibus. Ut in Codice Gothano versus 31mus desideratur, dum post versum 30mum sequitur تمت بعون الله et vs. 32 بيت زائد appellatur. Revera dicit Sadîd ad-dîn in proöemio وفى ثلثون نوعا فى كل بيت منها نوع et dum in aliis omnibus versibus tractantur nomina, in hoc uno verbi exemplum datur.

Codex nitido scriptus est.

XLV. (Cod. 1603 (2) fol. 27 v.—30 r.).

Initium Commentarii, auctore Abu-Ishâq Ibrâhîm ibn-Hibatallah al-Mahallî al-Lakhmî (المحلى مربا اللخمى نسبا) ad carmen modo descriptum. Proöemium dedit Vilmar l.l. p. 18 seq.

Constat tantum quinque paginis et dimidia, et ex subscriptione prioris partis Codicis patere videtur, illum scriptum esse anno 1063.

Emtus ex Bibl. Sacyanâ (*Cat. Bibl. de Sacy* n. 69).

Exemplaria opusculi Qotrobo adscripti, Comment. etc. fere in quavis Bibl. exstant, de quibus cf. opusculum E. Vilmar supra laudatum, p. 21.

XLVI. (Cod. 446 Warn.)

إصْلَاحُ ٱلْمَنْطِق auctore Abu-Jusof Jaqub ibn-Ishâq, vulgo *Ibn-as-Sikkît*, qui medio saeculo tertio (de anno dissidium est, alii dicunt 243, alii 244, alii denique 246) diem supremum obiit. Offert hoc exemplar textum recensionis at-Tibrîzîi.

Explicantur hoc in libro significationes diversarum formarum vocum Arabicarum, multisque exemplis ex veterum poëtarum operibus petitis, illustrantur. Priorum capitum elenchum jam dedit Nicoll (p. 182) [1]). Continet autem capita 113.

Antiquum hoc exemplar consideratione est dignissimum. Scriptum enim est anno 495 et sequenti a Sa'd-al-Khair ibn-Mohammed ibn-Sahl al-Ançârî, discipulo at-Tibrîzîi, correctumque est ab ipso hoc celebrato philologo. In titulo habentur sequentia: كتاب اصلاح المنطق لابى يوسف يعقوب بن اسحق السكيت ۞ رواية الشيخ الامام ابى زكرياء يحيى بن على الخطيب التبريزى عن الرئيس ابى الحسين هلال بن المحسّن عن ابى بكر احمد بن محمد بن الجرّاح عن ابن الانبارى عن ابيه عن عبد الله بن محمد بن رستم عن ابى يوسف يعقوب بن اسحق السكيت. Similia leguntur in praefatione, sed in titulo sequuntur haec, alia manu scripta: قرا على الشيخ الفقيه ابو الحسن سعد الخير بن محمد الانصارى نفعه الله بالعلم هذا الكتاب من اوله الى آخره قراءة ضبط وفهم وكتب يحيى بن على الخطيب التبريزى سنة ٤٩٦ بمدينة السلام. Ipsum at-Tibrîzîum haec verba scripsisse, per se jam probabile est; confirmat autem hanc opinionem antiqua nota: هذا خط الامام العلامة ابى زكرياء التبريزى. In subscriptione legitur Sa'd-al-khair hoc exemplar absolvisse mense Dzu-'l-hiddja anni 495, quo magistro deinde alii librum legerunt,

1) Titulus primi capitis est in nostro Cod. باب فَعَلَ وفَعِلَ باختلاف المعنى, quod monendum quia Nicoll questus est, vocales formarum hîc in Cod. Oxon. desiderari.

quorum nomina in margine ultimi (vel potius paenultimi) folii reperiuntur.

Praecedunt librum quaedam a Mohammed ibn-al-Hasan as-Schârankâschî anno 966 scripta, nempe excerpta ex Ibn-Khallikânis vita Ibn-as-Sikkîti, excerpta ex Abu-'l-Qâsim Alî ibn-Hamza al-Baçrîi opere, cui titulus التنبيهات على اغلاط الرواة, et quidem primo loco التنبيه على اغلاط ابن السكيت فى اصلاح المنطق; sunt 13 paginae; deinde التنبيهات على اغلاط ابى العباس المبرد فى كتابه الكامل; sunt 2 paginae; denique التنبيهات على كتاب اختيار فصيح الكلام تاليف ثعلب, pagina dimidia. Sequitur deinde elenchus capitum operis *Içlâh-al-mantik*. In ultimo folio habetur adhuc vita Ibn-as-Sikkîti, ex opere al-Khatîbi al-Bagdâdîi.

E duobus exemplaribus in Bibl. Escur. unum certe (n. 112) haud minoris pretii videtur quam nostrum; recensionem Tibrîzîanam offerre nequit, nam anno 531 ex alio descriptum est Codice, qui exaratus est anno 240 vivente adhuc Ibn-as-Sikkît; alterum exemplar in Bibl. Escur. (n. 29) exaratum est anno 627, neque hoc Tibrîzîi recensionem continet, sed eam quam ab Abu Bakr ibn-al-Anbârî († 327 s. 328) accepit Abu-Alî Ismâîl ibn-al-Qâsim al-Bagdâdî († 356). Quartum exemplar exstat in Bibl. Bodl. (Nic.) n. 213; ait Nicollius illud esse »neque primum neque ultimum tomum." Initium certe operis illud continere, nostro collato Codice, certum est. Quintum (olim Kremer n. 83) acquisivit Mus. Brit. Quatuor denique servantur Constantinopoli (Köprülü) n. 1207, 1208, 1209 et 256 (p. ١٥٧).

In eodem Catalogo recensetur Commentarius in hunc librum auctore Abu-Mohammed Ibrâhîm ibn-Jusof al-Marzobânî († 385), ibid. n. 1300 (coll. H. Khal. I, 328 patet Abu-Moh. Jusof ibn-al-Hasan *ibn-as-Sirâfî* intelligi), necnon ejusdem Comm. in poëmata in opere as-Sikkîti obvia, ibid. n. 1296.

XLVII. (Cod. 597 Warn.)

كِتَابُ تَهْذِيبِ ٱلْأَلْفَاظِ. Ibn-as-Sikkîti كتاب الالفاظ, recognitum mendisque purgatum ab at-Tibrîzîo, qui tum quum hoc excellen-

tissimum exemplar exaratum est, adhuc in vita supererat; nam Codex scriptus est anno 489, et at-Tibrîzî anno 502 obiit.

Initium libri, nulla praefatione praemissa, statim in mediam rem lectorem rapit, sic incipiens: باب الغنى والخصب قال ابو يوسف يعقوب بن اسحاق السكيت قال الاصمعى يقال انّه لَمُكْثِرٌ وانه لَمُثْرٍ يا هذا وقد أَثْرَى فلان اذا كثر مالُه يُثْرِى اِثْرَاءً ويقال الخ. Sequitur caput, quod in nostri Cod. p. 14 incipit et باب الفَقْر والجَدْب inscriptum est, tum p. 26 باب الجَمَاعة, p. 37 باب أَسْماء الكتائب, p. 46 باب الاجتماع, p. 50 باب التفرّق, p. 53 باب الجماعة من الابل, p. 63 باب الشَّجّ, et sic complura sequuntur, in quorum singulis verba et vocabula Arabica, ad diversissima argumenta pertinentia, allata, poëtarumque versus, in quibus ea occurrunt, laudati et explicati sunt. Post absolutum ultimum ipsius operis caput (quod, argumenti a caeteris paullo diversi, sic inscriptum est: باب ما تكلّمت به العرب من الكلام المهموز مع غيره مما ليس بمهموز فتركوا همزة فاذا افردوه همزوه وربما همزوا ما ليس بمهموز) hoc legitur: آخِرُ تهذيب كتاب الالفاظ لابن السكّيت وهذه زيادات فى الكتاب وحواشٍ بخطّ الرّقّى ابواب وجدتها زائدة فى الخر كتاب الالفاظ فكتبتُها وليست فى جميع النُسَخ, et sequuntur iam in 22 postremis paginis supplementa et scholia, quae at-Tibrîzî (nam hujus sine dubio, non scribae Codicis, sunt verba ea quae descripsimus) in nonnullis libri exemplaribus invenerat, operaeque pretium ducebat suae recensionis fini adjungere. Weijers (*Orient.* I, p. 375—378).

Notitia de Ibn-as-Sikkît est cum in primo tum in ultimo Codicis folio. Hoc exemplar in Europa unicum videtur.

XLVIII. (Cod. 541 Warn.)

Notissimum opus *Ibn-Qotaibae* († 276), cui titulus أَدَبُ ٱلْكَاتِبِ, de quo opere cf. W. O. Sproull, *An extract from Ibn Kutaiba's 'Adab al-Kâtib or the writers guide with translation and notes.* Lips. 1877.

Codex, multis vocalibus instructus, bene exaratus est anno 622.

XLIX. (Cod. 535 Warn.)

Idem opus. Hic Codex, multis vocalibus instructus, anni nota caret.

Alia exempl.: Paris. (n. 275 apud Flügel in *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 42); Mus. Brit. 538, 539 (1), 1400 et Comm. az-Zaddjâdjîi ibid. 426 (8); (cf. Bodl. (Nic.) 335, 9); Caes. Vindob. 240 et 241 cum Comm. al-Djawâlîqîi; Mus. Asiat. Petrop. p. 203; Escur. (Derenb.) 222 (c. Comm. البطليوسى), 503, 573; von Kremer 92; Commentarii al-Bataljusîi tria exemplaria recensentur: Cat. Köprülü n. 1297, 1298, 1299.

L. (Cod. 649 Warn.)

كِتَابُ ٱلْفَصِيحِ auctore, ut in nostri Codicis titulo legitur, Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Jahjâ, vulgo *Tha'lab* dicto († 291). H. Khal. (in v. فصيح فى اللغة) tradit, a nonnullis auctorem hujus libri nominari ar-Raqqî, ab aliis Ibn-as-Sikkît, at ipse censet praestare ut Tha'labo tribuatur. De opere cf. ed. J. Barth (Ta'lab's kitâb al-Fasîh Lips. 1876) qui nostro Codice usus est.

Codex, vocalibus instructus, exaratus est anno 842. Libro finito additae sunt primum duae paginae, quarum initium sic audit: بَاب أَفْعَلْتُهُ فهو مفعول ۞ أَحَمَّهُ الله من الحُمَّى فهو محموم وكذا أَسَلَّهُ وأَهَمَّهُ الخ, et deinde tres quae brevissimas vitas continent trium virorum, quorum primus est notissimus scriptor Ibn-Hadjar, et unius feminae.

Alii Codices in Bibl. Berol. (Wetzstein) II, 74 (4); Escur. (Derenb.) 30 (2), 187. Versificatio auct. ibn-abi-'l-Hadîd: ibid. n. 188. Cf. quoque supra p. 34 vs. 10.

LI. (Cod. 1070 Warn.)

كِتَابُ ٱلْأَلْفَاظِ auctore Abd-ar-Rahmân ibn-Isâ *al-Hamadzânî* († 320) qui kâtib erat Bakri ibn-Abd-al-Azîz ibn-abî-Dolaf [1]). Plenus titulus in nostro Codice hoc modo audit: كتاب الالفاظ لعبد الرحمن ابن عيسى الهمذانى كاتب بكر بن عبد العزيز.

Continet hic liber permultas locutiones Arabicas, quibus aliae locutiones, eundem aut similem sensum habentes, adjunctae sunt. Est itaque nomenclator phrasium synonymarum.

Certum ordinem auctor secutus non videtur. Opus anno 1885 Beryti typis vulgatum est.

Nitidissimus hic Codex, vocalibus instructus, a celeberrimo al-Djawâlîqîo († 540) exaratus est anno 522. Alia exemplaria exstant in Mus. Brit. 1384; Mus. Asiat. Petrop. p. 203.

---

1) In nostro Codice de eo sequentia occurrunt: هو امام فى اللغة والنحو وكان شيخا صالحا متعبّدا من اهل البيوتات القديمة ببغداد ذا مذهب حسن. هكذا وجدتُّ فى معجم الادباء. Deinde: كان هذا الشيخ كاتبا سديدا شاعرا فاضلا كاتب بكر بن عبد العزيز بن ابى دلف العِجلىّ ويكنى بابى الحسن. Denique: من كتاب معجم الادباء قال الصاحب ابن عبّاد لو ادركتُ عبد الرحمن بن عيسى مصنف كتاب الالفاظ لامرتُ بقطع يده فسُئِل عن السبب فقال جمع شذور العربية الجزلة .. عروه. فى اوراق يسيرة فاضاعها فى افواه صبيان المكاتب ورفع عن المتادّبين تعب الدروس والحفظ الكثير والمطالعة الكثيرة الدائمة. Cf. porro *Fihrist* p. ١٣٧.

LII. (Cod. 321a—c Warn.)

جَمْهَرَةُ اللُّغَة auctore Abu-Bakr Mohammed ibn-al-Hasan *ibn-Doraid* al-Azdî († 321).

Hamakerus in *Spec. Catal.* (p. 34) de hoc libro sequentia monuit: »Est sane liber bonae frugis plenissimus; at difficiliorem habet usum, ob praeposterum vocum ordinem, quem secutus est auctor. Nam absoluta praefatione de literis agit: hinc omnes radices bisyllabas, sive mediam radicalem geminantes, recenset. Has primum excipiunt quadriliterae geminatae, ut بثبث etc. dein quae duas simul literas ex اوى habent. Sequuntur radices triliterae perfectae. Quaerendi vero molestia ex eo augetur, quod in singulis radicibus biliteris et quadriliteris geminatis etiam inversa radix recensetur (v. g. جب sub بج et جبجب sub بجبج): in triliteris vero singulis omnes radices reperiuntur, quae ex transpositis literis existunt. Sic ut exempli caussa sub بتث, etiamsi non exstat, ثبت, et sub بتر quoque ترب, برت, ربت, رتب et تبر quaerenda sint. Eadem quoque ratio per reliquum opus obtinet, quod, absoluta verborum perfectorum tractatione, pergit in exponendis nominibus, quibus vel radicales duae priores, vel duae posteriores, vel prima et ultima sunt similes. Hic ergo explicantur etiam nomina ducta a verbis surdis, sed perfectam formam habentia. Sequuntur pauca nomina quorum prima litera similis est tertiae, media ex quiescentibus; deinde radices, quibus aliqua litera est Elif, Waw vel Je. Huic capiti subjungitur aliud de vocibus Hamzatis, praemissa auctoris praefatiuncula, monentis se radices Elif mobilem habentes, quas superius quiescentibus immiscuerat, hic distincte et ordine expositurum, simulque se excusantis, veniamque errori ex eo petentis, quod hunc librum ex tempore, nulloque usus adjumento, dictasset. Mox transit ad quadriliteras, primum ordinarias, tum eas quae duas literas habent easdem. Hunc tractatum excipit ingens capitum numerus, v. g. de variis formis nominum pluriliterorum; de formis nominum simplicioribus; de iis quae pluralem singulari similem formant; de adjectivis forma masculinis, significatione femininis; de pluralibus singulari carentibus,

etc. quae omnia recensere haud vacat. Ex illis enim, quae huc usque diximus, qualis sit ordo operis et argumentum satis intelligitur.

»Ad externum Codicis habitum quod attinet, optime scriptus est in charta orientali. Primum volumen, quod reliquis aliquanto majus et alia manu exaratum est, ad aliud exemplar ab initio pertinuisse videtur. Continet pp. 245 et ingenti lacuna a proximo volumine divellitur. Illud enim desinit in radicibus triliteris a نقف incipientibus; hujus initium est a litera Ha. Caeterum pars secunda continet pp. 692, tertia pp. 604. Ex subscriptione intelligitur duo posteriora volumina descripta esse anno 644."

Hucusque Hamakerus. Partis posterioris exemplar adest in Bibl. Paris. teste de Slane ad version anglic. Ibn-Khallikânis III, 43, ann. 4. Alia servantur Constantinopoli (Köprülü) n. 1541. 1542; Kahirae, Cat. p. ٩١.

LIII. (Cod. 657 (1) Warn. fol. 1—8).

كتاب السَّرْجِ واللِّجَامِ auctore eodem *Ibn-Doraid.* Uberiorem descriptionem omittimus quum tractatus integer anno 1859 publici juris factus sit a W. Wright: *Opuscula arabica*, p. ١—١٤.

LIV. (Cod. 657 (2) Warn. fol. 9—32).

كتاب صِفَةِ السَّحَابِ والغَيْثِ وأَخْبَارِ الرُّوَّادِ وَمَا حَمِدُوا مِنَ الكَلَاءِ

auctore eodem Ibn-Doraid (46 pp.). Etiam hunc tractatum edidit Wright l.l. p. ١٥—٤٩.

Nitidus Codex et omnibus vocalibus instructus, qui anno 571 exaratus est.

LV. (Cod. 552 Warn.)

(كِتَابُ) الأَضْدَادِ auctore Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Mohammed ibn-Basschâr *Abu-Bakr ibn-al-Anbârî*, qui anno 327 (secundum

as-Sojutî), vel 328 (secundum plurimos alios) obiit. Totum opus anno 1881 edidit M. Th. Houtsma.

Pulcherrimus et in Europa unicus Codex ex ipso auctoris autographo descriptus est anno 652.

LVI. (Cod. 473 et 547 Warn.)

ديوان الأدب auctore Abu-Ibrâhîm Ishâq ibn-Ibrâhîm *al-Fârâbî*, qui anno circiter 350 diem supremum obiit; cf. Hamaker, *Specimen* etc. p. 49, 242.

Opus constat sex libris: 1 كتاب السالم; 2 كتاب المضاعف; 3 كتاب المثال; 4 كتاب ذوات الثلاثة; 5 كتاب ذوات الاربعة; 6 كتاب الهمز. Singuli libri constant sectione de nominibus et sectione de verbis.

Prius volumen (Cod. 473) continet libri primi sectionem de nominibus et partem sectionis de verbis, usque ad disputationem de forma تفعيل. In fine legitur: اخر الجزء الاول ويتلوه في الثاني ان شاء الله تعالى باب التفعيل.

Alterum volumen (Cod. 547), ad aliud exemplar pertinens, incipit a capite (ad sectionem secundam libri primi pertinente) de مفاعلة, ita ut caput de تفعيل, de quo in subscriptione prioris voluminis sermo est, desideretur. Finis sectionis deperditus est una cum initio libri secundi (post lacunam incipit paullo post initium capitis باب فعْلٌ (Cod. sequentis f. 7 r.)

Codex 473 scriptus est anno 596; Codex 547 anno 617.

LVII. (Cod. 1749 = Amîn 14).

Secundi voluminis libri *Dîwân-al-adab* alterum exemplar quod libros 2—6 integros continet [1]).

Codex optimae notae omnibus fere vocalium signis instructus exaratus est anno 651 [2]).

---

1) In hoc Codice auctor appellatur (in titulo scilicet voluminis et in titulo libri tertii) Abu-Ibrâhîm al-Hasan ibn-Ibrâhîm al-Fârâbî, sed nomen Ishâq in duobus Codd. praecedd. et apud H. Khal. III, 260 offertur.

2) Annus 656 apud Landberg referri debet ad *idjâzam* in fine libri obviam.

Alii Codices exstant in Bibl. Bodl. (Uri) n. 1087, p. 233; n. 1118, p. 237 (pars prior); n. 1123, p. 238 (pars posterior); n. 1156, p. 243 (pars posterior).

LVIII. (Cod. 3 Gol.)

الْمُجْمَلُ فِي اللُّغَةِ, vel (ut in ipsa praefatione vocatur) مُجْمَلُ اللُّغَةِ auctore Abu-'l-Hasan Ahmed *ibn-Fâris* al-Qazwînî († 395).

Hujus Lexici dispositio non ea est quae in plerisque Lexicis Arabicis, sed illa quae in *nostris* (Golii, Freytagii caet.) obtinet. Hic Codex, exceptis quinque foliis quae ab initio et a fine exciderunt, totum continet opus. Sunt 275 folia formae maximae. Cf. Weijers *Orient.* I, p. 357, ubi ait: »Incipit nunc in medio capitulo de stirpe ال (quod in Cod. 485 offenditur in pag. 6), verbis في موسى الّا ولا ذمّة الحج, et desinit in medio capitulo de stirpe يلق, verbis في حصنيه."

LIX. (Cod. 485 Warn.)

Prior pars ejusdem operis; Codex valde vetustus et perspicue scriptus; abrupte desinere videtur in capitulo de stirpe صرع, verbis وأنصاع القوم سراعا مرّو, sed folia octo quibus caput literae ص et simul prior pars totius operis completur a bibliopega male inserta sunt in medio capite literae ب, in ipsa explicatione voc. بصر. Haec causa fuit cur Weyersium et Dozyum fugit subscriptio, quae docet Ahmed ibn-Hosain ibn-Ahmed librum hunc in suum usum descripsisse e Codice fere autographo, auctoris nempe annotatione autographo ornato. In titulo possessor quidam annotavit se Codicem anno 601 acquisivisse.

LX. (Cod. 1748 = Amîn 13).

Alterum partis prioris exemplar, quod etiam antiquitate emi-

net. In fronte Codicis legimus: قرأ على هذا الجزء من اوله الى اخره الرئيس الاجل العالم الولد شرف الرؤساء ابو غالب محمد بن المبارك بن محمد بن محمد بن ميمون نفعه الله بالعلم قراءة ضبط وتصحيح واتقان فى مدة اخرها فى محرم سنة ٥٤٩ وكتب عبد الله ابن احمد بن احمد بن احمد بن الخشاب بخطه فى التاريخ حامدا لله تعالى ومصليا على سيدنا محمد النبى وعلى اله ومسلما. In fine iterum testatur discipulus se Codicis collationem absolvisse anno 549. De Ibn-al-Khasschâb († 567) cf. hujus Cat. edit. 1m, II, 56.

Alii Codd.: Paris. S. Germain des Prés 194 (ا—ص) et 195 (pars altera sed ad aliud exemplar pertinens); Mus. Brit. 1683; Ind. Off. 991; Bodl. (Uri) 1065; Goth. 377; Berol. (Rav.) 42, (Wetzstein) 70; Ambros. 99 (Cat. p. 18); Palat. 356 et 421; Constant. (Köprülü) 1572; Damasc. Cat. p. v., n. 23; librum etiam possidebant Scheidius (*Catal.* p. 88, n. 9) et von Kremer 85.

LXI. (Cod. 85 a et b Gol.)

الصَّحَّاحُ فِي اللُّغَةِ auctore Abu-Naçr Ismâîl ibn-Hammâd *al-Djauharî* († 393 [1]), aut secundum alios, circa annum 400). »Notissimi Lexici exemplar Leydense inter pauca elegantissimum est [2]).” Duobus continetur voluminibus. Scriptum est inter annos 741 et 747, et accurate vocalibus instructum. In margine librarius haud paucas adjecit notas.

LXII. (Cod. 1920 a—e. = Amîn 192.)

Alterum hujus Lexici exemplar quinque voluminibus constans. Volumen I continet verba quae exeunt in literas أ—ج ad finem sectionis غ.

1) Cf. Hamakeri *Spec. Catal.* p. 50; sed in epitome *Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dzahabîo facta, pro ثلث legitur ثمان (398).

2) Sunt verba Hamakeri (*Spec. Catal.* p. 49) qui fuse de hoc Codice retulit.

Ultimum vocabulum igitur est غوج. Codex subscriptione destitutus est sed antiquus et optimae notae est, vocalium signis instructus. Volumen II continet vocabula a شبر usque ad سيف et diversis manibus exaratum est partim recentioris aetatis. Idem valet de volumine III continente vocabula a شاف usque ad عيم. Contra volumen IV a غتم usque ad قين antiquum est quod confirmatur idjâza in fine obvia gerente annum 617. Volumen V a رتن usque ad finem operis anno 589 exaravit Abd-al-Karîm ibn-al-Hasan ibn-Dja'far al-Ba'labakkî.

E praecedentibus patet deesse vocabula فأج usque ad سير, contra bis exstare voc. رتن ad قين. Primum volumen olim fuit e libris celeberrimi *Ibn-Khallikân*.

LXIII. (Cod. 1438 Testa).

Primum volumen ejusdem operis (a litera ا usque ad literam ط). Diversa aetate a variis librariis exaratus Codex, vel fragmenta variorum exemplarium.

Opus plus semel in Oriente editum est et Codd. fere in quavis bibliotheca exstant v. g.: Acad. Reg. Neerl. 30, 31; cf. Catal. Scheidii, p. 87, n. 5 et 6; Paris. 1245, 1246, 1251; Bodl. (Uri) 1048, 1049, 1062, 1064, 1066, 1068, 1069, 1077, 1092, 1096, 1098, 1099, 1102, 1103, 1104—1113, (1115), 1141, (1155), (Nic.) 200, 201, 202, 222; Tippoo p. 133, n. 16; Goth. 378—393; Berol. (Rav.) 373, (Wetzstein) 67, (Sprenger) 947, 949, (Vollers) 1 et 2, (Landberg) 434, 946; Monac. 778; Caes. Vind. 77—81; Hamburg. (ث—ذ); Havn. 196, 197; Stockholm.; Mus. Asiat. Petrop. p. 285; Rosen (Man. Ar.) 151, 152; Ambros. 335; Vatic. 535, 565; Escur. (Derenb.) 579—584, (Casiri) 1818; Alger. p. 9; Cid-Hammouda p. 16 etc. Cf. Pertsch, Cat. Goth. ad num. 378 et infra inter Lexica Arab.-Pers. et Arab.-Turc.

LXIV. (Cod. 317 Warn.)

Idem opus, omissis poëtarum locis qui ad singulorum verborum significationes probandas ab al-Djauharîo adducti fuerant (كتاب

الجوهرى فى اللغة بلا تغيير ولا نقصان لكن محذوف الابيات والشواهد (للجواليقى من تلامذة صاحب الجوهرى اعتمادا للجوهرى). Confecit hoc opus (Abu-Mançur Mauhub ibn-abî-Tâhir Ahmed) *al-Djawâlîqî* († 539). Incipit hoc modo: الحمد لله الذى هدانا لجمع صحاح لغة عرب العرباء من الالفاظ البليغة والامثال ، وجعلنا من العلماء الذين على طريق الهداية والامتثال ،، الخ.

Spissum volumen sine aetatis nota et currente calamo scriptum. Spicilegium ex al-Djauharîi Lexico, auctore Mohammed ibn-abî-Bakr ibn-Abd-al-Qâdir ar-Râzî annis 1287—1289 Kahirae editum, exstat in Bibl. Paris. 1329; Mus. Brit. 469, 470, 1378; Bodl. (Uri) 1080, 1125; Monac. 779; Upsal 9; Caes. Petrop. 216; Mus. Asiat. Petr. p. 202; Casan. (Gottw.) 115, 116; Ambros. 103; Societ. Asiat. Calcutt. p. ٥٤; Köprülü p. ١١٨, n. 1592, p. ١٦٢, n. 325 etc. Alia compendia: Bodl. (Uri) 1055 (auctore Mohammed ibn-Ahmed ibn-Nadjm-ad-dîn ibn-Djamâl-ad-dîn al-Hanafî), 1126; Ind. Off. 1027 (4) auct. Abu-'l-Karam Abd-ar-Rahîm al-Madanî; cf. Paris. 192 (apud Flügel in *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 34), 30 (p. 57); Escur. 586 (auctore على العليابادى).

LXV. (Cod. 1706 et 1707).

كتاب غريبى القرآن والحديث, ut in titulo hujus, sive كتاب الغريبين فى القرآن والحديث, ut in Codice Lipsiensi, sive denique كتاب الغريبين فى لغة كلام الله واحاديث رسوله, ut in Codice Officii Indici appellatur, auctore Abu-Obaid [1]) Ahmed ibn-Mohammed ibn-Mohammed ibn Abd-ar-Rahmân al-mowaddib *al-Harawî* († 401). Continet explicationem verborum interpretatu difficiliorum in Qorano et in traditionibus prophetae et sociorum ejus, secundum ordinem alphabeticum digestam. Est opus summi pretii. Cf. H. Khal. IV, 327 seq., Ibn Khallic. n. 35.

Codex nitidissime sed minutis characteribus exaratus, omnibus vocalibus instructus, scriptus est anno 533 in urbe Nauqân Tûs

1) H. Khal. IV, 327 male عتبة pro عبيد habet.

ab Abu-'l-Fadhl ibn-al-Hasan ibn-abî-Dzarr ibn-Junos ibn-Ibrâhîm al-Ardabîlî. A vermibus damnum aliquod passus est. Sunt 449 fol. duobus voluminibus compacta. Duo folia ab initio manus recentior supplevit.

Emtus Beiruti anno 1879.

Exemplar nostro etiam antiquius servatur in bibliotheca Officii Indici Londinii n. 992. Vid. Loth, Catal. p. 276 seq. Partis alterius exemplaria sunt: Lipsiae (Refaïya) 69 et Damasci 50 (Cat. p. vi). Opus integrum (probabiliter) Constantinop. (Köprülü) 375, 376, 377, 379.

LXVI. (Cod. 1082 Warn.)

«شَمْسُ ٱلْأَدَبِ، فِي ٱسْتِعْمَالِ ٱلْعَرَبِ» auctore *at-Tzaʿâlibîo* († 429). Prior pars libri agit de اسرار اللغة العربية وخصائصها, altera de مجارى كلام العرب برسومها وسننها وما يتعلّق بالنحو والاعراب منها والاستشهاد بالقران على اكثرها. Ex praefatione patet, at-Tzaʿâlibîum hunc librum scripsisse quum jam provectus esset aetate (وقد طال ما انفقتُ عمرى على التقاط درر، وانتخاب غرر، من اسرار اللغة العربية الخ).

Pars prior est utilissimum Lexicon synonymorum, in triginta capita (ابواب) divisum, quorum tituli sunt sequentes: 1 فى الكليات وفيه ١٢ فصلا; 2 فى التنزيل والتمثيل ٥ فصول; 3 فى الاشياء تختلف اسماؤها واوصافها باختلاف احوالها ٤ فصول; 4 فى اوائل الاشياء واواخرها ٣ فصول; 5 فى صغار الاشياء وكبارها وعظامها وضخامها ٧ فصول; 6 فى الطول والقصر ٤ فصول; 7 فى اليبس واللين والرطوبة ٤ فصول; 8 فى الشدة والشديد من الاشياء ٤ فصول; 9 فى القلة والكثرة ٨ فصول; 10 فى سائر الاوصاف والاحوال المتضادّة ٣٤ فصلا; 11 فى الملاء والامتلاء والصفورة والخلاء ١٠ فصول; 12 فى الشىء بين الشيئين ٤ فصول; 13 فى ضروب الالوان والاثار ١٨ فصلا; 14 فى اسنان الناس والدوابّ وتنقّل

فى الاعضاء والاصول والاطراف واوصافها وما 15 ;الحالات بها ۴ فصول
فى الامراض والادواء 16 ;يتولّد منها ويتّصل بها ويذكر معها ۴ فصول
;فى ضروب الحيوان واوصافها ١٧ فصلا 17 ;وما يتولد منها ١٨ فصلا
فى الحركات والاشكال 19 ;فى الاحوال والافعال الحيوانية ٢٧ فصلا 18
فى الاصوات والحكايات 20 ;والهيئات وضروب الضرب والرمى ٣١ فصلا
;فى جماعات الناس وتدريجها من القلّة الى الكثرة ١١ فصلا 21 ;١٩ فصلا
فى القطع والانقطاع وما يقاربها من الكسر والشقّ وما يتّصل بها 22
فى اللباس وما يتّصل به والسلاح وما يضاف اليه وسائر 23 ;١٧ فصلا
فى الاطعمة والاشربة 24 ;الآلات والادوات وما يأخذ مأخذها ٢٩ فصلا
فى الآثار العلوية وما يتلو الامطار من ذكر 25 ;وما يناسبها ١٢ فصلا
فى الارضين والجبال والرمال وسائر الاماكن 26 ;المياه واماكنها ١٢ فصلا
فى الحجارة التى تتّخذ ادوات 27 ;والمواضع وما يتّصل بها ١٢ فصلا
فى النبت 28 ;وآلات او يجرى مجراها فى اعمال واحوال مختلفة ٣ فصول
فى ما 29 ;والزرع والنخل من لدن ابتدائه الى انتهائه ۴ فصول
فى فنون 30 ;يجرى مجرى الموازنة بين العربية والفارسية ۴ فصول
مختلفة الترتيب من الافعال والاسماء والاوصاف ٢۴ فصلا.

Ex hoc capitum elencho patet nos hic habere opus sub titulo فِقْهُ اللُّغَة notissimum, quod hujus partis prioris altera esse videtur editio. In subdivisione et quoque in ipso textu saepe discrimen est. Praefationis initium in utraque editione idem est, nostra vero caret longa illa introductione. Contra in hac necessarium vinculum exstat inter hanc partem et alteram, quae titulum habet سِرّ العَرَبِيَّة et ab H. Khal. tamquam opus separatum memoratur (IV, p. 590) sub titulo سرّ الادب فى مجارى [1]) كلام العرب. Haec

1) Sic recte scriptum est in nostro Cod.; Flügel perperam مُجازى edidit.

pars libri, quae longe minoris est ambitus, non in capita, sed in innumerabiles فصول divisa est. In praefatione ait auctor: واما القسم الثاني فهو يتضمن فصولا كثيرة عددها وقلة متضمناتها يمنعان من ذكر ثبتها.

Codex noster charactere nestalîk exaratus est anno 974. „Videtur unicus in Europa. Contra operis *Fiqh al-Logha* multa exstant exemplaria: Palat. Medic. 415; Vindob. 231; Mus. Brit. 1684; Cantabrig. (Preston p. 38 et 39); Tübing. 69 (introductio); Mus. Asiat. Petrop. p. 206; Damasc. Cat. p. v., n. 25, 26, 27, 28. Editum est Parisiis anno 1861, Kahirae anno H. 1284, Beryti 1885 (Imprim. Cathol.). Pars altera سر العربية exstat in uno Cod. Cantabrig., in edit. Kâhirensi et fortasse alibi.

LXVII. (Cod. 149 Gol.)

نَظْمُ فقه اللُّغةِ العَرَبِيَّةِ. Hic liber, metro الرجز conditus cujusque argumentum ad veram complurium vocabulorum Arabicorum, in diversas sectiones distributorum, potestatem definiendam propriumque eorum usum indicandum spectat, compositus est anno 742 a scriptore anonymo. Est versificatio operis فقه اللغة auctore *at-Tza'âlibîo.* Huc redeunt quae disputavit Weijers in *Orient.* I, p. 360 sq.

Ipse Codex scriptus est anno 744, duobus annis post compositum opus. Verosimiliter ex ipso auctoris autographo descriptus est. Alterum ejus exemplar non innotuit.

LXVIII. (Cod. 2070 = Amîn 347).

نِظَامُ الغريب auctore Isa ibn-Ibrahîm ar-Raba'î († 480), cujus libri utilissimi mentionem fecit H. Khal. VI, 354 n. 13847. Enumerantur voces obsoletae et inusitatae quae occurrunt in poëtarum veterum carminibus et alibi, in varia capita dispositae quorum primum v. g. ما جاء من الغريب في خلق الانسان. Versus ubivis adscripti sunt.

Codex noster antiquus probabiliter saeculo VI exaratus est in Jemana ut non tantum scriptura sed imprimis charta docet. Summopere igitur dolendum est finem Codicis deperditum esse et etiam in initio nonnulla folia deesse, quamquam haec librarius nostra aetate ex alio apographo supplevit. In margine nescio quis plura adscripsit.

Alia exemplaria: Mus. Brit. n. 1010 (1); Bibl. Colleg. S. Trinitatis Cantabrig. apud Palmer Cat. p. 63; Ms. Berol. (Landberg) n. 98.

LXIX. (Cod. 745 Warn.)

„دُرَّةُ ٱلْغَوَّاص فِى أَوْهَامِ ٱلْخَوَاصّ" auctore *al-Harîrî* († 515 vel 516), opus notissimum quod edidit Thorbecke (Leipzig 1871).

Codex ineleganter exaratus est anno 1025. Alii Codd.: Acad. Reg. Neerl. n. 13 (cf. Scheidii Catal. p. 93 n. 38, 39); Mus. Brit. 534; Paris. (n. 45 apud Flügel in *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, de quo Codice cf. de Sacy, *Anthol. gramm. arabe*, p. 122); Catal. Bibl. de Sacy 115 et 116; Caes. Vind. 23; Goth. 185; Monac. 689; Berol. (Wetzstein) II, 83, (Petermann) 700; Constant. (Koprülü p. ١٠٨) n. 1240 cum Suppl.; Damasc. Cat. p. ٨٩ n. 12; Mus. Asiat. Petrop. (de quo Cod. cf. de Sacy l.l.); Escur. (Derenb.) 266. Anno 1299 Hidjrae Constantinopoli editio apparuit cum Commentario al-Khafâdjîi (Brill 93). Ceterum cf. Pertsch Cat. Goth. ad num. 185.

LXX. (Cod. 307 *a* et *b* Warn.)

كتاب الفائق de vocibus traditionum difficilioribus interpretatu, auctore doctissimo *az-Zamakhscharî* († 538). Cujus libri qualis sit dispositio optime apparebit specimine (cf. Ibn-al-Athîr apud H. Khal. IV, p. 327). Liber ث, caput مع الراء (307 *a*, p. 136):

النبى صلعم ما بعث الله نبيًّا بعد لوط عمّ الا فى ثَرْوَةٍ من قومه
اى فى كثرة يقال ثرا المالُ يَثْرُوا وثرا القومُ يَثْرُونَ قال ابن مُقْبل

وثَروةٍ من رجلٍ لو رايتَهُمْ لقُلْتَ احدى حِرَاجِ الجَرّ من أُقُر
وذلك لقول الله تعالى حكايةً عن لوط (Qoran. XI: 82) لَوْ أَنَّ لِى
بِكُمْ قُوَّةً أَوْ آوِى الَى رُكْنٍ شَدِيدٍ، اذا زَنَتْ خادمُ احدكم فليُجْلِدها
الحَدَّ ولا يُثَرِّب وروى ولا يُعَيِّرها وروى ولا يُعَنِّفها ومعنى الثلثة واحدٌ
الخادم الجارية بغير تاء تانيث لاجرائها مُجرى الاسماء غير الماخوذة من
الافعال ومثلها لِحْيَة ناصِلٌ وامراة عاشق، دعا فى بعض اسفاره بالازواد
فلم يُؤتَ الا بالسويق فامر به فثُرِّى فاكل ثم قام الى المغرب فتمضمض
ثم صلّى ولم يتوضّأ اى نُدِّىَ من الثَّرى ومنه قول سهل بن سعد
كُنّا نطحن الشَّعِيرَ ونَنْفُخُه فيطير ما طار وما بقى ثرّيناه فاكلناه، قام
الى المغرب اى قصدها وتوجّه اليها وعزم عليها وليس المراد المُثُول
وهكذا قوله تعالى (Qoran. V: 8) اِذَا قُمْتُمْ اِلَى ٱلصَّلٰوةِ، نهى عن
الصلوة اذا صارت الشمس كالاثارب هى جمع أَثْرُبٍ جمع ثَرْبٍ وهو الشَّحْم
الرقيق المبسوط على الكَرِش والامعاء شبّه بها ضياء الشمس اذا رقّ
عند العشىّ، ابن عمر كان يُقْعِى ويُثَرِّى فى الصلوة اى يُلْزِم يديه
الثَرَى بين السجدتَيْن لا يفارق بهما الارض وذلك فى التطوّع فى
وقت كبره، يَثْرِبُ فى اك، نَعَمًا ثَرِيًّا فى غث، الثرثارون فى وط، ثَرّاه
فى حث، غير مُثَرِّد فى فر»

Exemplar nostrum constat duobus spissis voluminibus (plus quam 1300 pagg.) et bonum textum offert multis cum vocalibus, nec paucis notis marginalibus. Anni nota est 752.

Al. ex. Köprülü 370, 371, 372; Damasc. p. ٧١, n. 36 et 37—40 (IV volumina); Berol. (Peterm.?) pars I, (Landberg) 174, pars II.

LXXI. (Cod. 620 Warn.)

أَسَاسُ ٱلْبَلَاغَة eodem auctore. Est Lexicon Arabicum imprimis

ad explicationem dictionum figuratarum (المجاز) compositum. Liber utilissimus anno 1882 Kahirae editus.

Pulcherrimus Codex multisque instructus vocalibus; quo anno scriptus sit non commemoratur, licet librarius nomen suum addiderit.

LXXII. (Cod. 20 Gol.)

Idem opus sine anni nota et charact. nestalîk.

LXXIII. (Cod. 1441 Testa).

Tertium exemplar. Hic Codex anno 1242 scriptus est.

Alia exemplaria: Mus. Brit. 476, 1011; Bodl. (Uri) 1101 (pars altera) Codex magni valoris, 1116 (pars prior), (Nicoll) 205); Berol. (fol. 49); Vindob. 85; Vatic. 289 (ut suspicor, nam vaga est hujus Codicis descriptio); Bononiae 370; Escur. (Derenb.) 597; Alger. p. 11; Constant. Köprülü 1514. 1515. 1516; Cahir. Cat. p. ٩٠.

LXXIV. (Cod. 124 Gol.)

الْمُعَرَّبُ مِن الْكَلَامِ الأَعْجَمِيِّ عَلَى حُرُوفِ الْمُعْجَمِ auctore Abu-Mançur Mauhub ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn al-Khidhr *al-Djawâlîqî* († 539). Cf. Ǵawâlîḳî's almuʿarrab nach der Leid. Hs. herausg. von E. Sachau, Lips. 1867. Lacunam in nostro Codice et hinc in libro edito supplevit Spitta anno 1879 e Codd. Kahirensibus in Zeitschr. d. D. M. G. XXXIII, p. 208 seqq.

Exemplar nostrum se commendat antiquitate (nam anno 594 exaratum est), pulchra scriptura, vocalium multitudine, interna denique bonitate. Caeterum rarissimus est liber in Europa, nam praeter nostrum, Escurialensis tantum Bibliotheca exemplar possidet, forte fortuna eundem numerum atque nostrum, nempe 124, gerens. Jam anno 522 scriptum, nostrum antiquitate superat. De duobus Codicibus Kahirensibus exposuit Spitta loco supra laudato.

LXXV. (Cod. 1151 Warn.)

Hic liber c. t. كِفَايَةُ ٱلْمُتَحَفِّظِ وَنِهَايَةُ ٱلْمُتَلَفِّظِ فِي ٱللُّغَةِ ٱلْعَرَبِيَّةِ auctorem habet Abu-Ishâq Ibrâhîm ibn-Ismâîl ibn-Ahmed ibn-Abdallah Tripolitanum, vulgo dictum *Ibn-al-Adjdâbî* [1]). Opus jam bis in Oriente editum cf. Brill 43.

Si fides habenda est annotationi quae legitur in fronte Codicis, hic etiam continere deberet septem moallaqas et tria poëmata ejusdem generis (verosimiliter al-Aʿschâi, an-Nâbighae et as-Schanfarâi), cum Commentario at-Tibrîzîi autographo. Noster Codex haec non amplius continet, at in ultima pagina haec tamen reperitur nota: الحمد لله وحده قال الشيخ الامام العالم العلامة العمدة وحيد الدهر وفريد العصر ابو زكريا محمد بن ناصر بن محمد ابن على ختم الله تعالى له بالحقّ لما كانت القصائد السبع المعلقات من اعظم ما انشده العرب العرباء وكان رئيس القوم فى ذلك وحامل لوائهم امرى القيس فالتمس منى بعض الاخوان ان اجعل لها شرحا يحلّ بعض معانيها وكذلك الثلاث قصائد المتممة لها عشرا فعند ذلك شرعت مستعينا بالله تعالى فقلت ان الحمد لله احمده واستعينه واصلى على نبيه محمد صلّعم روى عمرو بن ثور. Ex quibus igitur

1) Cum al-Qiftî, tum as-Sojutî de hoc grammatico loquuntur, sed neuter ejus aetatem definit. Ait al Qiftî: ابرهيم بن اسمعيل الطرابلسى اللغوى المغربى الافريقى المعروف بابن الاجدابى من اهل اللغة ومن اشتهر بالعلم واجدابية قرية من قرى افريقية ينسب سلفه اليها وصنّف فى اللغة مقدمة لطيفة سماها كفاية المتحفظ. As-Sojutî: ابراهيم بن اسماعيل بن احمد بن عبد الله الطرابلسى يعرف بابن الاجدابى قال ياقوت له ادب وحفظ ولغة وتصانيف ومن مشهورها كفاية المتحفظ والانواء. Observandum est, auctori in nostro Codice eadem nomina atque apud as-Sojutîum tribui, sed Ibn-al-Adjdâbî ibi non legi. Cf. quoque Jaqut I, ١٣٢, 15 seqq. Ex iis quae in textu nostro sequuntur, lectori patebit, hunc grammaticum saeculo sexto Hidjrae antiquiorem esse.

patet, hujus Commentarii auctorem non esse at-Tibrîzîum, sed Mohammedem ibn-Nâcir. Collato al-Qiftîo, patet hunc Mohammedem discipulum fuisse at-Tibrîzîi [1]), et calligraphia haud minus quam doctrina excelluisse [2]). Jam quum Codex noster revera nitidissime sit scriptus, fieri potest ut ab illo Mohammede ibn-Nâcir exaratus sit, qui natus est anno 467 et obiit anno 550. Codex est chartaceus.

LXXVI. (Cod. 1924 = Amîn 196).

Idem liber ex رواية Abu-Abdallah Mohammed ibn-Djâbir ibn-Mohammed al-Qaisî († 770) inter quem et auctorem 6 generationes interveniunt.

Hoc exemplar 91 foliis constans caret anni nota sed scriptum esse videtur ab Ibn-Djâbiri discipulo.

Alia exemplaria: Mus. Brit. 1010 (2); Berol. (Sprenger) 998, (Landberg) 1021 (1); Caes. Vindob. 87. Cf. quoque Pertsch, Cat. Goth. ad num. 422.

LXXVII. (Cod. 613 Warn.)

„المُغْرِب، فِى تَرْتِيبِ المُعْرِب“ auctore Abu-'l-Fath Nâçir ibn-Abd-as-sajjid *al-Motarrizî*, qui anno 610 obiit.

Ex praefatione apparet, auctorem antea scripsisse librum, a se titulo المُعْرِب insignitum, hic vero, promissam rem praestantem, eundem librum denuo edere, summa cura et diligentia a se recognitum et retractatum, novoque nunc ordine secundum literarum seriem dispositum: cui igitur jam paullo diversum quoque nomen tribuit, ex quo illa a se instituta ordinis mutatio appareret. Liber iste المعرب, i. e. prior editio hujus operis, non amplius exstare videtur.

Al-Motarrizîo non propositum fuit absolutum Arabicae linguae

---

1) قرا على ابى زكريا التبريزى.

2) وله خط فى نهاية الصحة والاتقان.

Lexicon condere, sed tale cujus ope *Jurisconsultorum* scripta intelligi possent, et hic ejus liber similem auctoritatem nactus est apud Hanafitas atque al-Azharî *Gharîb al-fikh* apud Schafi'itas. Weijers *Orient.* I, p. 378 sqq.

Codex anni nota caret.

LXXVIII. (Cod. 643 Warn.)

Idem liber. In hoc Codice integrum quidem exstat Lexicon, at desideratur appendix (ذيل), quae in altero Codice 40 ultimas paginas implet, et quam operi suo se subjuncturum auctor in praefatione pollicetur [1]).

Codex, incomte scriptus, anni nota caret.

Alii Codd.: Paris. 195 (apud Flügel in *W. Jahrb.* 92, *Anz.-Bl.*, p. 34); Mus. Brit. 477, 1387; Ind. Off. 1001; Cantabrig. (Preston p. 38) 66; Bodl. (Uri) 1067 (1) et 1117; Berol. (Sprenger) 983; Tippoo, p. 134, n. 20; Nan. 7 [2]); Bonon. 372; Societ. Asiat. Calcutt. p. ٥٣; Köprülü p. ١١٨ n. 1592. Commentarius ad locos difficiliores auctore Ibn-Oçfur († 669) exstat in Bibl. Ambros. (153) sub titulo ايضاح المشكل من المغرب.

LXXIX. (Cod. 581 (1) Warn. fol. 1—79).

تَنْبِيهُ ٱلْبَصَائِرِ، فِى أَسْمَاءِ أُمِّ ٱلْكَبَائِرِ. Lexicon nominum vini auctore Abu-'l-Khattâb Omar ibn-al-Hasan *ibn-Dihjah*, qui *Dzu-'n-nasabaini* (*vir duplicis genealogiae*) vocabatur, quia pater ejus proavum habebat Dihja al-Kalbî, Mohammedis socium, et mater genus suum referebat ad al-Hosainum, filium Alîi ibn-abî-Tâlib [3]).

---

1) Quaenam haec appendix contineat v. in *Orient.* I, p. 380, ubi ipsius auctoris verba adducta sunt.

2) Ex verbis praefationis تهذيب مصنّفي المُتَرْجَم بالمُعْرَب Simon Assemanus effecit auctorem libri esse *Mustafa Almotargem!*

3) Vid. Ibn-Khallicân, I, p. ٥٣١, ed. de Slane, n. 508 ed. Wüstenfeld, cujus auxilio corrigantur quae male dicta sunt ab H. Khal., II, p. 426.

Natus Valentiae, anno 546, totum orbem Moslimicum peragravit, et anno 633 al-Kahirae diem supremum obiit. V. Maqqarî I, ٥٢٥ seqq.

Libro praemissa est annotatio quam jam describimus. Post verba tituli (كتاب تنبيه البصائر في اسماء امّ الكبائر): تصنيف السيد الامام العالم الاوحد ملك الحُفّاظ سلطان المحدّثين علم الخافقين، مفتى الفرق اقضى القضاة ذى النَّسَبَيْن الطاهرين، ما بين دحية والحسين « رضى الله عنهما مجد الدين نسيب امير المومنين ابى الخطاب بن الشيخ الامام الفاضل ابى على حسن بن على سبط الامام جمال آل رسول الله ابى البستام¹) موسى بن عبد الله الفاطمى الحسينى الكوفى رضى الله عنهم اجمعين ۞

سمع جميع هذا المجلد في اسماء الخمر جماعة كثيرة منهم الاديب الاجلّ الزاهد العابد افتخار الدين ياقوت الجمالى والامير الاجل الكبير العالم الفاضل مجد الدين عمر اخو الفقيه عيسى الى جماعة كثيرة من الفقهاء والعلماء والامراء يضيق الموضع عن ذكرهم ويكثر تعدادهم ويدخل في حدّ الاكثار عددهم وذلك بقراءة ولده الفقيه الاجلّ الامام العالم الحافظ المحدّث شرف الدين ابو (ابى .l) جعفر محمد وذلك في مجالس اخرها يوم الاثنين مستهلّ صفر سنة ٦٣٠ والحمد لله وحده ۞

Post *bismillam* ipse liber incipit الحمد لله الذى رضى دين الاسلام لعباده المسلمين, ut etiam ab H. Khal. traditur.

Legerat auctor, ut ipse in praefatione ait, folia quaedam quae de *nominibus vini* scripserat grammaticus Aegyptiacus Abu-Mohammed Abdallah ibn-Birrî ²). Nomina illa propemodum centum

---

1) Sic perspicue in Codice scriptum est, non ابو البسام ut legitur in editionibus Ibn-Khallicânis.

2) In Cod., additis vocalibus, بِرِّى scriptum est; Dzahabî, *Moschtabih* ٥٥٤, habet بَرِّى. Obiit hic grammaticus anno 572, teste as-Sojutîo.

erant numero. Sed hoc opus auctori nostro non placebat; ait enim: فراينْها مهملةً من التقييد والضّبْط مستجلّة من غيـر شرح ولا شكل ولا نقط. Complures alii scriptores de eodem argumento libros composuerant, ex quibus Dzu-'n-nasabaini plures quam quivis alius legerat; attamen his omnibus meliorem componere voluit. Explicat itaque in hoc libro 170 nomina *matris magnorum peccatorum* (ut *vinum* in titulo vocatur), secundum alphabeti ordinem disposita; saepissime variorum poëtarum versus laudat. Opus dedicavit al-Maliko al-Kâmilo, tunc temporis Aegypti regi.

Exemplar nostrum maximi est pretii, cum quia unicum est in Europa, tum quia scriptum est quum auctor adhuc in vivis esset. Anni nota caret quidem, sed ubi nova incipit sententia, saepius haec verba praemittuntur: قال ذو النسبين ايّده الله, quae formula nonnisi de vivis usurpatur. Patet praeterea ex charta et scriptura, hunc Codicem ineunte Hidjrae saeculo septimo scriptum esse. In fine prolixe praedicantur laudes al-Maliki al-Kâmili, et ipse scriba, alio tamen atramento usus, addidit: قوبل بهما على الاصل جهدَ الاستطاعة حرفًا حرفًا والله المُوَفِّق لذلك. Hoc loco sub voce الاصل ipsum auctoris autographum intelligo, ex quo itaque Codicem nostrum descriptum esse, satis probabile mihi videtur.

LXXX. (Cod. 520 (6) Warn. fol. 164 v.—174 v.)

اِصْطلاحات الصُّوفيّة sive explicatio quarumdam vocum technicarum quibus Sufîi utuntur, auctore Mohjî-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-Alî ibn-Mohammed *ibn-al-Arabî* († 638).

Est libellus quem Flügelius, anno 1845, simul cum al-Djordjânîi *Ta'rifât* edidit; qui tamen nostro Codice non usus est (Hammeri solummodo Codicem adhibuit), et quem latuisse videtur eum hic adesse.

Sunt 10 folia sine aetatis nota, sed nitide scripta circa annum 915 ab Abu-'l-Baqâ Ahmed ibn-Alî al-Ahmedî Schâfiîta qui totum

Codicem 520 exaravit. In nostro Cod. libellus titulo caret.

Alia exemplaria: Berol. (Sprenger) 990; Vindobon. 1904 (1); Paris. (de Slane) 1347 (2) = 425. De Cod. Vatic. 296 (1) cf. Cat. p. 452 et Hammeri, Letter. III p. 13 unde patet hunc Codicem majoris ambitus esse (42 folia) quam ut idem opusculum eo contineatur.

LXXXI. (Cod. 520 (9) Warn. fol. 192—508).

كِتَابُ لَطَائِفِ ٱلْأَعْلَامِ ، فِي إِشَارَاتِ أَهْلِ ٱلْإِلْهَامِ «. Est liber quem H. Khal. bis commemorat ut videtur V, 315 n. 11111 et 11112 et secundo loco tribuit viro Abd-ar-Razzâq *al-Qâschânî* († 730). Idem ille scripsit aliud opus ejusdem generis cujus primam partem anno 1845 Sprenger Calcuttae edidit [1]). Hic autem Codex, sicut sequens, necnon Londinensis quem descripsit Loth (Ind. Off. 663) omnes sunt anonymi, quapropter Dozy suspicatus est auctorem esse Ibn-al-Arabî innixus argumentis minus validis, quum ipse Ibn-al-Arabî in libro laudetur v. g. f. 285 hisce verbis: قال الشيخ في الفتوحات (المكية). Nihil autem, quantum scio, obstat quominus H. Khal. verbis fidem habeamus donec meliora docti simus.

Monendum autem est librarium Codicis, de quo vide supra ad n. LXXX, jam nomen auctoris ignorasse teste subscriptione: هذا ما انتهى الينا من كتاب لطائف الاعلام في اشارات اهل الالهام للشيخ الامام الهمام والحبر العلام من اخفى الله اسمه ورفع رسمه.

Quidquid tandem hujus rei sit, liber summae est utilitatis.

Initium, fol. 192 verso post doxologiam, hoc est: وبعد فاني لما رايت كثيرا من علماء الرسوم ربما استعصى [2]) عليهم فهم ما يتضمنه كتبنا وكتب غيرنا من النكت والاسرار التى يشير اليها المحققون العالمون بالله من اكابر شيوخ الصوفية الخ.

De Codice jam diximus.

1) Abdu-r-Razzâq's *Dictionary of the technical terms of the Sufies*. De auctore cf. Djâmî نفحات الانس p. ٥٥٧ et seqq.

2) Cod. 1136 استصعب.

LXXXII. (Cod. 1136 Warn.)

Pars ejusdem operis, initium scilicet, 43 folia. Hoc Codice usus est Tholuck, qui aliquot hujus Lexici locos edidit in libro c. t. *Die speculative Trinitätslehre des späteren Orients*, p. 13—22, 28 sq.

LXXXIII. (Cod. 908 (10) fol. 62—69).

Poëma de vocibus technicis in scientia traditionaria usitatis, قصيدة غرامية في ألقاب الحديث, ut ait aç-Çafadî apud al-Makkarî I, p. ٨١٩, auctore Schihâb-ad-dîn Abu-'l-Abbâs Ahmed *ibn-Farah* (فرح) al-Ischbîlî (625—699), Commentario illustratum a Schams-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-Abd-al-Hâdî al-Moqaddasî. Poëma cum Commentario Izz-ad-dîni Abu-Abdallah *Ibn-al-Djamâʿa* anno 1885 edidit F. Risch qui in notis nostrum quoque Commentarium recepit. In praefatione de Codicibus quibus usus est exposuit.

Codex anni nota caret.

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 38, n. 752).

LXXXIV. (Cod. 667 Warn.)

تعريفات auctore Alî ibn-Mohammed *al-Djordjânî* († 816). Jam ter editum est hoc opus de vocibus technicis in Oriente, scil. Constant. 1837, Cahirae 1866, tum Lips. 1845 a Flügel.

LXXXV. (Cod. 714 Warn.)

Alterum exemplar, anno 998 exaratum.

LXXXVI. (Cod. 937 (2) Warn. fol. 12—107).

Tertium exemplar, exaratum et collatum anno 1054.

LXXXVII. (Cod. 872 Warn.)

Quartum exemplar sine anni nota.

Alia exempl.: Paris. 31 (apud Flügel, *Wien. Jahrb.*, 92); de altero Paris. et de duobus aliis quibus usus est Codd., agit de Sacy (*Notices et Extr.*, X, p. 2 sq.; cf. Catal. Bibl. de Sacy 136 et 137); Mus. Brit. 478, 479, 1012, 1388; Bodl. (Nic.) 230 (1); Caes. Vind. 1905 (Exc.); Berol. (Sprenger) 987, 988; Monac. 657. 658, 659 (1); Escur. (Derenb.) 607; Constant. (Köprülü Cat. p. ٢٣١) 669, 670, 671, 672; Caes. Petrop. 228 (1).

LXXXVIII. (Cod. 1437 Testa).

القاموس auctore *al-Fîruzabâdî* († 817). Hic notissimi Lexici Codex septem priores paginas offert nitidissime exaratas, sed inde a p. 8 minus nitida scriptura alius est librarii, et chartae quoque species differt. In subscriptione commemoratur annus 999. In fine libri exstat brevis vita auctoris.

LXXXIX. (Cod. 37 Gol.)

Alterum exemplar, iam fuse ab Hamakero (*Spec. Catal.*, p. 177) descriptum, et anno 1050 exaratum.

XC. (Cod. 375 Warn.)

Tertium exemplar, ibidem ab Hamakero descriptum, sed sine aetatis nota.

XCI. (Cod. 1581).

Quartum exemplar, haud ineleganter exaratum.

Emtum ex Bibl. Palmiana (*Catal. Palm.* p. 188, n. 18).

Alia exempl.: Acad. Reg. Neerl. 33; cf. Scheidii Catal. p. 88, n. 7 et 8; Paris. 1240—1244, (S. Germain des Prés) 197, 198; Bodl. (Uri) n. 1051, 1052, 1056, 1059, 1073, 1078, 1081, 1082,

1085, 1088, 1091, (1114), 1119, 1120, 1121, 1122, 1147, (Nicoll) n. 203, 204 (1), (212), 353; Doct. Lee n. 88; Tippoo, p. 134, n. 22 et primum volumen versionis Persicae n. 23; Goth. n. 394, 395, 396, 397; Berol. (fol. 50 et 51, 2 expl.), (Sprenger) 950, 951, (Landberg) 83, 193 (حاشية); Caes. Vind. (Rzew. n. 120); Havn. 198; Mus. Asiat. Petr. (3 expl.); Caes. Petrop. 217, 218; Rosen (Mus. As.) 153, 154; Moscov. (cf. *Dorpat. Jahrbücher*, III, p. 251); Ambros. n. 98; Palat. n. 330; Bibl. Magliabecchiana (ap. Hammer, *Lett.* VI, p. 4); Vatic. n. 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 391, 392, 397; Escur. (Derenb.) 587—595; Alger. p. 9 (2 expl.); Societ. Asiat. Calcutt. p. ٤٩ (in eadem Bibl. (p. ٣٣) est شرح خطبة القاموس auctore qâdhîo Isâ ibn-Abd-ar-Rahîm). Compendium est in Bibl. Athenaei Daventriensis.

Ceterum cf. Pertsch, Cat. Goth. ad num. 395.

XCII. (Cod. 928 Warn.)

جَامِعُ اللُّغَةِ auctore (ut patet ex H. Khal., nam in nostro Cod. haud magis quam in Bodl. ejus nomen additum est) as-sajjid Mohammed ibn-as-sajjid Hasan ibn-as-sajjid Alî, qui hoc Lexicon scripsit Adrianopoli anno 854 et circa annum 866 diem supremum obiit.

H. Khal. et Pusey (p. 608) jam satis fuse de hoc Lexico egerunt [1]. Nitidum nostrum et satis antiquum exemplar non mensis sed anni nota caret. Aliud exstat in Bibl. Bodl. (Uri) 1071.

XCIII. (Cod. 644, Warn. fol. 39—43).

Explicatio, Arabice scripta, paucarum vocum Arabicarum ab ا incipientium, vel perparvum fragmentum ampli Lexici Arabici,

1) Versio Flügeliana (II, 572) verborum ولكنه اخلّ، كما ان الاصل (additur امل» (in Codd. L. et B. اسهب و) corrigenda est; recte haec verba vertit Pusey. Apud hunc corrigatur ex versione Flügeliana monstrum istud الجامع مغوتا et urbs ista *Idrit.* Caeterum nec in nostro Codice, nec in Bodl., de النهاية sermo est, de quo H. Khal. mentionem injecit.

cum glossis marginalibus. Est in Codice qui complura alia opuscula ad diversissimas aetates pertinentia continet.

XCIV. (Cod. 958 (18) Warn. fol. 62).

رِسَالَةٌ فِى ٱلْفَرْقِ بَيْنَ ٱلْحَمْدِ وَٱلشُّكْرِ auctore Molla Lotfî († 900).

Est tractatus de discrimine inter voces الحمد et الشكر. Post doxologiam hoc modo incipit: اما بعد فان الفرق بين الحمد الشكر والمدح والثناء بما ينبغى ان الخ.

Sunt duae paginae. Codex scriptus est anno 925.

XCV. (Cod. 39 Gol.)

الْمُزْهِرُ فِى عُلُومِ ٱللُّغَةِ auctore *as-Sojutî* († 911) anno 1282 Bulâqi editus (Brill 53).

Liber divisus est in 50 انواع, quorum tituli sunt sequentes: ١ معرفة الصحيح الثابت ٢ معرفة ما روى من اللغة ولم يصح ولم يثبت ٣ معرفة المتواتر والاحاد ٤ معرفة المرسل والمنقطع ٥ معرفة الافراد ٦ معرفة من تُقْبَل روايته ومن تُرَدّ ٧ معرفة طرق الاخذ والتحمّل ٨ معرفة المصنوع وهو الموضوع ونذكر فيه المدرج والمسروق وهذه الانواع الثمانية راجعة الى اللغة من حيث الاسناد ٩ معرفة الفصيح ١٠ معرفة الضعيف والمنكر والمتروك ١١ معرفة الردىّ المذموم ١٢ معرفة المطّرد والشاذّ ١٣ معرفة الحوشىّ والغرائب والشوارد والنوادر ١٤ معرفة المستعمل والمهمل ١٥ معرفة المفاريد ١٦ معرفة مختلف اللغة ١٧ معرفة تداخل اللغات ١٨ معرفة توافق اللغات ١٩ معرفة المعرّب ٢٠ معرفة الالفاظ الاسلاميّة ٢١ معرفة المولّد وهذه انواع الثلثة عشر راجعة الى اللغة من حيث الالفاظ ٢٢ معرفة خصائص اللغة ٢٣ معرفة الاشتقاق ٢٤ معرفة الحقيقة والمجاز ٢٥ معرفة المشترك

٢٦ معرفة الاضداد ٢٧ معرفة المترادف ٢٨ معرفة الاتباع ٢٩ معرفة
العامّ والخاصّ ٣٠ معرفة المطلق والمقيّد ٣١ معرفة المشجّر ٣٢ معرفة
الابدال ٣٣ معرفة القلب ٣٤ معرفة النحت وهذه الانواع الثلثة
عشر راجعة الى اللغة من حيث المعنى ٣٥ معرفة الامثال ٣٦ معرفة
الاباء والامّهات والابناء والبنات والاخوة والاخوات والاذواء والذوات
٣٧ معرفة ما ورد بوجهين بحيث يؤمن فيه التصحيف ٣٨ معرفة ما
ورد بوجهين بحيث اذا قرأه الالثغ لا يُعاب ٣٩ معرفة الملاحن والالغاز
وفتيا فقيه العرب وهذه الانواع الخمسة راجعة الى اللغة من حيث
لطائفها وملحها ٤٠ معرفة الاشباه والنظائر وهذا راجع الى حفظ اللغة
وخبط مفاريدها ٤١ معرفة آداب اللغوىّ ٤٢ معرفة كتابة اللغة
٤٣ معرفة التصحيف والتحريف ٤٤ معرفة الطبقات والحُفّاظ والثقات
والضعفاء ٤٥ معرفة الاسماء والكنا والالقاب والانساب ٤٦ معرفة المؤتلف
والمختلف ٤٧ معرفة المتّفق والمفترق ٤٨ معرفة المواليد والوفيات
وهذه الانواع الثمانية راجعة الى رجال اللغة ورواتها ٤٩ معرفة الشعر
والشعراء ٥٠ معرفة اغلاط العرب ۞

Codex anno 954 exaratus est.

XCVI. (Cod. 347 *b* Warn.)

Secundum exemplar, anno 977 exaratun

XCVII. (Cod. 347 *a* Warn.

Tertium exemplar, sine anni nota.

Alia exempl.: Berol. (Landberg) 284; Mus. Brit. 535; Cantabrig. (Preston p. 39) n. 35; Bodl. (Uri) 406; Escur. (Derenb.) 37, 241, 1831; Köprülü p. ١٦٢, n. 326; Damasc. Cat. p. v. n. 24; Cid-Hammouda p. 16; Societ. Asiat. Calcutt. (*Catal.* p. ٥٤); exemplar possidebat Fresnel.

XCVIII. (Cod. 474 (38) Warn. fol. 345 v.—361 r.)

غايَة الاحْسان في خَلْق الانْسان auctore eodem as-Sojutî de quo tractatu vide H. Khal. IV, 295 [1]). Continent hae 33 paginae nomina et epitheta singulorum membrorum corporis humani. Idem tractatus ut videtur continetur Codice Berol. n. 980 (Sprenger) ubi autem titulus audit نهاية الاحسان.

XCIX. (Cod. 474 (39) Warn. f. 361 v.—363 v.)

زُبْدَة اللَّبَن ejusdem generis opusculum as-Sojutîi de lacte continens فوائد لغوية وحديثية وطبية. Quod H. Khal. loco hujus tituli habet زبدة الليق sine dubio corruptela est.

Alia exemplar. Berol. (Sprenger) 981; Monac. 883 (1).

---

b. LEXICA ARABICA-PERSICA.

C. (Cod. 592 (1) Warn. fol. 1—59).

Lexicon sine titulo vel nomine auctoris, quod exhibet verba Arabica Persice explicata. Post *bismillam* sic statim incipit: باب الافْعال ب الاتراب توانكر شدن وخاك بر جيزى كردن الاتْعاب برنجانيدن, et omnia quae in hoc primo capite sequuntur vocabula, sunt similiter infinitivi 4ae formae, secundum *ultimarum* literarum seriem ordinata, et porro ita, ut primum verba quae perfecta dicuntur, tum diversa imperfectorum genera (المعتل, الاجوف, الناقص caet.) separatis sectionibus in medio sint posita. Eodem ordine in secundo capite (sic incipienti: باب التفعيل ب التتريب

---

1) Pro العضامي semper in hoc Cod. العصامي.

(خاك آلود كردن الخ) infinitivi 2ae formae, in tertio 3ae, in quarto 8ae, in reliquis reliquarum, cum triliteri, tum quadriliteri verbi, formarum recensiti sunt, ita ut in ultimo capite (باب الافْعِلّال ب الاجلعباب سيّار شدن الخ) infinitivi veniant illius formae, quae quadriliteri verbi 4a dicitur. Auctori itaque propositum fuisse apparet, ut Persis in conspectum daret explicaretque omnes formas *derivatas* verborum Arabicorum, quae linguae usu receptae essent.

Weijers (*Orient.* I, p. 367 sq.), de hoc agens Codice, professus est se nescire quis libri auctor esset. Est autem hic Abu-Abdallah al-Hosain ibn-Alî ibn-Ahmed *az-Zauzanî* († 486). Operis titulus in sequente Codice in fronte adscriptus est, nempe كتاب المصادر. Non integrum autem hoc possidemus sed tantum partem II inde a capite VII in descriptione Fleischeri Codicis Lips. I. Codicem nostrum re vera az-Zauzanîi opus continere jam vidit Pertsch, Cat. Goth. ad num. 399 (ann. 3).

Codex exaratus est anno 725.

CI. (Cod. 647 Warn.)

Ejusdem libri eadem pars nempe a cap. VII ad finem capitis XV. Partem majorem capitis XIV et totum caput XV recentior manus supplevit.

Codex anni nota caret.

Alia exemplaria jam enumeravit Pertsch l.l. quibus add.: Mus. Brit. (Pers.) p. 505 (2 exempl.); Köprülü p. ٢٣٢ n. 697.

CII. (Cod. 926 Warn.)

دُسْتُورُ اللُّغَة auctore Abu-Abdallah al-Hosain ibn-Ibrâhîm ibn-Ahmed an-Natanzî (النَّطَنْزِي), cognominatus *Dzu-'l-bajânaini*, ut legitur in titulo et in praefatione nostri Codicis, sive *Dzu-'l-lisânaini* 1), ut habet as-Sojutî. Sententia eodem redit; significat enim

1) In margine articuli al-Kiftîi minio scriptum est ذو اللسانين, unde igitur patet, hoc nomine vulgo auctorem appellari.

hoc cognomen *utriusque linguae peritus*, Arabicae nempe et Persicae. Obiit mense Djomâdae II[ac] anni 499, vel secundum Ibn-Djamâ'am (ابن جماعة), quem laudat as-Sojutî, et al-Kiftîum (Ms. 654), mense Moharrami anni 497 [1]).

Explicare voluit auctor voces quae occurrunt in scriptis nonnullis classicis. Ait enim in Praefatione: وبعد فهذا دستور اللغة العربيّة المستعملة المعتمدة الماثورة الواردة فى كتاب الله تعالى واخبار الرسول صلى الله عليه ومصنّفات الادباء كالصفات والالفاظ والواسطة والمصادر وكتب البذلة والاصلاح والرسائل والترجمان وكتب الفرق [2]) والامثال ودواوين المحدثين كالطاءى والبحترى والمتنبى ومجموعاتهم كالحماسة ونحوها والقصائد السبع والخلاص النظامى. Opus divisum est in 28 libros, ratione habita numeri literarum quae mansionibus lunae respondent. Singuli libri 12 capita continent, ratione habita numeri mensium anni et duodecim Zodiaci signorum.

Ipsi Lexico praemissa est Introductio, in hoc Codice 926 paginas 41, in Codice 969 (1), de quo mox, paginas 36 implens, in qua auctor agit de conjugatione verborum, et illa verba enumerat quae simul transitiva sunt et intransitiva, substantiva quae peculiarem feminini formam non habent at tamen feminina sunt, illa quae tum masculina sunt tum feminina caet. Sequitur ipsum Lexicon alphabetico ordine dispositum (ratione habita *primae* literae vocis, non ultimae), in quo voces Arabicae aut aliis Arabicis aut Persicis explicantur.

Codex anni nota caret.

---

1) Alius fuit an-Natanzî scilicet Abu-'l-Fath Mohammed ibn-Alî, qui anno 497 obiit secundum Jâqut IV, ٧٩٣. Hic erat nepos et discipulus nostri auctoris; ait enim as-Sojutî: روى عنه سبطه ابو الفتح محمد بن على بن ابراهيم النطنزى sed collatis testimoniis supra laudatis probabiliter Jâqut male de nepote retulit quod valet de patruo.

2) وكتب الفرق e Cod. seq. inserui.

CIII. (Cod. 969 (1) Warn. fol. 4—191).

Idem opus. In fine introductionis hic locus offertur qui in praecedenti Codice non invenitur:[1] وسمينه بكتاب الخلاص، لخلاصه من كل لفظ مَعَادٍ وكلام معناص، واختصاصه بما لا بُدَّ منه للعام والخاص، ثم للتفاؤل بخلاص نفسى المسيئة يوم القصاص، كما قال القائل كتاب الخلاص كتاب، به خلاص النطنزى يوم الحساب، اراح به الخلق عن كدّهم فجاء بمقصودهم فى كتاب، اذا تأمّلْتَ مضمونه وفكّرتَ فى كل حدّ وباب، علمتَ حقيقة ما قلتُه وقلتَ أَحْفظوه كأمّ الكتاب، فحافظه عن قليل به يعود مليّا بفصل الخطاب، جزى الله خيرا من تأمّل صنعتى، وقابل ما فيها من السهو بالعفو، واصلح ما اخطأت فيه بفضله وفطنته، واستغفر الله من سهوى.

Etiam hic Codex anni nota caret.

CIV. (Cod. 436 Warn.)

Idem opus. Desideratur hic introductio, sed in fine est appendix, cui praemissa sunt verba: هذه ابواب وفصول وُجدت فى آخر هذا الكتاب وهى من جمع مصنّفه فأُلْحِقَت بالكتاب لانها كانت تليق به, dum in fine libri legitur: تجز كتاب دستور اللغة — مع الزيادة المضافة اليه الخ. Haec igitur appendix partim eadem continet atque Introductio in duobus Codicibus de quibus diximus (nempe enumerationem verborum quae simul transitiva sunt et intransitiva), partim plane diversa (de particulis, nominibus signorum Zodiaci, mensium caet.).

Differt praeterea hic Codex a praecedentibus eo quod ipsa vocabulorum explicatio hic nonnullis aucta est. Probabile igitur

---

1) Cf. H. Khal. V, 81.

est nos hic [illegible]tionem diversam ab illa quam Codd. 926 et 969 offerunt.

Scriptus est hic Codex anno 601.

Alia hujus operis exemplaria exstant in Bibl. Paris. 1253 et Upsal. 10 (2). Postremus Codex, ut patet ex iis quae Tornberg (qui male auctoris nomen pronuntiavit *el-Nathnazi*) de eo monuit, continet cum Introductionem quam offerunt Codd. nostri 926 et 969, tum illam appendicis partem quam solus Codex 436 exhibet.

CV. (Cod. 938 Warn.)

السّامى فى الأسامى auctore Ahmed ibn-Mohammed *al-Maidânî* († 518).

Hoc Lexicon in quatuor partes distributum est, quarum *prima* agit de iis quae ad legem pertinent, *secunda* de rebus animatis, *tertia* de coelestibus, *quarta* de terrestribus. Ad quatuor illas partes, quarum singulae rursus in plurimas sectiones divisae sunt, al-Maidânî nomina retulit Arabica, ab ipso Persice explicata. In fine auctor narrat se hoc opus absolvisse die 14° mensis Ramadhân anni 497. Cf. Weijers in *Orient.* I, p. 368 sq.

Codex noster anni nota caret, quandoquidem ultima ejus pagina longe recentiori manu scripta est quam reliquae. Alia exemplaria: Paris. 1334; Lond., Ind. Off. 1027 (3) et 997 fragm.; Escur. (Derenb.) 601; Mus. Asiat. Petr.; Constant. Köprülü 1543, 1544, 1545. Etiam Scheidius (Scheidii *Catal.* n. 10, p. 88) et de Sacy (Catal. Bibl. de Sacy n. 136) hujus libri exemplar possidebant.

CVI. (Cod. 802 (2) Warn. fol. 16 v.—80 r.)

Hoc Codice, qui titulo, nomine auctoris et praefatione caret, continetur explicatio quorumdam vocabulorum Arabicorum quae obvia sunt in al-Maidânî السامى فى الاسامى. Incipit ita: الحمد لله حقّ حمده والصلوة على محمد وآله من بعده قوله فى صدر الكتاب

فانشصه اى رفعه والنَّشَاص السحاب المرتفع وقوله فى ذكر الامثلة قبل الابواب الخ.

Exaratus est Codex anno 692.

CVII. (Cod. 802 (3) Warn. fol. 80 v.—87).

الاَبَانَةُ auctore incerto, qui nonnulla vocabula, ab al-Maidânîo in السامى فى الاسامى non satis perspicue explicata, tironum in gratiam lucidius interpretari voluit: quod propositum exsequens diversas libri partes et sectiones percurrit, et e singulis pauca nomina desumta illustravit. Vid. Weijers in *Orient* I, p. 371 sq. ubi libelli praefatio edita est. Aeque ac praecedens exaratus est anno 692.

CVIII. (Cod. 592 (2) Warn. fol. 60 v.—151).

Sine titulo vel nomine auctoris. Notum est Abu-Saʿd Saʿîdum († 539), filium Ahmedis al-Maidânîi, opus composuisse cui titulus est الأَسْمَى فى الأَسْمَآء. In *brevius* nempe *contraxit* ille opus patris [1]) cui titulus est السامى فى الاسامى. Ex nostri libri praefatione patet, hujus auctori propositum fuisse ut ex al-Maidânîi opere, maximam utilissimamque vocabulorum copiam exhibente, ipse, ordine plane mutato, Lexicon conficeret, in quo singula illa ad literarum seriem disposita essent. Et hac quidem in re eandem normam ac al-Djauharî et al-Fîruzabâdî in suis Lexicis, secutus est, unicuique vero vocabulo eam interpretationem Persicam quam in al-Maidânîi opere invenerat, adjunxit. Lexicon quidem ipsum in nostro Cod. integrum offertur, sed in ultima

1) Weijersius (*Orient.* I, p. 370, 373) cum Herbeloto putavit opus patris a filio *auctum* fuisse; sed legimus apud as-Sojutîum, in *Vitis Grammaticorum* (in v. سعيد): صنّف الاسمى فى الاسماء اشتقّه من كتاب ابيه السامى فى الاسامى.

ejus pagina, ejusdem librarii manu, nova sectio inchoatur, sic inscripta: فصل في الجموع القياسية التي ذكرها الميداني في اول كتاب السامي في الاسامي, qua tamen ad dimidiam tantum paginam illam procedit, ibique abrupte desinit, nulla porro librarii subscriptione subjuncta. Ista sectio revera in *as-Sâmî* invenitur, inter praefationem et capitum elenchum, at collato Cod. nostro 938, in quo quinque integras paginas (3—8) complet, apparet hic tantum particulam ejus exstare, quae in Cod. 938 nondum *unam* paginam efficit. A *librario* hanc ultimam paginam additam putavit Weijers.

Dubium vero est utrum hic liber derivatus sit ex *patris* an ex *filii* opere, quandoquidem in ejus praefatione liber *filii*, *al-Asmâ*, tribuatur Ahmedi i. e. patri. Cf. Weijers in *Orient.* I, p. 368 sqq.

Codex scriptus est anno 725.

CIX. (Cod. 2104 = Amîn 383).

مُقَدِّمَةُ الأَدَب auctore *az-Zamakhscharî* († 538). Opus notissimum post editionem Wetzstein.

Hic Codex opus integrum continet et bene exaratus est anno H. 827. Versio persica rubro adscripta est et in margine plura glossemata leguntur.

CX. (Cod. 363 (1) Warn. fol. 1—101).

Secunda pars ejusdem operis quae inscribitur لغة افعال عرب nempe ea quae de verbis agit (ed. Wetzstein p. ٨٩—٢٨٩). In hoc autem Codice nusquam auctoris nomen indicatum est. Cf. Weijers, *Orient.* I, p. 364 et seqq.

Exaratus est Codex anno 852.

Alia exemplaria: Paris. 1256 (1); Mus. Brit. Cat. Pers. p. 505; Bodl. (Uri) 1083, 1094, 1127 (1), 1161 (pars. II), 99 (3). (Nic.) 225, 231 (1) pars II; Lips. 2; Berol. 57 fol. 77, 78 et 79 in quarto; Petrop. 213; Upsal. 13; Bonon. 371; Constantinop. (Köprülü) Cat. p. ٢٣٢ n. 698. Codicem quoque possidebat Wetzstein.

De versionibus Turcicis vide infra inter Lexica Arabica Turcica.

CXI. (Cod. 1007 a et b Warn.)

الصُّراحُ [1]) auctore Abu-'l-Fadhl Mohammed ibn-Khâlid, qui vulgo *al-Djamâl* (Djamâl-ad-dîn) *al-Qoraschî* dicitur, qui hunc librum absolvit anno 681 ut legitur in nonnullis exemplaribus teste Rieu, *Cat. Pers. Mus. Brit.* p. 507.

Narrat in praefatione se diu studuisse ut librum, quem summis laudibus effert, al-Djauharîi *Çihâh*, aut emeret aut describeret. Invenit tandem optimum, quatuor spissis voluminibus constans exemplar in Bibl. Academiae (المدرسة الصاحبية البرهانية المسعودية) urbis Kâschgar (كاشْغَر). Excerpsit illud, omittens plerosque poëtarum locos qui ab al-Djauharîo laudabantur, et interpretationi Arabicae Persicam substituit.

Sunt duo volumina formae quadratae minoris. Undecim ultimae posterioris voluminis paginae continent appendicem ab al-Djamâl al-Qoraschî confectam de ‛الاعجمية المعربة من اعلام الملائكة والاناس واسماء المعارف والاجناس„ لـمـا ان صاحب الصحاح رحمه الله اورد بعضها دون بعض فالتمس مـنى من لا يُرَدُّ سؤله‛ بـل يجب قبوله„ ان اجمعها وأَضُمَّ اخواتها العربية معها.

Codex anno 931 scriptus est. Alia exempl.: Mus. Brit. 1007, 1008, Cat. Pers. p. 507; Ind. Off. 1015, 1016, 1017, 1018, 1019, 1020, 1021, 1022; Bodl. (Uri) 1115 et (Ouseley) 388; (Tippoo, p. 133, n. 17); Societ. Asiat. Calcutt. p. ٣١ (2 exempl.). Cf. Berol. (Wetzstein) 68. Liber editus est Calcuttae (1812—1815) [2]), lithograph. Lucknow a. H. 1289.

CXII. (Cod. 1664 (2) fol. 167—204).

نصاب صبيان. Lexicon Arabico-Persicum metrice compositum,

---

1) In Praef. legitur:

هذا الصُّراحُ من الصحاح مُروَّق   يصفو لشاربه وما بمرنَّق

2) Rarissima est haec editio in Europa; at possidet eam Bibliotheca nostra ex Bibl. Sacyana coëmtam.

auctore Abu-Naçr al-Farâhî qui ut patet ex H. Khal. VI, 346 vixit ante Djordjânî, qui anno 816 mortuus est. Cf. Rieu, *Pers. Ms.* p. 504.

Codex nitide scriptus sine anni nota.

Emtus e bibliotheca van Voorst (*Catal.* p. 5 n. 36).

CXIII. (Cod. 1678 (2) fol. 139—181).

Alterum exemplar anni 1059.

Codex itidem emtus e bibliotheca van Voorst (*Catal.* p. 6 n. 43).

Alia exemplaria in quavis fere bibliotheca reperiuntur. Anno 1819 Calcuttae typis impressum est opusculum et deinde saepius repetitum.

CXIV. (Cod. 469 Warn.)

ٱلتَّرْجُمَان, Lexicon Arabico-Persicum, auctore Alî ibn-Noçrat [1]) ibn-Dâwud, qui hunc librum scripsit anno 843 [2]).

»Arabica vocabula non stirpium ratione habita sed literarum quibus quodque constat, in medio sunt posita. Hunc autem ordinem in iis collocandis auctor observavit, ut literarum seriem persequens et vocabula secundum *primam* ipsorum literam disponens, singularum tamen literarum vocabula in tres sectiones distribuerit, quarum in prima ea tradidit quorum prima litera cum vocali *Fathâ*, in altera quorum haec cum *Casrâ*, in ultima quorum haec cum *Dhammâ* pronuntiatur." Weijers (*Orient.* I, p. 366). Sunt duo tomi uno spisso volumine compacti.

Codex scriptus est anno 886. Aliud exemplar adest in Bibl. Bodl. (Uri) n. 1050.

---

1) Ita in Cod. autographo (v. ann. 2), Cod. Bodl. sec. Uri p. 227 et H. Khal. II, 277. Cod. noster habet Naçrallah.

2) Aetatem definire potui inspecto alio Codice ejusdem libri autographo, quem possidet domus Brill, in quo hic annus memoratur.

CXV. (Cod. 1665).

كنز اللغة lexicon Arabico-Persicum, auctore Mohammed ibn-Abd-al-Khâliq ibn Ma'ruf, qui nono saeculo vixit. Cf. H. Khal. V, 256 seqq. Cat. Mss. Or. Petropol. p. 202 seqq. Lithographice in Persia editum est anno Hidjr. 1283.

Codex anno 985 nitide exaratus olim fuit e libris Hadriani Relandi.

Alia exempl.: Mus. Brit. (Cat. Pers. p. 507) 3 exempl.; Monac. (Pers.) 292, 293, 294; Paris. 1248, 1249, 1257; Vatic. 23; Petrop. 223, 224.

Codex anno 1860 emtus est e bibliotheca van Voorst (*Cat.* n. 37).

CXVI. (Cod. 500 (1) Warn. fol. 1—172).

مصرّحة الأسماء incerto auctore, sed qui scripsit regnante Bâjezîdo filio Mohammed-Khâni, et quidem anno 871 vel 872 ut patet ex ipso titulo qui simul continet تاريخ [1]). Praefationi arabicae adjecta est versio Persica interlinearis quae ita incipit: انّ من لطف الله بالثبات حمد المنطق باللغات الخ. Ait ibi auctor se hausisse ex al-Djauharîi *aç-Çihâh*, Ibn Doraidi *al-Djamharah*, (Ibno-'l-Fârisi) *Modjmil al-loghati*, aliisque operibus. Ipsum opus continet Lexicon Arabicum, alphabetice dispositum, ratione habita primae literae vocis, non vero stirpium, et Persice explicatum.

Codex noster anni nota caret. Alia exemplar. exstant in Bibl. Bodl. (Uri) 1135; Paris 1255.

CXVII. (Cod. 836 Warn.)

Glossarium Arabico-Persicum sine titulo et nomine auctoris [2]), quod incipit: (sine dubio addendum est حمد) ستايش وسپاس، ی

---

1) 40 + 90 + 200 + 8 + 400 + 1 + 30 + 1 + 60 + 40 + 1 = 871 vel si additur ء = ١ 872.

2) Aetas ejus est ante annum 947 quum apographon Vindobonense hoc anno exaratum sit.

وقیاس خدایرا که عقول در ادراك حقیقت ذات او هائم اند، وفهوم در احاطت کنه معرفت صفات او هائم اند». Deinde, absoluta doxologia, operi sic praefatur anonymus auctor; اما بعد این مختصر مشتملست بر الفاظ واین قسم بر ترتیب حروف هجا نهاده شد بیست ونه باب است در هر باب الفاظ تازی تا که در محاورت ومراسلت پارسی میان اکابر وافاضل متداولست ومستعمل آورده است وحروف اوائل کلماترا اعتبار باید کرد که حروف اوائل کلمات الفست در باب الف ثابت کرده وهر باب سه قسم است مفتوح ومکسور ومضموم والله اعلم بالصواب. Significationes Turcicae tantum in duobus prioribus paginis a lectore quodam adscriptae sunt.

Codex anni nota caret.

Alia exemplaria: Caes. Vindob. 119, 120 (1).

CXVIII. (Cod. 1648).

مُنْتَخَب اللُّغات sive جامع لُغات, lexicon Arabico-Persicum, auctore Abd-ar-Raschîd ibn-Abd-al-Ghafur al-Hasanî al-Madanî at-Tatawî (Codex مولدا (sic) والتتوی اصلا المدنی), qui hoc secundum literas primas et ultimas verborum alphabetice disposuit, nulla vero radicum ratione habita. Dedicavit librum suum principi Abu-'l-Motzaffar Schihâb-ad-dîn Mohammed *Schâh Djihân* qui regnavit a 1037 ad 1068 (obiit 1076). Fontes quibus usus est et annum quo opus absolvit, indicat auctor in chronogrammate ad calcem libri (لمؤلفه فی تاریخ الکتاب):

نسخهٔ جامع لغات عرب از نسخ معتبره منتخب
نسخه قاموس ومهذب وصحاح کنز واسامی ومصادر وصراح
یافته اتمام بعهد شهی از حق واز خلق جهان اکبری

سلطنت ازان ممالك ستان شاهجهان ثانى صاحب قران
از پى تاريخش ى قال وقيل گفت خرد منتخب ى بديل

Quod si recte intelligo, est (40 + 50 + 400 + 600 + 2) — (2 + 4 + 10 + 30) = 1046.

Alia exemplaria in Bibl. Tippoo-Sultan n. 25 (p. 135), sub titulo منتخب اللغات; Ouseley 386; Mus. Brit. (Cat. Pers. p. 510) 3 exempl. Editum est Calcuttae anno 1808, 1816 a J. H. Taylor sub titulo منتخب اللغات, 1836. Bis Lucknow et semel Bombay typis impressum.

Emtus anno 1860 e bibliotheca Van Voorst (*Cat.* n. 14).

---

c. LEXICA ARABICA-TURCICA.

CXIX. (Cod. 716 Warn.)

تُرْجُمَانُ ٱلصِّحَاحِ. Interpretatio Turcica Lexici al-Djauharîi, ab illa quam Wânquli scripsit diversa. Adhibuit interpres Turca alia quoque Lexica et commentarios nonnullos in Traditiones. Diversum est hoc opus a ترجمان الصحاح de quo loquitur H. Khal. (IV, p. 96), nam in nostri Codicis praefatione de ملتقط الصحاح sermo non est. Doxologia Arabica incipit hoc modo: الحمد لله الذى انزل القران ، ليبيّن الشرائع والايمان " بلسان عربى مبين الخ et praefatio Turcica: بلكه كه علوم دينيّه واحكام شرعيّه عرب لغتى اوزرنه وارد اولمشدر پس بو اجلدن عرب لغتنى تعليم اتمك وتعلّم ايدنمك عبادة اولمشدر اهمّ مهمّاتدن اولمشدر الخ.

Nitidus hic Codex scriptus est anno 969. Alius est in Bibl. Bodl. (Uri) n. 1155.

Codices versionis turcicae Loghat-i-Wânqulî dictae et jam saepius C. Poli editae reperiuntur in Bibl. Dresd. 364, 365 (pro parte); Lips. 5.

CXX. Cod. 841 (1) Warn. fol. 1—79).

افعال اللغة sive secunda operis *az-Zamakhscharî* cui titulus مقدمة الادب pars quae de verbis agit turcice explicatis.

Exaratus est Codex anno 960.

Etiam in Codd. Paris. 1318 et (Pers.) 192 (2) verba Arabica verbis Turcicis explicantur. Turcica versio totius operis titulum ferens: اقصى الارب في ترجمة مقدمة الادب continetur Cod. Vindob. n. 86 (olim Hammeri 16).

CXXI. (Cod. 237 Scal.)

مرقات اللغة. Nomen auctoris libri ignoramus; sed liber scriptus est inter annum 796 et 939 [1]). Continet ingentem numerum vocabulorum Arabicorum, ex al-Djauharîi et al-Fîruzâbâdîi operibus desumtorum, partim quidem eodem ordine qui in his Lexicis observatus est (nempe ut non *primae* sed *ultimae* vocis literae principalis ratio sit habita), partim vero etiam plane diverso (nempe ut, Turcarum in usum, vocabula non secundum stirpes, sed secundum ultimam *ipsorum* literam, digesta sint: feminina igitur in ـة cadentia, sub litera ة, et relativa nomina sub litera ى notata sunt). Singulis inter versus addita est interpretatio Turcica. Cf. Weijers *Orient.* I, p. 362—364.

Codex noster (797 pp.) anno 955 scriptus est.

Alia exemplaria: Paris. 1247, 1264, 1337, 1338, (S. Germain des Prés) 388, 414, 486; Bodl. (Uri) 1130, 1142; Caes. Vind. 113; Acad. Or. Vind. 14; Upsal. 16, 17; Ambros. 104; Palat. 395; Bonon. 376. Vide etiam Catal. Bibl. Scheidii p. 88 n. 11, et

---

1) Tornberg in *Catal. Bibl. Upsal* (p. 14) statuit, auctorem esse Zain-ad-dîn Mohammed ibn-al-Hasan at-Tibrîzî, qui obiit anno 781. Legitur hoc in nonnullis H. Khal. Codicibus; sed est interpolatoris annotatio prorsus falsa; nam diu est ex quo Weijersius (*Orient.* I, p. 363) rectissime observavit: „quo enim tempore Zain-„ad-dîn ille at-Tibrîzî defunctus esse legitur, ipsum al-Fîruzâbâdîi opus, quod una „cum al-Djauharîi Lexico fons est libri مرقات اللغة, nondum in publicam lucem „prodierat."

Catal. Bibl. de Sacy n. 139. Verosimiliter huncce librum etiam offert Cod. Bibl. Escur. n. 601; hoc certe ex initio et fine, a Casirio descriptis, efficiendum videtur; sed in hoc exemplo, ut in aliis, praefatio deëst. Cf. Derenbourg ad num. 604.

CXXII. (Cod. 412 (2) Warn. fol. 152 v.—160).

Parvum Glossarium (17 pp.) continens explicationem Turcicam vocum quarumdam Arabicarum, quae in libris de jurisprudentia occurrunt. Titulum gerit: هذه اللغات مستخرجةٌ من متون الفِقْهِ, et sic incipit: اصْبَع بَرْمَقْ (melius پرمق) استيعاب قَپْلَمَقْ اذْن قُلَقْ. Finis est: يَنْقَطِعْ يَبِيدْ صُولْرِدْ [1]) يَهْلَكْ. Omnes vocales additae sunt.

Exaratus est hic Codex anno 891, ut patet ex subscriptione prioris partis. Aliud exemplar Caes. Vindob. n. 105.

CXXIII. (Cod. 461 Warn.)

أَخْتَرِى كَبِير. Lexicon Arabico-Turcicum auctore Moçlih-ad-dîn Moçtafâ ibn-Schams-ad-dîn ex Karâ-Hiçâr, vulgo *Akhteri*, qui vixit tempore sultani Solaimân-Khâni. Opus, uti notum, Constantinopoli anno 1242 (1827) editum est.

Codex scriptus est anno 987.

CXXIV. (Cod. 1435 Testa).

Idem opus. Hic Codex scriptus est anno 1029.

Alii Codd.: Paris. 1260—1263, (Pers.) 198, (S. Germain des Près) 200; Bodl. (Uri) 1053, 1058, 1063, 1129, 1132, 1137; Berol. (fol. 51, ex Codice nostro CLXIII descriptus); Dresd. 127, (417); Monac. 780, 781; Caes. Vindob. 114, 115; Upsal. 18; Caes. Pe-

---

1) Obiter observo *verbum* هلك in Freytagii Lexicon desiderari.

trop. 219; Mus. Asiat. Petr.; Ambros. 102; Bonon. 375; Constant. Köprül. Cat. p. ١٦١ n. 311. p. ٢٣. n. 656.

CXXV. (Cod. 2103 = Amîn 382).

Glossarium Arabico-Turcicum sine ulla praefatione et sine nomine auctoris. Exstat quidem in involucro libri titulus جامع اللغات, sed nullum indicium est in Codice revera opus hoc titulo insignitum fuisse. Vocabula Arabica alphabetice disposita sunt eodem modo quo in nostris lexicis mos obtinet sed ordo non stricte observatur. Prima sunt: كمشد آل آن آذان, ultima: يهودى يهود يهمود.

Codex anni nota caret sed non male exaratus est.

CXXVI. (Cod. 500 (3) Warn. fol. 176—220).

Glossarium Arabico-Turcicum, ordine alphabetico, radicum non habita ratione dispositum, cui in subscriptione titulus tribuitur الصحاح المختصر. Incipit ita: اذا قچن اذاما قچن كم. Nomen auctoris non additum est.

CXXVII. (Cod. 500 (4) Warn. fol. 220 v.—233 v.)

Simile Glossarium Arabico-Turcicum, sed minoris ambitus quam praecedens. Nullibi libri auctorisve nomen comparet. Post *bismillam* incipit ita: باب الالف التاع عشقندن بنلدى.

CXXVIII. (Cod. 857 Warn.)

Emendata et aucta editio poëmatis memorialis, لغة فرشته اوغلى dicti, et ab Abd-al-Latîfo, filio Firischtae, in usum nepotis sui, Abd-ar-Rahmân, conscripti. Titulus كموديه non ab auctore, sed

ab editionis curatore profectus est. Sunt 27 carmina vel capita. Sex quae restant (28—33) sunt additamenta ad editionem alteram.

Codex exaratus est anno 1035.

Alia exemplar.: Bodl. 105 (2) p. 291; Paris. (St. Germain des Prés) 637; Gotha (Turc.) 36, 37, 38 (1); Dresd. 197 (2), 250 (Turc.), 271; Caes. Vindob. 109—112; Acad. Or. Vind. n. 16; Monac. 788, 897 (1); Constant. Köprül. Cat. ١٩١ n. 318, p. ٢٣٢ n. 694.

CXXIX. (Cod. 1561 Testa).

شَمَع لُغَةِ فِرِشْتَه auctore Schaikh-Mollâ Mohammed al-Antâbî i. e. oriundus ex عين تاب. Est commentarius Arabicus, intermixtis explicationibus Turcicis, in opus praecedens. Codex anno 1086 scriptus est.

Aliud exemplar hujus commentarii in catalogis non describitur.

CXXX. (Cod. 1099).

جواهر الكلمات, glossarium Arabico-Turcicum in usum scholarum metrice compositum ad normam Ibn-Firischtae et Schâhidîi opera. Descripsit Flügel in Catal. Codd. Vindob. I, p. 121 sub n. 117; ibi dictis addatur capitum numerum esse 61. Codex noster anno 1120 bene scriptus est in urbe ازمير (Smyrna). De origine nihil annotatum est.

---

d. GLOSSARIUM LATINO-ARABICUM.

CXXXI. (Cod. 231 Scal.)

Voces Latinae charactere Longobardico, voces Arabicae charactere Africano, sed omnes eadem manu, exaratae sunt. Hic Codex, ut versus finem legitur, primum fuit Guilielmi Postelli,

a quo eum Raphelengius accepit. Libro usi sunt cum Scaliger ad *Thesaurum Linguae Arabicae* (vid. infra) componendum, tum Raphelengius, cujus *Lexicon Arabicum* anno 1613 Leidae prodiit. In hujus libri Praefatione affirmat Raphelengius, hoc Glossarium »ante annos octingentos plus minus descriptum fuisse"; Scaliger »ante DC plus minus annos scriptum" annotat, sed revera saeculo 12mo exaratus esse videtur Codex, nec multo antiquius videtur esse ipsum opus. Vid. Dozyi praefatio ad »Supplément aux dictionnaires arabes", p. VIII seq., qui de valore hujus Glossarii multis exposuit. Ducange alio ejus Codice usus est, qui ubi asservetur, nondum indagari potuit.

Prima Codicis folia lacera sunt. In ejus fine complura occurrunt, plerumque imperfecta, quae cum Glossario nihil commune habent, sed eadem scripta sunt manu, in quibus est *Epistola Hieronymi de signo.*

e. NOMINA RELATIVA.

CXXXII. (Cod. 334 (3) Warn. p. 241—326).

„كِتَابُ ٱلْأَنْسَابِ ٱلْمُتَّفِقَةِ فِي ٱلْخَطِّ، ٱلْمُتَمَاثِلَةِ فِي ٱلنَّقْطِ وَٱلضَّبْطِ"

quem librum Abu-'l-Fadhl Mohammed ibn-Tâhir ibn-Alî Hierosolymitanus, vulgo *Ibn-al-Qaisarânî* dictus († 507), dictavit discipulo suo cui nomen Abu-Naçr Omar ibn-Mohammed al-Laftawânî, qui eum deinceps cuidam suo discipulo dictavit. Librum anno 1865 edidit P. de Jong nostro Codice usus, apud quem uberiorem descriptionem cum nostri Cod. tum Berolinensis lector conferat.

CXXXIII. (Cod. 334 (4) Warn. p. 327—357).

Appendix ad librum de quo diximus, auctore Abu-Musâ Mohammed ibn-abî-Bakr Ispahanensi († 581), quem de Jong edidit ad calcem editionis Ibn-al-Qaisarânîi p. ١٩٧—٢٢٤.

CXXXIV. (Cod. 334 (5) Warn. p. 358 ad finem Cod.)

Titulus non a librario sed ab alio huic libello praefixus est: كتاب مختصر تلخيص المتشابه فى الرسم وحماية ما اشكل منه عن بوادر التصحيف والوهم للشيخ الحافظ ابى بكر احمد بن على بن ثابت الخطيب البغدادى رحمه الله تعالى اختصره صاحبنا ورفيقنا — — علاء الدين ابو الحسن على بن — عثمان الخ. »Videtur autem haec inscriptio" (sunt verba Hamakeri *Spec. Catal.* p. 150) »minus respondere rerum veritati. Neque enim liber iste, quem Bagdadensis Concionator († 463) ediderat, sed epitome tantum, in qua describenda nunc versamur, hunc titulum habuit; ut facile intelligi potest ex ipsius Alaeddini praefatiuncula, ubi libellum se excerpsisse dicit ex duobus Bagdadensis operibus, quorum alteri التلخيص, alteri التالية nomen erat." Compendii autem hujus auctor Ala-ad-dîn Alî ibn-Othmân, teste Ibn-Qotluboga, inclaruit nomine *Ibn-al-Torkomânî*, obiit anno 750. Addit Hamakerus haec: »In hoc autem negotio ita versatus est, ut ad quaerentis facilitatem omnia ex Alphabeti ordine disponeret: singularem autem literarum tractationem tribus paragraphis absolveret. In prima agitur de illis, qui suo nomine differunt, parentis appellatione consentiunt: in secunda autem illi inter se componuntur, qui non suo sed parentis nomine a se invicem distinguuntur: in tertia, qui utrumque diversum habent. Additur in fine dissertatiuncula de viris, qui cognomine ab ابو incipiente dignoscuntur. Institutum auctoris hoc est, ut confusioni medeatur, quae in Codd. ex obscurius, omissoque punctorum diacriticorum apparatu, scriptis nominibus propriis, oritur. Quae res manifestius lectori ex uno alterove exemplo apparebit. Sic in primo capite literae Elif احمد بن جرير واحيد بن جرير; in altero ابرهيم بن حِبان وابرهيم بن حَيان وابرهيم بن حسنان; in tertio ابى بن الاَبّاء ونُبى بن لبا; in capite libri extremo ابو شُبَيْل العقيلى ابو شَنبَل العقيلى. Ex subscriptione constat eodem anno 713 hoc exemplum ex autographo factum esse, quo ab ipso auctore fuerat compositum."

CXXXV. (Cod. 325 Warn.)

المُشْتَبِهُ فى أَسْماء الرِّجال opus quod anno 723 conscripsit *Schams-ad-dîn* Abu-Abdallah Mohammed ibn-Ahmed ibn-Othmân *ad-Dzahabî* († 748). Liber anno 1881 editus est a P. de Jong qui imprimis hoc Codice usus est et de ceteris retulit.

CXXXVI. (Cod. 685 Warn.)

لُبُّ ٱللُّبَاب ، فى تَحْرِير ٱلأَنْسَاب. *As-Sojutîi* († 911) Lexicon nominum relativorum, a P. J. Veth anno 1840—1842 editum, et anno 1851 Supplemento locupletatum.

Codex anno 1029 exaratus est.

CXXXVII. (Cod. 2000 = Amîn 277).

Idem opus.

Codex anno 1063 bene exaratus est ab Alî ibn-Abd-al-Mannân; folium primum recentior manus supplevit.

CXXXVIII. (Cod. 2406).

Idem opus.

Codex anni nota caret, sed bene exaratus est.

CXXXIX. (Cod. 1851 = Amîn 120).

نبذة من علم النسب لرجال اهل الحديث على ترتيب الحروف sive nomina relativa traditionariorum alphabetice digesta et explicata ab anonymo quodam. Opusculum autem minime integrum est nam explicit in voce الشفرى.

Sunt 8 folia in 12mo.

IV.

GRAMMATICA[1]

(علم النحو والتصريف)

CXL. (Cod. 841 (2) Warn. fol. 80).

رسالة في معنى الحروف, tractatulus, unam paginam et dimidiam complens, de significatione singularum literarum, ا nempe exprimit virum despectum et debilem; ب est vir qui saepe coitum exercet, et sic reliqua. Unicuique explicationi versus antiqui poëtae, exempli instar, additus est, et scriptio tribuitur celebrato grammatico al-Khalîl ibn-Ahmed, qui anno 175 obiit.

Incipit hoc modo: قال الشيخ الامام الجليل الخليل بن احمد النحوى رحمة الله عليه قد جمعت الحروف كلها مع معانيها التى وردت عن العرب وقد الفتها على حسب ما سنح لى واسال الله التوفيق انه هو الموفق وانه على كل شىء قدير وهو حسبى

الالف الرجل الحقير الضعيف   قال اوس

هنالك انت الالف مهينا الخ

Est in eodem Codice atque secunda pars az-Zamakhscharîi

---

1) Ad aetatem grammaticorum et lexicographorum definiendam, usi sumus imprimis Codice nostro 654 (3), quo continetur excerptum ex al-Qiftîi *Vitis Grammaticorum*, ab ad-Dzahabîo factum, as-Sojutîi libro de eodem argumento et Anbârîi *Nozhat-al-alibbâ*.

Moqaddamat-al-adab, qui anno 960 exaratus est. Alterum exemplar Ms. Berol. (Landberg) 560.

CXLI. (Cod. 2224 = Amîn 506).

كتاب سيبويه sive liber grammatici argumenti celeberrimus auctore *Sîbawaihi* († 180 vel 177) cujus editionem inchoavit H. Derenbourg. Codex noster integrum opus continet et praeter librum ipsum etiam continet praefationem illam, quam e Codice Escurialensi publici juris fecit editor: Le Livre de Sibawaihi I, XXIV et seqq. Itidem divisus est in duas partes.

Praeter Codices quibus usus est editor ad parandam editionem suam et nostrum alium nuper acquisivit bibliotheca Berolinensis (Landberg 4).

CXLII. (Cod. 553 (1) Warn. fol. 1—79).

الجُمَل في النَّحْو auctore *Abu-'l-Qâsim* Abd-ar-Rahmân ibn-Ishâq *az-Zaddjâdjî* († 337), cum Commentario Abu-Mohammedis Abdallah ibn-Mohammed *ibn-as-Sîd*[1]) *al-Bataljusî*, qui anno 521 Valentiae mortuus est. Hujus Commentarii titulus, secundum H. Khal. (II, p. 628), qui illum omnium praestantissimum esse contendit, est "إصْلاح الخَلَل الواقع في الجُمَل" (*Errores in* al-Djomal *obvii emendati*); sed in fronte nostri Codicis tantum legitur: كتاب شرح جمل ابي القاسم الزجاجي للاستاذ ابي محمد عبد الله بن السيد البطليوسي. Libri vero initium est, ut H. Khal. dicit: الحمد لله الذى لم يتّخذ وليا, et in initio praefationis iste titulus commemoratur, quandoquidem ea sic incipit: سألتني سدّدك الله سهامك

1) Ex Ibn-Khallicân (I, p. ٣٧٤, ed. de Slane) et as-Sojutî (ابن السيد بكسر السين) patet, Weijersium (*Orient.* I, p. 343) minus recte Ibn-as-Saijid pronuntiasse.

الى اغـراض مطالبك، وانأف بـك عـلى اقاصـى آمالـك ومآربك» ايضاح معانى ابيات الجُمَل، واصلاح ما وقع فيه من الخلل». Ex iis quae sequuntur, partim ab H. Khal. descriptis, patet auctori propositum fuisse, non ut Commentarium in az-Zaddjâdjîi opus conscriberet (opus enim Ibn-as-Sîdi شرح vocant Arabum biographi et bibliographi), sed ut ea quae ab hoc grammatico minus bene dicta essent corrigeret. Saepe versus adducit et explicat, sed separata illa scriptio, qua versus in *al-Djomal* citatos Ibn-as-Sîd explicavit et de qua H. Khal. loquitur, in nostro Codice non invenitur. Possidet hoc opus Bibl. Escurialensis, n. 121, 2 et 295, prior Cod. est anonymus, sed secundus non Ibn-as-Sîd sed Ibn-Harîq habet auctorem. Cf. Derenb. Catal.

Codex antiquus est sed anni nota caret. In primo folio possessoris anni nota exstat 875.

CXLIII. (Cod. 406 Warn.)

Commentarius in idem opus, auctore Abu-'l-Hasan Alî ibn-Mohammed ibn-Mumin ibn-Osfur Hispalensi, qui anno 669 obiit (titulus in nostro Codice: كتاب فـيـه شـرح الجمل تصنيف الشيخ الاستاذ النحوى ابو (ابى [1]) الحسن عـلى بـن محمد بـن مومن بـن عصفور الاشبيلى الحضرمى رضى الله عنه). Praemissus est Index 146 capitum in quae opus divisum est.

Spissus hic Codex perspicue exaratus est anno 742, charactere Africano, nisi quod ق et ف more orientali scriptae sunt; quod inde forte explicandum est, quod librarius, ut subscriptio docet, erat Hispanus qui Meccae hunc Codicem scripsit.

Al-Djomal sine commentario exstat in Cod. Escur. 30 (1), 108 (1); Berol. (Landberg) 168 et cum variis Comment. (diversis a nostris) in Bibl. Paris. 1313 (1); Acad. Orient. Vindob. 60, qui certe Codex, ut *al-Djomal*, incipit a verbis اقسام الكلام ثـلـثـة;

1) Alia manus his subscripsit sequentia: وفـيـه مقدمة ابـن بابشاد عـلى انفرادها وفيه شرحها على التمام والكمال. Sed hoc opus nunc non amplius in Codice reperitur.

Escur. 31, 109; 400 (2), nunc 1867, probabiliter est Commentarius Ibn-as-Sîdi [1]); porro Constant. (Köprülü) 1462. Commentarius Ibn-Oçfuri exstat in Bibl. Ambros. n. 154.

Tres ultimae hujus Codicis paginae alia eaque incomta manu sunt exaratae. Excerptae sunt ex quodam Ibn-al-Djauzîi opere, titulum gerunt: فوائد من كلام ابن الجوزى رضى الله تعالى عنه, et sic incipiunt: الخطاب فى القران على خمسة عشر وجها خطاب عام الذى خلقكم وخطاب خاص اكفرتم وخطاب الجنس يايها الناس الخ. Deinde sequitur: من علوم الحديث لابن الجوزى ايضا; et primum quidem enumerantur كتّاب Prophetae, tum تسمية من جمع القران حفظا على عهد رسول الله صلعم; tum تسمية من كان يفتى على عهد رسول الله صلعم; tum منتخب من ذكر الاوائل (incipit ita: اول ما خلق الله القلم واول جبل وضع فى الارض ابو قبيس واول مسجد وضع المسجد الحرام الخ), et denique Index alphabeticus illorum qui praelio Bedr interfuerunt, qui tamen in media litera ع abrupte desinit, nam caetera desiderantur.

CXLIV. (Cod. 431 Warn.)

سِرّ الصِّنَاعَة auctore Abu-'l-Fath Otzmân *ibn-Djinnî* († 392). In nostro Codice titulus sic audit: سر الصّناعة لابن جنّى رحمه الله امين.

Spissus hic liber agit de literis alphabeti Arabici, at animadversione tamen dignissimus est, nam permulta continet quae in eo fortasse non quaereres: disputationes e. g. egregias de particulis, et permultos poëtarum versus. Ut autem lector de eo judicare possit, adscribo breve caput de litera ض (fol. 30 v.):

حرف الضاد الضاد حرف مجهور وهو آخر الحروف المستعلية وقد

1) Hic Cod. nondum descriptus est in Cat. Derenbourg. Cf. Avant-propos XIX.

تقدّم ذكرُها انفًا ويكون أَصْلًا لا بدلا ولا زائدا واذا كان اصلا وقع فاءً وعينا ولاما فالفاء نحو ضِعْف وضَفَزَ والعين نحو حِضْنٍ وحَضَنَ واللام نحو خَفْض وربَض فاما قولهم تَضنَض لسانَه ونَضْنَضه اذا حركه فاصلان وليست الضاد اخت الصاد فتُبدل منها واخبرنى ابو على برفعه الى الاصمعىّ قال حدّثنا عيسى بن عمر قال سألْتُ ذا الرُّمّة عن النضناض فاخرج لسانَه وحرّكه وانشد

تَبيتُ الحيّةُ النضْناضُ منه   مكانَ الحِبِّ يَسْتَمِعُ السِّرارا

وقرات عليه باسناده قال قال اللحيانىُّ سمعتُ ابا زيد يقول تَضَوَّك فى خَرْئِه قال وسمعتُ الاصمعىّ يقول تصوَّك وهذان ايضا اصلان حتى تقوم الدلالة على قلب احدهما عن صاحبه وقد تقدّم ذكرُ قانون هذا وكيف ينبغى ان يكون العملُ فيه واما قول الشاعر

انّ شَكْلِى وانّ شَكْلَكِ شَتّى   فالزَمِى الخُصَّ[1] واخفضى تَبْيَضِضّى

فانه اراد تَبْيَضِّى فزاد ضادا ضرورةً لاقامة الوزن واعلم ان الضاد واحدة من خمسة احرف يُدْغَم فيهن ما قاربهنّ ولا يُدْغَمْن هُنّ فيما قاربهنّ وهى الراء والشين والضاد والميم والعين ويجمعها فى اللفظ ضُمَّ شَعَرْ ومنهم من يُخْرِجُ الضاد من هذه الخمسة ويقول قد أَدْغَموا الضاد فى الطاء فى بعض اللغات فقالوا فى اضْطَجَعَ اطَّجَعَ وهذه لُغَةٌ شاذّة وتُجْمَعُ الاربعةُ الأَحْرُفُ الباقيةُ فتقول هى مَشْعَرٌ والقول الاول عليه العَمَلُ واعلمْ ان الضاد للعرب خاصّة ولا تُوجَدُ فى كلام العَجَم الّا فى القليل فاما قول المُتَنَبِّى

وبهم فخرُ كُلِّ[2] من نَطَقَ الضا   دَ وعَوْذُ الجانى وغَوْثُ الطَّريد

1) In textu est فالزم البيت, sed in margine ut edidi. Pro واخفضى alii, ut est in margine, legunt واقعدى.

2) Addidi كل; cf. ed. Dieterici p. ٣٥ vs. ٣٣.

فذهب فيه الى انها للعرب خاصّةً ولا يُعترض مثله على اصحابنا وقد ذكرتُ هذا فى كتابنا فى تفسير شعره واما قول الشاعر

الى الله اشكو من خَليلٍ أَوَدُّه ثَلٰثَ خِصالٍ كلُّها بِىَ[1] غائضُ

فقالوا اراد غائظ فابدل الظاء صادا ويجوز عندى ان يكون غائض غير بدل ولكنه من غاضَه اى نقصه ويكون معناه انه ينقُصنى ويتهضّمنى.

Hic nitidus Codex charactere Africano exaratus est anno 575 in usum proprium ab Abd-ar-Rahmân ibn-Ammâr ibn-Djozai (? حرى), multisque vocalibus est instructus [2]). Alia exempl. servantur in Bibl. Paris. (1294); Palat. Medic. (360) et Köprülü 1369.

CXLV. (Cod. 1071 (3) Warn. fol. 135—158).

عِلَلُ ٱلتَّثْنِيَةِ auctore eodem Ibn-Djinnî.

Agit hic libellus de numero duali, et sine doxologia sic incipit: اعلمْ ان الالف زِيدَتْ فى الاسم المثنّى علمًا للتثنية وذلك قولك رجلان وفرسان وزيدان واختلف الناس من الفريقين فى هذه الالف ما هى من الكلمة.

Nitidus hic Codex unicus in Europa videtur. Multis vocalibus instructus et anno 600 exaratus est. In titulo legimus نُقِلَ من خَطّ كمال الدين ابى محمد عبد الرحمن بن صالح بن عمار بن عربد الثعلبى النحوى اللغوى ابقاه الله تعالى.

CXLVI. (Cod. 1760 = Amîn 25).

مُخْتَصَرُ التَّصْرِيفِ المُلُوكِىّ auctore eodem *Ibn-Djinnî*, de quo

1) Altera lectio خلال كلها لى in margine notata est.

2) Primam korrasam i. e. 6 folia recentior manus et quidem, ut legimus in fronte Codicis, كمال الدين بن الهمام supplevit, qui vir anno 861 diem supremum obiit.

tractatu cf. H. Khal. II, 304, ubi vocabulum مختصر omissum est. Opusculum, 21 folia implens, hoc titulo innotuisse videtur quia regi cuidam dedicatum erat, sed proprie nomen habuit جمل من اصول التصريف, ut auctor in exordio dicit, cf. *Fihrist* ٨٧, 9, Flügel, *Gramm. Schul.* 248 seqq. In fine sequentia annotantur: ومعروض et: عارض به اصلا بخط القاسانى النحوى ابن الخيام كاتبه على اصل بخط ابى منصور الجواليقى. Ceterum de hoc libello conferenda est dissertatio G. Hoberg c. t. »*Ibn Ginnîi de flexione libellus, arabice nunc primum edidit in latinum sermonem transtulit notis illustravit G. Hoberg.* Lipsiae 1885. Codex unicus ad saeculum V referendus est.

CXLVII. (Cod. 235 (1) Scal. fol. 1—66).

المُقَدِّمَة auctore Abu-'l-Hasan Tâhir ibn-Ahmed *ibn-Bâbaschâd* († 469).

Liber in decem *façlos* distributus est: ١ فصل الاسم ٢ فصل الفعل ٣ فصل الحرف ٤ فصل الرفع ٥ فصل النصب ٦ فصل الجر ٧ فصل الجزم ٨ فصل العامل ٩ فصل التابع ١٠ فصل الخطّ.

Codex incomta manu Africana exaratus est, et in fine hujus operis Ibn-Bâbaschâdi haec legitur subscriptio: تمت هذا الكتاب فى النحو يوم الاحد ثلاثين يوما من شهر ينيرى عام الف وتسعة عشرة وخمسمائة عملته للكردانل لاغنتة أجدية, ex quibus barbaris verbis patet, Codicem scriptum esse in usum Cardinalis Legati Egidio (?), et absolutum esse die Solis, trigesimo mensis Januarii anni 1519. (Cf. infra, n. CCV subscriptio hujus Codicis partis qua *al-Adjorrumîjah* continetur).

In fine Codicis fol. 84 et 85 initium ejusdem libelli iterum exstat.

Cf. Weijers, *Orient.* I, p. 333 sq.

Alia exemplaria: Berol. (Landberg) 5, 261; Vatic. 323, 342, 343; Escur. 1822 (2).

CXLVIII. (Cod. 2226 = Amîn 508).

شَرْحُ مُقَدِّمَة ابن بابشاد auctore ipso *Ibn-Bâbaschâd*. Cf. H. Khal. VI, 70. Quum hujus Commentarii aliud exemplar mihi non innotuerit describam praefationem: قال الشيخ الامام ابو الحسن طاهر ابن احمد بن ...... النحوى رحمة اما بعد حمد الله بجميع المحامد والتوكّل عليه فى كلّ المصادر والموارد والصلوة على نبيّه محمد خاتم النبيين وعلى اله واصحابه الابرار (indist.) المتّقين والسلام عليهم اجمعين فان للمقصد حرمة ماثورة ونيّة مشكورة مبرورة ولما كنت ايها الاخ ابا القاسم عبد الرحمن بن ابى بكر بن ابى سعيد ادام الله توفيقك وارشادك وجعل من السعادة فى الدين والدنيا والعلم .....ك وامدادك قد اطلعتنى على حالك وذكرت انك لم تسافر من الاسكندريّة مع قُرْب توجُّهِ سَفَرِك الى مقرّك الا لتحصّل ما امكن من هذا العلم وانّ اقرب ذلك قراءة المقدّمة الموسومة بهذا الشان وايثارك تعليق شرحها مختصرا لتنال من ذلك بلغةً الى حين عودتك بمشيّة الله وعونه فنشرع فى التنجّز لهذا الشان بح..... ما يؤدّيك اليه اجتهادك والله معينك فى ذلك وموفقك اجبتك سوالك ايجابة مثلى لمثلك فى مقصدك وابتغاء لمرضات الله سبحانه ورحمته والله ...... للصواب. Commentarius generis mixti est, sed minime integer ad nos pervenit, nam quum post longam laborem folia, quae misere inter se permixta erant secundum ordinem libri, quantum potui — nam deerant qui dicuntur foliorum custodes — redegissem, vidi non tantum in fine sed etiam in medio libro nonnulla sed pauca interiisse.

Codex aqua laesus est, ceteroquin autem antiquus et bonae notae. Supersunt folia 103.

CXLIX. (Cod. 924 (3) Warn. fol. 47—52).

الْعَوَامِلُ ٱلْمِائَةُ (vel كتاب مئة عامل) auctore Abu-Bekr Abd-al-Qâhir *al-Djordjânî* († 471).

Codex anni nota caret.

CL. (Cod. 301*a* (2) Warn. fol. 137—140).

Idem libellus cum glossis. Codex scriptus est anno 797.

CLI. (Cod. 948 (3) Warn. fol. 62 v.—69).

Idem libellus. Initio tantum sat multae additae sunt glossae, scriptusque est hic Codex anno 995.

CLII. (Cod. 266 (2) fol. 30 v.—37).

Idem libellus.
Codex exaratus in pessima charta Indica olim e libris T. Roordae.

CLIII. (Cod. 1699 (1) fol. 1—15).

Idem libellus.
De Codice Delphis huc translato idem valet ac de praecedente.
Hic libellus, jam saepius editus, frequens est in bibliothecis.
Exemplar de quo in Catalogo anni 1720 (n. 1314) sermo fit (Cod. 642) jam Reiskii tempore deerat.

CLIV. (Cod. 248 (3) Scal. fol. 14—93).

إِعْرَابُ ٱلْعَوَامِلِ Commentarius in al-Djordjânîi opusculum, qui unice in analysi verborum (non item in sensu eorum explicando

versatur, et sic incipit: الحمد لله القوىّ الذى عجزتْ عن إدْراك كُنْهه عقول العقلاء الخ. Hujus Commentarii auctor etiam H. Khal. incognitus fuisse videtur. (Cf. Weijers, *Orient.* I, p. 341).

Codex scriptus est anno 935.

Alia exempl. Monac. 762, 763.

CLV. (Cod. 266 (4) fol. 66—96).

Commentarius incerti auctoris in idem opusculum, idem qui describitur Cat. Cod. Orient. Bibl. Acad. Reg. Scient. p. 21, num. XI, 6, Cat. Bibl. Soc. Bat. n. 156 (12).

De Codice vide supra ad num. CLII.

CLVI. (Cod. 1699 (3) fol. 50—81).

Idem commentarius anonymus in idem opusculum.

De Codice vide supra ad num. CLIII.

CLVII. (Cod. 2232 (1) fol. 1—34 = Amîn 514).

مُلْحَةُ الإعْراب, auctore *al-Harîrî* † 515. Carmen grammatici argumenti de quo vide de Sacy, *Anth. Gramm.* p. ١٣٥—١٥١.

Codices fere in quavis bibliotheca exstant, noster anno 1101 bene exaratus est et hic illic glossematibus illustratus.

CLVIII. (Cod. 2232 (2) fol. 35—131 = Amîn 514).

Commentarius in carmen praecedens ab ipso auctore, cujus exemplaria alia habes: Cod. Berol. (Ahlwardt) 292—294; Monac. 691 (1); Petropol. 188; Mus. Brit. 520 (8); Bodl. (Uri) 1140 (2); Nicoll 214); Soc. Zeel. 102[b] (8) etc.

Codex hic sordidus in scholis agitatus est et probabiliter saeculo circiter duodecimo exaratus est minime eleganter.

CLIX. (Cod. 2232 (3) fol. 132—229 = Amîn 514).

«تُحْفَةُ الأَحْبابِ، وطُرْفَةُ الأَصْحابِ، فى شَرْحِ مُلْحَةِ الإِعْرابِ» sive alius commentarius ex praecedente excerptus auctore Djamâl-ad-dîn Mohammed ibn-Omar Baharaq (بحرق) al-Hadhramî qui vixit saeculo decimo.

Liber anno 1300 Cahirae typis expressus est (Brill 405) sed apographa in Europa satis rara videntur. Commentarius Ibn-Mâliki exstat Berol. (Ahlw.) 295; Goth. 229 (2); alius Escur. 121 (1).

Codex noster exaratus est anno 1111.

CLX. (Cod. 2231 = Amîn 513).

«كَشْفُ النِّقابِ، عن مُخَدَّراتِ مُلْحَةِ الإِعْرابِ» auctore *al-Fâkihî*, qui quum probabiliter idem sit cujus mentionem invenimus apud H. Khal. IV, 563 (vide quoque infra s. num. CCXVI) per prius dimidium saeculi decimi vixit. Nomen ejus tantum in fronte Codicis legitur simpliciter الفاكهى. Hic commentarius H. Khal. ignotus fuisse videtur, nec illum in ullo alio libro laudatum vidi. Initium: سبحانك لا احصى ثناء عليك انت كما اثنيت على نفسك واصلى واسلم على محمد افضل من خصصته بروح قدسك.

Codex anno 1053 [1]) satis bene exaratus est manu حسين بن (sic) احمد بن صالح الخلال اليوسفى الحيمى in urbe Sana. Passim leguntur annotationes interlineares vel marginales grammatici argumenti. Textus carminis rubro adscriptus est.

CLXI. (Cod. 2383 = Amîn 513 bis).

Hic Codex, cujus nulla mentio est in catalogo Landberg, continet alterum exemplar ejusdem commentarii, quem modo descripsi. Auctor in fronte hujus Codicis nominatur Abdallah ibn-Ahmed al-Fâkihî. In fine dua folia sunt in quibus nonnulla poëmata a Jemanensibus pacta leguntur.

Apographon recens est anno 1220 factum.

1) Male Landberg 1153.

CLXII. (Cod. 802 (1) Warn. fol. 1—16 r.)

Explicatio *versuum*, qui occurrunt in libro quem Ahmed ibn-Mohammed al-Maidânî († 518) de syntaxi scripserat sub titulo الهادى للشادى; quam explicationem anonymus probabiliter ipse auctor se composuisse dicit rogante et incitante viro sibi caro et honorato. Brevis praefatio sic audit: اما بعد حمد الله تعالى على الائه[1]، والصلوة على سيد انبيائه، فقد طلبَ الىّ بعض الأعزّة علىّ، أنْ يَقَعَ لابياتِ كتاب الهادى للشادى، شَرْحٌ يَشْفى غُلّةَ الصَّدِيم الصادى، وقدما كنتُ اطالَب به والزمان يدافع، (Cod. علة) حتى فاز بنيل المرام هذا الشافع، ابقاه الله لاهل الفضل ذريعةً الى تحصيل مرادهم، ولذوى الادب وسيلةً الى تسهيل مرتادهم، ما اختلف الليل والنهار، والشقائق والبهار، بمنّه وكرمه.

Cf. Weijers in *Orient.* I, p. 371 ann.; Ind. Off. 1027 (1).

Codex scriptus est anno 692. Aliud hujus operis exemplar, Cod. Bodl. (Uri) 1067 (2) sic inscribitur: شرح كتاب الهادى للشادى من تاليف الشيخ الامام الاجلّ السيد صدر الافاضل احمد بن محمد الميدانى شكر الله سعيه. Lector in margine haec adnotavit: الهادى فى علم الصرف هو للامام الميدانى وهذه النسخة شرح لابيات ذلك الكتاب لمصنفه وللامام الزنجانى فى الصرف كتاب مسمى بالهادى وقد شرحه مؤلفه وسماه بالكافى. Anno 654 hic Codex est exaratus.

CLXIII. (Cod. 2240 = Amîn 522).

Continet hic Codex duos tractatus, quorum prior praemissis verbis: قال ابو الفضل احمد بن محمد الميدانى اعلم الخ agit de plu-

---

1) *Propter ejus beneficia.* Sic recte in Codice. الآية, ut dedit Weijers (*Orient.* I, 371) sensum et homoeoteleuton pessumdat.

rali numero formando in nominibus, alter (fol. 7 incipiens) de regimine vocabulorum hoc exordium habens: فى الحروف التى تجر الاسما وهى سبعة عشر نحو الخ. sine titulo vel nomine auctoris. Probabiliter *al-Maidânî* auctor amborum est.

Totus Cod. 9 tantum foliis constat. Aliud exemplar mihi non innotuit.

CLXIV. (Cod. 553 (2) Warn. fol. 80—152).

Scholia quae ipse *az-Zamakhscharî* († 538) scripsit ad explicationem nonnullorum locorum operis sui de syntaxi nomine المُفَصَّل post iteratam editionem Broch notissimi. H. Khal., ut jam monuit Weijers (*Orient.* I, p. 344), sine dubio de hoc libro loquitur, ubi, postquam de *al-Anmudadj* (de quo mox) locutus est, ait: وله فى بعض مشكلات المفصل كتاب اخر. Codex noster sic incipit post *bismillam*: هذه حواشى ذكرها جار الله العلامة ابو القسم محمود بن عمر الزمخشرى رحمه الله على مواضع من كتابه المعروف بالمُفَصَّل فى بيان مشكلها.

ما ذُكر منها على الخطبة

قوله اللهَ أَحْمَدُ بدأً بالاسم (var. l. in marg. بالاهمّ) ولم يذكر الفعل ولو قال احمَدُ الله لكان خيرا الخ.

Codex noster septimo saeculo scriptus videtur, sed anni nota caret.

Ipsum *al-Mofaççal* exstat in Bibl. Paris. (Flügel, *Wien. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 57, n. 33)); Mus. Brit. 482, 483, 1031; Bodl. (Nic. 179, 224 cum variorum notis); Caes. Vind. 154; Berol. (Sprenger) 1010; Goth. 222; Lips. (Ref. § 3) 204; Monac. 692; Palat. (439); Bonon. 260, 261; Escur. 176, 177.

CLXV. (Cod. 1913 = Amîn 184).

المُفَصَّل فى شَرْح المُفَصَّل auctore Alam-ad-dîn Abu-'l-Hasan Alî ibn-Mohammed ibn-Abd-aç-Çamad *as-Sakhâwî* († 643). Cf. H. Khal. VI, 39; Ibn-Khallikân ed. Wüstenfeld n. 4 ubi hic commen-

tarius eidem adscribitur invito Cod. Escurial n. 61. (Derenbourg I, p. 39). Secundum inscriptionem sexta pars hoc Codice offertur, qui incipit a p. ١٣٩, 6 in edit. II Broch et explicit in explicandis verbis, quae leguntur in eadem editione p. ١٩٣ l. 7. Codex textum admixtum habet, explicationi praemittitur litera ش. Quod secundum H. Khal. hic commentarius quatuor voluminibus constat, quum hocce volumen idque minime ultimum sextum dicatur nihil facit, quum ignoremus quantum singula volumina continuerint. Nullus dubito quin Cod. Escur. n. 61 ad idem opus pertineat et falso kâdhîo Kamâl-ad-dîn Abd-al-Wâhid ibn-Abd-al-Karîm ibn-Khalaf al-Ançârî († 651) attributus sit.

Codicem vivo auctore exaravit: احمد بن مزاحم بن سلدوس (?) الابهرى a. H. 633.

CLXVI. (Cod. 2087 = Amîn 364).

شرح شواهد المفصّل sine nomine auctoris. H. Khal. VI, 40 plures libros enumerat in quibus versus probantes in libro المفصل obvii explicantur, sed quisnam eorum auctor hujus Codicis sit nescio. Initium est: الحمد لله الذى فضّل الانسان بفضيلة البيان الخ.

Codex caret subscriptione.

CLXVII. (Cod. 748 Warn.)

الأُنْمُوذَج auctore az-Zamakhscharî. Codex titulo quidem destitutus est, sed illum revera *al-Anmudadj* continere, patet cum aliunde, tum ex collatione tertii (i. e. ultimi) capitis (de particulis; primum autem agit de nominibus, secundum de verbis) cum textu in de Sacyi *Anthol. gramm. arabe*, p. ٩٩ sqq. Editum est hoc opusculum Constantinopoli anno 1298.

Codex mendis scatet, sed quo anno scriptus sit non traditur. Hidjrae saeculo undecimo in Persia exaratus videtur.

Alia exemplaria: Goth. 223; Berol. (Landberg) 743 (2); Petrop. 196 (1); Mus. As. Petrop.; Esc. 178 (2).

CLXVIII. (Cod. 1046 Warn.)

Incerti auctoris Commentarius in *al-Anmudadj* (in Codice titulus est: هذا شرح الانموذج) diversus ab al-Ardabîlîi Commentario. Incipit hoc modo: الحمد لله الذى فضّل كلامَ العرب على سائر الكلام، ونزّل النحو فيه منزلةَ الملح فى الطعام، وجعله مفتاحًا لعلوم الشرع والاسلام، ومصباحا لاستنباط المعانى والاحكام، والصلوة على رسوله محمد سيد الانام، وعلى آله واصحابه مرّ الليالى والايام، وبعد فانّ طائفة من الائمّه، بايديهم مِنْ قيدِ العلوم ازمّه، طلبوا مِنّى لما بهم من الارب، الى انموذج شيخ العرب، ان انظم لهم فرائده، وانثر عليهم فوائده، فاستقلْتُهم من هذه المقامه، حذرَ الاستهدافِ للملامه، لِما ظهر فى هذا العصر من الفَسَاد، من قلّةِ النُّقّاد، وكثرةِ الحُسّاد، وعودِ سوقِ الفضل الى الكساد، فلما لم يقبلوا كلامى، ولا حقّقوا مرامى، اجَبْتُهم الى مسؤلهم، واسعفْتُهم بتحصيل مأمولهم، فشرعتُ فيه مستعينا، وكفى بالله معينا.

قال جار الله الكلمة مفرد قالَ رضى الله عنه كشف هذا الكلام ان يقال فى اصطلاح اهل النحو الخ.

Antiquus et multis glossis instructus Codex, sed non absolutus, nam in fine folia quaedam vacua relicta sunt. Desinit in explicatione verborum quae adducuntur in de Sacyi *Anthol. gramm. arabe*, p. ١٠١, vs. 7.

Sat multa exemplaria exstant in Europa Commentarii al-Ardabîlîi, nempe in Bibl. Paris. 1287 et 1313; Mus. Brit. 1519; Acad. Reg. Scient. 19 (3); Caes. Vindob. 156, 157, 158; Acad. Or. Vindob. 45 (2 exempl.); Monac. 694; Goth. 224, 225, 226; Lips. (Refâij § 3) 73, 207; Berol. (Wetzst.) 75; Caes. Petrop. 196 (2); Mus. Asiat. Petrop.; Kasan 123—126; Palat. 380; Escur. 178 (1); Med. Laur. 380; Bonon. 341 (1). In Bibl. Caes. Petr.

etiam exstat Commentarius al-Barda'ii (البردعى) i. e. Sa'd-ad-dîn [1]) Ms. Petr. 197 (1); Rosen, Man. Ar. n. 129; Caes. Vindob. 155; Berol. (Sprenger) 1011, 1012, 1013.

CLXIX. (Cod. 564 Warn.)

الانْصَاف، فِى مَسَائِل ٱلْخِلَاف« بَيْنَ ٱلنَّحْوِيِّين، البَصْرِيِّين وَٱلْكُوفِيِّين«

auctore Kamâl-ad-dîn Abu-'l-Barakât Abd-ar-rahmân ibn-Mohammed (ibn-Obaidallah) ibn-abî-Sa'îd vulgo *Ibn-al-Anbârî* († 577), qui, ut ipse in praefatione tradit, hunc librum scripsit rogatu discipulorum suorum in Academia an-Nitzâmîja, ut eodem ordine qui observatus est in Quaestionibus controversis inter as-Schâfi'îum et Abu-Hanîfam, explicaret et sine partium studio dijudicaret quaestiones controversas inter grammaticos scholae Baçrensis et scholae Cufensis (واعتمدتُ فى النصرة على ما اذهب اليه من مذهب اهل الكوفة والبصرة على سبيل الانْصاف، لا التعصّب والاسْراف«). Vid. porro Kosut, *Fünf Streitfragen der Basrenser und Kûfenser* (Wien 1878), qui in introductione ad excerpta e nostro Codice quae edidit de auctore ejusque operibus paucis egit.

Noster Codex scriptus est anno 617. Alius reperitur in Bibl. Escur. n. 119.

CLXX. (Cod. 1071 (2) Warn. fol. 74—133).

لُمَعُ ٱلأَدِلَّة فِى أُصُول ٱلنَّحْو auctore eodem *Ibn-al-Anbârî.*

Brevis praefatio, post *bismillam*, haec est: اما بعد فان جماعة من اهل الفضل والاستبصار سألونى بعد ابتكار كتاب الانصاف فى مسائل الخلاف وكتاب الاغراب فى جدل الاعراب ان اعزز لهم بكتاب ثالث فى الابتكار يشتمل على علم اصول النحو المفتقر اليه غاية

1) Sa'd ad-dîn eundem esse ac al-Barda'î patet e descriptione Codicum in catalogis h. l. laudatis.

الافتقار، ليكون اول ما صُنِّف فى هذه الصناعة الواجبة الاعتبار،
فاجَبْتُهم على وفق طلبتهم فى ثلثين فصلا على غاية من الاختصار،
فالله تعالى ينفع به انّه جواد غفّار».

Sequitur index triginta capitum in quae liber divisus est. Ut vero pateat quid vox أَدِلَّة in titulo significet, adscribo initium capitis primi (فى معنى اصول النحو وفائدته): اعلمْ ان اصول النحو هى ادلّة النحو التى تفرّعت عنها فروعه وفصوله كما ان معنى اصول الفقه ادلّةُ الفقه التى تفرعت عنها جُمْلَتُه.

Reliquorum capitum inscriptiones hae sunt:

2 فى اقسام ادلة النحو; 3 فى النقل; 4 فى انقسام النقل; 5 فى شرط نقل التواتُر; 6 فى شرط الاحاد; 7 فى قبول نقل اهل الاهواء; 8 فى قبول المُرْسَل والمجهول; 9 فى جواز الاجازة; 10 فى القياس; 11 فى الردّ على من انكر القياس; 12 فى حلّ شُبَه تورَد على القياس; 13 فى انقسام القياس; 14 فى قياس العلّة; 15 فى قياس الشَّبَه; 16 فى قياس الطَّرْد; 17 فى العلّة; 18 فى كون الطرد شرطا فى العلّة; 19 فى كون العكس شرطا فى العلة; 20 فى جواز تعليل الحكم بعلتين فصاعدا; 21 فى اثبات الحكم فى محلّ النقل بما ذا يثبت بالنقل ام بالعلة; 22 فى ابراز الاحالة والمناسبة عند المطالبة; 23 فى الاصل الذى يُرَدُّ اليه الفرع اذا كان مختلفا فيه; 24 فى الحاق الوصف بالعلة مع عدم الاحالة; 25 فى ذكر ما يلحق بالقياس ويتفرع عليه من وجوه الاستدلال; 26 فى المعارضة; 27 فى معارضة النقل بالنقل; 28 فى الاستحسان; 29 فى استصحاب الحال; 30 فى معارضة القياس بالقياس; فى الاستدلال بعدم الدليل فى الشىء على نَفْيه.

H. Khal. opus bis memorat: V, 335 ubi لمعة pro لمع et III, 619, ubi idem in سمع corruptum est.

Nitidum hoc et multis vocalibus instructum exemplar unicum in Europa videtur. Scriptum est anno 600.

CLXXI. (Cod. 1750 = Amîn 15).

عمدة الأدباء، في معرفة ما يكتب بالألف والياء» eodem Ibn-al-Anbârî auctore [1]). Cf. H. Khal. IV, 256. Sunt duo folia ante aliquot annos descripta.

Aliud exemplar mihi non innotuit.

CLXXII. (Cod. 948 (2) Warn. fol. 42—62).

المصباح في النحو auctore *al-Motarrizî* († 610). Liber jam editus. Codex scriptus est anno 995.

CLXXIII. (Cod. 924 (2) Warn. fol. 29—46).

Idem liber. Hic Codex anni nota caret.

CLXXIV. (Cod. 266 (5) fol. 97—146).

Tertium exemplar.
De Cod. vide supra ad num. LX.

CLXXV. (Cod. 626 Warn.)

الضوء, Commentarius ad praecedens opus, auctore Tâdj-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ibn-Ahmed *al-Isfarâinî*, qui etiam *al-Lobâb* scripsit (n. CXCVIII). De hoc grammatico nullibi articulum invenit as-Sojuti; in Catal. Bibl. Palat. (n. 379) legitur, eum hunc Commentarium anno 684 absolvisse sed secundum von Rosen, *Catal. Bonon.* n. 264, jam anno 674 mortuus est.

Nullibi quidem titulus vel nomen auctoris in nostro Codice

1) Perperam in inscriptione Codicis appellatur Scharaf-ad-dîn.

comparet, sed collato Codicis initio cum primis verbis Codicis Gothani n. 238 res omni dubio vacat. Introductio quae in Cod. Goth. 237 et in Cod. Lips. 24 invenitur in hoc ut in plerisque Codicibus desideratur. Cf. Pertsch, Cat. ad num. 237, ubi cetera exemplaria enumerantur. Addi potest: Ind. Off. 891, 892, Bonon. 264, 265 (1), 266—274; Palat. 379 etc. Anno 1850 in urbe Lakhnau editio libri prodiit.

In margine hujus Codicis complures exstant glossae, sed in priore tantum ejus parte. Scriptus est anno 964.

CLXXVI. (Cod. 644 Warn. fol. 120 v.—124 v.)

Initium Commentarii ad *al-Miçbâh*, qui, ut ex praefatione apparet, inscriptus est «الافصاح، عن انوار المصباح». Hujus Commentarii H. Khal. mentionem fecit (s. v. المصباح), addens ejus initium esse الحمد لله الذى جعل لكل مساء صباحا, quod revera est initium nostri operis. Nomen autem auctoris neque ab eo indicatum est, neque e nostro Codice comparet.

Ex praefatione apparet, auctorem hunc Commentarium composuisse rogantibus duobus filiis quibus *al-Miçbâh* explicuerat. Multa tradiderat quae in Commentariis الضوء et الافتتاح [1]) dictis, non occurrunt; quapropter petierunt duo illi filii ut novo Commentario librum *al-Miçbâh* illustraret.

Sunt septem tantum paginae; ultima verba sunt: محصل غرضك اللكي وهو لزوم القيام, et custos paginae est لزيد. Ut recte observavit Loth (Cat. Ind. Off. ad num. 893, ann. 1) nulla certa ratio intercedit inter hoc opus et illud quod Codice Londinensi aliisque cum inscriptione انوار continetur.

1) Hic Comment. reperitur in Acad. Orient. Vind. n. 49; in B. Monac. n. 11; in Mus. Asiat. Petrop.; Goth. 248; Berl. (Wetzst.) 77, (Sprenger) 1079 (Landberg) 32; Escur. 175; Rosen, Manuscr. ar. 139 (2); Bonon. 277 (2)—281 etc.

CLXXVII. (Cod. 1294 (13) Schult. fol. 153—155).

Fragmentum operis تلقين فى النحو cujus auctor est Mohibb-ad-dîn Abu-'l-Baqâ Abdallah ibn-al-Hosain al-Okbarî († 616). Sunt 4 pagg. Sequuntur usque ad fol. 181 multa aphorismata et fragmenta quae nullam separatam mentionem merentur.

CLXXVIII. (Cod. 1911 = Amîn 182).

«التَّعْلِيقَاتُ الوَفِيَّة، بِشَرْحِ الدُّرَّة الأَلْفِيَّة» sive Commentarius in carmen grammaticum الدرّة الالفيّة dictum quod composuit *Ibn-al-Mo'tî* († 628) (Cf. H. Khal. I, 414, n. 1144) auctore Mohammed ibn-Ahmed al-Andalosî al-Bakrî *as-Scharîschî* († 685). Est spissum volumen cujus autem priora folia perierunt, duae *korrasae* ut videtur, restant jam 264 folia. Auctor in subscriptione sequentia monet: نجز الشرح بعون الله وتوفيقه وسمّيته — لانه كان تعليقات متفرّقة كنت علّقتها عند قراءة الدرّة علىّ واملتها فلما وقف عليها الشيخ الامام العلّامة مفيد الطلبة شيخ القراءة عمدة الفقهاء قدوة الفضلاء بدر الدين ابو عبد الله محمد بن ايُّوب بن عبد القاهر ايّده الله اشار علىّ بتاليفها وجمعها وترتيبها على الابواب ليقف عليها من عنى بها ويستفيد منها من رغب فيها فاجبت اشارته لانى رايته قد ندب الى مصلحة عاجلة ومثوبة آجلة والّفتها فجاء منها هذا المجموع وقد قرأه الشيخ بدر الدين علىّ جميعه وكتبه بخطّه قراءة بحث وتحقيق وسؤال عن غوامضه وتدقيق وربّما نبّه عند القراءة على شىء يحتاج الى التكميل فكمّلته او الى الاصلاح فاصلحته فكملت الفائدة باشارته وقراءته اثابه الله الجنّة بمنّه وقد بقى فيه من الابيات الشواهد ابيات لم اكن على وثوق من صحّتها حين وضعتها فعلّمت عليها وجعلتها فى مهلة النظر حتى اصحّحها ان شاء الله فمن وقف

على شيء منها وعنده علم بصوابه فقد اذنت له فى اصلاحه دسانا (sic) على ذلك ان شاء الله فان الغرض حصول الفائدة والمعونة على العلم نفع الله به. Sequitur annotatio qua docemur hoc apographon absolutum esse anno 724. Codex charactere naskhi exaratus est. Badr-ad-dîn de quo hic sermo est, sec. H. Khal. V, 443 obiit anno 705 [1]).

Alia exemplaria operis Ibn al-Mo'tîi cum variis commentariis: Ms. Bodl. n. 1201, 1209 (Uri) 209 (Nic.); Ms. Ambros. n. 144 (n. 145?); Ms. Cid Hammouda p. 16; Ms. Berol. n. 415 (Ahlwardt) Cf. Sprenger 1014; Ms. Esc. n. 9, 22, 23, 195 (3).

CLXXIX. (Cod. 2238 = Amîn 520).

Liber ab initio (prima korrasa deest) et fine mutilus, qui in margine inscribitur: شرح الفصول فى النحو et igitur commentarium continet in librum ab H. Khal. IV, 439 laudatum s. t. فصول خمسين auctore eodem *Ibn-al-Mo'tî*, cujus divisionem vide apud Nicoll, Cat. Bodl. II, 203, nr 247, 3. Auctorem commentarii fuisse Djamâl-ad-dîn Abu-Mohammed Hosain *ibn-Ajâz* († 681) putavit Schaikh Amîn, quod satis probabile videtur, quum hic Commentarius apud populares auctoris magna fama fruitus sit. Alia exemplaria asservantur Oxonii et describuntur ab Uri n. 1079, 1097. Alium Commentarium in idem opus vide apud Aumer Cat. Monac. n. 703. Solum textum exhibet Berol. (Landberg) 260.

CLXXX. (Cod. 1922 = Amîn 194).

"تُحْفَةُ المُعْرِب، وطُرْفَةُ المُغْرِب" auctore Abd-al-Mon'im ibn-Çâlih ibn-Ahmed ibn-Mohammed at-Taimî. H. Khal. sub n. 2669 (II, 240) nil nisi primam partem tituli memorat, neque in Catalogis

---

1) Amîn in margine notavit قوله محمد بن ايوب هذا الرجل شرح الفية ابن معطى ايضا وتوفى سنة ٧٢٨ والظاهر ان هذه النسخة بخطه.

hujus libri mentionem inveni. Ejus scopus autem optime cognoscitur ex verbis quibus auctor ipse illius rationem reddidit quae h. l. describam: اما بعد حمد الله على آلايه، والصلوة على سيدنا محمد خير انبيائه» فانى الّفتُ هذا الكتاب ابوابا واودعتُ كل باب منها آيةً من آيات الكتاب الكريم، وبيتا من ابيات الشعر المحدث والقديم» ومسئلة من المسائل النحويّة، ومَثَلا من الامثال العربيّة» او كناية اخترعها كانى، او بيتا من ابيات المعانى» وختمته بباب، يشتمل على ابياتِ نوادر مشكلة الاعراب» ولم اودعه الّا ما ارتضاه الاختبار، واقتضاه الاختيار» وهانا اشرع فى ذكر الابواب، والله تعالى الموفّق للصواب».

Quod ad aetatem auctoris attinet nescio quid sibi voluerit Landberg cum releget lectorem ad Abu-Makhramam vel ad Catalog. Mus. Brit., ubi locis laudatis prorsus alia nomina occurrunt. Hoc tantum constat eum vixisse ante annum 685 nam eo anno Codex noster charactere naskhi perspicue exaratus est.

CLXXXI. (Cod. 948 (1) Warn. fol. 12—40).

الكافيةُ auctore Djamâl-ad-dîn Abu-Amr Otzmân ibn-Omar ibn-abî-Bakr ibn-Junos, vulgo *Ibn-al-Hâdjib* dicto († 646).

Hujus libelli multa exemplaria in omnibus fere Europaeis Bibliothecis exstant, et jam saepius editus est.

Codex ineleganter scriptus est anno 996.

CLXXXII. (Cod. 924 (1) Warn. fol. 1—28).

Idem libellus, satis nitide exaratus, sine anni nota.

CLXXXIII. (Cod. 1304).

Idem libellus cum permultis glossis. Priora folia quae exciderant, restituta sunt recentiori manu, sed textus tantum, non glossae, ita ut glossae incipiant a verbis *al-Kâfijae* ولا بالاسناد

يتناوّل ذلك. In singulis paginis quinque tantum versus textus scripti sunt, inter quos vacuum spatium relictum est quod implent glossae, quarum pars etiam margini adscripta est. Ex subscriptione patet hoc exemplar scriptum esse anno 988.

Emtus ex Bibliotheca Guilielmi Ouseley.

CLXXXIV. (Cod. 1022 Warn.)

Hoc Codice contineri Commentarium Radhî-ad-dîn al-Astarâbâdî in Ibn-al-Hâdjibi librum c. t. الكافية putaverunt Weijers et Dozy sed quominus idem statuamus vetat, quod prima verba quibus exorditur hic Commentarius in exemplaribus Londinensibus (Ind. Off. Loth n. 912—916) et Escurial. (Derenbourg n. 18, 91) [1]) plane ab iis quae in nostro Codice leguntur diversa sunt. Accedit quod nulla Radhî-ad-dîni fit mentio in Codice neque in inscriptione, neque in subscriptione ita ut unicum argumentum, quo innixus Weijers illi hoc opus adscripserit situm sit in aetate Codicis quippe qui anno 687 scriptus sit. Subscriptio est اتّفق الفراغ من تحرير هذا الكتاب بتيسير رب الارباب للعبد الفقير الى الله الغنىّ محمد بن ابى الحسين (aut الحسن) المدعوّ ببها فى العشر الاوّل من ذى الحجّة سنة ٦٨٧ فى قصبة غُجْدُوان حماها الله عن الآفات; praeterea in ultimo folio et in margine exteriore legimus شرح للبهاء الغجدوانى et in fronte Codicis, sed manu recentiori, الغجدوانى et البهاء الدين لسراج. H. Khal. quidem Commentarii Ghodjdowânîi mentionem facit (V, 8) sed hunc virum nominat Djalâl-ad-dîn Ahmed ibn-Alî et initium ejus. Commentarii quale transscripsit bibliographus Turca non minus diversum est ab eo quod noster Codex habet quam initium Comm. Radhî-ad-dîni. Sed ipsum illud nostri Codicis exordium plane idem est ac illud quod legitur in Codice Monacensi n. 714 apud Aumer, ita ut pro certo affirmare possimus nostrum Codicem eundem Commentarium continere ac

1) Cf. Cod. Berol. (Landberg) 539; Cod. Constant. (Köprülü) 1488, p. ١٩. n. 307. 308.

Codic. modo laudatum, quo autem auctoris nomen non docemur, nam de ipsius auctoris Ibn-al-Hâdjibi Commentario cogitari nequit, quum ut jam observavit Aumer glossematibus in Codice praemissa sint verba قوله. Aliud exemplar ex quo plura discere possumus deësse videtur. In fronte Codicis lector adnotavit خط المص et revera probabile est Commentarii auctorem esse Bahâ Ghodjdowânî ipsum qui Codicem scripsit. Nisi igitur in textu H. Khal. sit vitium, statuendum est duos viros diversos eodem loco oriundos opus Ibn-al-Hâdjibi commentario illustravisse.

Passim in margine alia sed antiqua tamen manu glossae sunt additae, quae praesertim in libri initio frequentes sunt. Vid. Weijers in *Orient.* I, p. 354—357.

In fine occurrunt excerpta (Persica) ex libro quodam al-Bakharzîi († 467) ad exegesin Koranicam pertinente cum hac inscriptione من كلام الشيخ المحقق قطب الابرار معدن الاسرار سيف الحق والدين الباخرزى قدس نفسه.

Sunt sex paginae.

CLXXXV. (Cod. 1230 Schult.)

Titulus (ut in praefatione dicitur) «ٱلْوَافِيَه، فِى شَرْحِ ٱلْكَافِيَه».

Quis auctor sit Commentarii quem hic Codex exhibet, mox patebit.

Commentarius incipit hoc modo: احمد الله على عظمة جلاله، حمدَ غريق بمطالعة جماله، واشكره لجزيل نواله» caet. Deinde: وبعد فانى بعد ان شرحتُ كتاب الكافية فى النحو اوّلًا مع ايرادات واجوبة وابحاث كثيرة شرحتُه ثانيا مقتصرا على حلّ الفاظه وشرح معانيه، والاشارة الى تحليل تركيباته ومبانيه» الا نادرا مع ذكر علل اكثرها وجعلته لرسم خدمة الامير الكبير العالم الفاضل الكامل سلالة الامراء والوزراء ومفاخر العرب والعجم ناصر الدولة والدين، شمس الاسلام والمسلمين» يحيى بن مخدوم المعظّم، ملك ملوك الامراء والوزراء صاحب

السيف والقلم» صلاح العالم جلال الدنيا والدين ابراهيم بن يَغْرُش[1] بيلكا ملك الخَتَنى اعز الله انصارهما ، وضاعف اقتدارهما» بسبب اشتغاله بهذا الكتاب ، الذى هو دستور فى هذا الفن لاولى الالباب» وسمّيته بالوافية ، فى شرح الكافية» لكونه وافيا لحل الفاظه وشرح معانيه ، وموصلا لطالبيه ، الى مقاصده ومغانيه» وما توفيقى الا بالله عليه توكّلت واليه انيب.

Ex hac praefatione jam patent sequentia:

1°. Auctor librum suum dedicavit emiro Jahjâ ibn-Ibrâhîm ibn-Jaghrosch بيلكا, qui quidem mihi ignotus est, sed quem Tatarum fuisse ipsum ejus nomen satis indicat.

2°. Auctor iam antea alium eumque ampliorem Commentarium composuerat; hic vero est secundus breviorque.

Conferenti itaque H. Khal. (in v. كافية فى النحو) et as-Sojutîum in *Vitis grammaticorum* facile apparebit auctorem hujus Commentarii esse as-saijid *Rokn-ad-dîn* Hasan ibn-Mohammed *al-Astarâbâdî*, quippe qui *tres* Commentarios in *al-Kâfijam* composuerit, *magnum*, *medium* et *parvum*. Horum *medius*, isque omnium celebratissimus, revera *al-Wâfijah* vocatur. Porro as-Sojutîus de as-saijid Rokn-ad-dîn tradit, eum anno 672 Bagdâdum reliquisse et al-Maucilum habitatum venisse, ibique tres Commentarios in Ibn-al-Hâdjibi opus composuisse اشهرها المتوسط. Addit auctorem a Tataris maximo in honore habitum fuisse كان — — وافر الجلالة عند التتار et mortuum esse die 14° mensis Çafar anni 715 [2]), et quidem al-Maucili, ut testatur Ibn-Habîb. Valde itaque verisimile est, emirum illum cui hoc opus dedicavit, urbis al-Maucili, anno 659 a Tataris expugnatae, praefectum fuisse Tatarorum imperatoris nomine.

Nos hic Commentarium *medium* as-saijidi Rokn-ad-dîni habere, ex initio operis facile patet. Nam Codex Escur. 95 et 96 qui

1) Vocales addidi ex glossa marginali.

2) Sic legitur apud as-Sojutî, et eundem annum indicat Ibn-Habîb (*Orient.* II, p. 324); sed as-Sojutî addit, al-Asnawîum (الاسنوى) in طبقات الشافعية tradere eum anno demum 718 diem supremum obiisse. Apud H. Khal. legitur eum mortuum esse anno 717.

inscriptus est شرح الكافية المتوسط auctore Rokn-ad-din, plane ut noster incipit الحمد لله, et ultimum in illo vocabulum, plane ut in nostro, est المردود. Praeterea initium operis et tota praefatio plane conveniunt cum initio et praefatione Codicis Bodl. (Nic.) 234, qui (cf. imprimis Pusey p. 528) المتوسطة inscriptus est, cum init. et praef. Codd. Lips. 19 et 20, Cod. Monac. 710, Goth. 253, qui etiam المتوسط continent.

Codex noster satis distincte scriptus est. Subscriptionis ultima verba sic audiunt: وقع الفراغ من هذه النسخ (sic) في شهر الرجب في (sic) ووقت الظهر في شهر نقاط صاحبه ومالكه احمد ابن حمز بن سيد, unde itaque vides *anni* notam desiderari. Prima pagina continet enumerationem et refutationem dubiorum quae moveri possent adversus definitionem: الكلمة لفظ وضع لمعنى مفرد, et sic incipit: الاول ان الالف واللام في الكلمة لا يجوز ان يكون للجنس ولا للعهد اما الاول الخ. (Cf. infra n. CXCI). Initio Commentarii complures, reliquae parti pauciores glossae marginales additae sunt, quae fortasse Alîum ibn-Mohammed al-Djordjânî auctorem habent.

Major Commentarius Rokn-ad-dîni al-Astarâbâdîi Lakhnau editus a. H. 1280 exstat in Ind. Off. 912, 913, 914, 915, 916; Petrop. 160; Monac. 715 (?); Bibl. Escur. (n. 94); Bonon. 291 (von Rosen).

Medius praeterea exstat in Bibl. Athenaei Daventriensis (1834 XV), Par. 1228, (Ochoa) 7 (cf. *Journal asiatique*, 4e série, t. IX, p. 82); Ind. Off. 917, 918, 919; Bodl. (Uri) 1146, 1158, (Nic.) 234; Goth. 253, 254, 255 (cf. etiam 256); Monac. 321; Berol. (fol. 60) cf. Sprenger 1023, Vollers n. 5, Landberg 777; Guelferb. n. 132 et fortasse n. 58; Lips. 16 (4) (parvum fragmentum), 19, 20; Vatic. 448 (auctor Catalogi nesciebat quidem quinam istius Comm. essent titulus et auctor, sed esse Comment. *medium* Rokn-ad-dîni patet ex iis quae in illo Catal. de praef. dicuntur); Bonon. 292—298; Napolit. n. 69; Escur. 95, 96, 153 (cf. etiam 154)

et Societ. Asiat. Calcutt. (*Catal.* p. ٩٥). Vid. porro Pertsch ad Cod. Goth. 253.

Parvus Commentarius Rokn-ad-dîni nescio an uspiam exstet.

CLXXXVI. (Cod. 2229 = Amîn 511).

Inscribitur hoc volumen: «السفر الثانى من كتاب الأزهار الصافية في شرح المقدمة الكافية» et nomen auctoris dicitur fuisse Imâm Jahjâ ibn-Hamza prophetae nepos (بن رسول الله). Re vera continet Commentarium prolixum ceteroquin incognitum in librum notissimum Ibn-al-Hâdjibi الكافية dictum et exorditur hoc secundum volumen a verbis textus: المبنى ما ناسب مبنى الاصل او وقع غير مركب الخ quae leguntur p. 15 l. 9 in editione Constantinopolitana anno 1234 typis vulgata. Auctor hujus Commentarii fuit e familia Schariforum Hamzitarum, quae sub finem saeculi sexti Hidjrae in urbe Sanaa rerum potita est. Vixit saltem post annum 646 sed accuratius aetatem ejus definire nequeo, nam Codex 403 = 2122, ad quem Landberg lectorem relegat, quod sciam, nihil de nostro auctore tradit. Eum fuisse fratrem poëtae et Khalifae Abdallah ibn-Hamza, cujus divanum infra describemus, non licet suspicari, nam inter fratres hujus nomen ejus non recensetur et Ibn-al-Hâdjibi aetas demonstrat eum saltem duabus generationibus post Abdallam vixisse.

In fine nonnulla folia perierunt, nam Codex abrupte desinit in explicandis verbis: التاكيد خفيفة ساكنة ومشددة مفتوحة مع الخ ed. Const. p. 30, l. 10 a fine. Sunt 172 folia.

Codex, ut libri habitus et scripturae ductus testantur, in Jemen exaratus est et probabiliter quidem tempore ipsius auctoris.

CLXXXVII. (Cod. 2237 = Amîn 519).

كتاب المُوَشَّح على كافية ابن الحاجب, Commentarius in eundem libellum Ibn-al-Hâdjibi, sine nomine auctoris. Collato autem Codice Gothano 257 apud Pertsch, *Cat.* I, 269 patet ejus nomen esse

Schams-ad-dîn Mohammed ibn-abî-Bakr ibn-Mohammed *al-Khabîçî* (Cf. H. Khal. V, 8) qui probabiliter exeunte saeculo septimo vixit. Codex noster bene scriptus multas continet annotationes sed finis deest.

Alia exemplaria enumeravit Pertsch l.l. quibus addenda sunt Berol. (Sprenger) 1022; Ind. Off. 920.

CLXXXVIII. (Cod. 2404).

حاشية عبد الغفور بر شرح جامى ut recte quis in fronte Codicis librum inscripsit, nam continentur eo re vera Glossemata quae Abd-al-Ghafur Lâri († 912) edidit in Commentarium quo Djâmi († 898) illustravit Ibn-al-Hâdjibi *Kâfijam.*

In fine Codicis additae sunt variae annotationes v. g. 5 folia implent annotationes de Korani lectione sed nullius valoris sunt.

Alia exemplaria: Ind. Off. 928, 929; Berol. (Landberg) 527, 616; Petrop. 244 (2); Cantabr. (Kings Coll.) 141; Constant. (Köprülü) 1464; Calc. (As. Soc.) p. ١٥ n. 499. Typis expressa sunt in urbe Dehli, Constantin. 1253. Cf. porro Pertsch Cat. Goth. ad num. 259.

Codex satis bene exaratus sed sine anni nota anno 1885 emptus est apud M. Nijhoff (Cat. 251).

CLXXXIX. (Cod. 740 (5) Warn. fol. 41—89).

Annotationes Ibrâhîmi ibn-Mohammed al-Mamunî Schâfi'îtae († 1079) ad glossemata modo descripta. Vid. H. Khal. V, p. 15. Annotator suas lucubrationes nuncupat حواشى مفيدة وبدائع جديدة.

Codex (50 foll.) ex autographo Ibrahîmi descriptus est.

CXC. (Cod. 581 (2) Warn. fol. 80 ad fin. Cod.).

Ibn-al-Hâdjib *al-Kâfijam* suam jam editam metro adstrinxit, et huic grammaticae metricae titulum الوافية dedit. Quam hoc Codice contineri, dubium esse non potest, hoc poëmate cum *al-*

Kâfijâ comparato. Observandum enim est initium Codicis deperditum esse ita ut primus versus in Cod. sit:

وقد علمت حد كل منها فلا تسائل بعد هذا عنها.

Additus est copiosus Commentarius, quem ab ipso Ibn-al-Hâdjib compositum esse putavit Dozy haec allegans: »Ex H. Khal. patet Ibn-al-Hâdjibum revera suam *al-Wâfijam* commentario illustrasse; addit quidem bibliographus Turca, etiam Abulfedam similem composuisse Commentarium, sed *hic* V. D. sine dubio Commentarium quem noster Codex exhibet, *non* scripsit; nam Abulfeda opus suum absolvit anno 723, et noster Codex iam anno 680 exaratus est." Si autem Codice inspecto reputamus auctorem semper laudari in 3 persona (قال قُدِّ) et Commentario praemissa esse verba: قوله, multo verosimilius videtur Commentarium scriptum esse ab anonymo quodam cujus mentionem H. Khal. neglexit.

Textus cum archetypo collatus est quod testantur annotationes marginales.

Dixit Casirius (ad num. 146), hoc poëma adeo rarum esse, ut nonnisi in Bibl. Escur. reperiatur, sed exstat quoque in Bibl. Bodl. (Uri) 1181 (1) (cf. *Add. et Emend.*, p. 611) ubi etiam Commentarius additus est [1]).

CXCI. (Cod. 248 (2) Scal. fol. 11—13).

Quatuor paginae, quarum auctori anonymo propositum fuit, ut dubia quae moveri possent adversus definitionem الكلمة لفظ وُضع لمعنى مفرد (a qua Ibn-al-Hâdjibi *al-Kâfijah* incipit) in medio poneret ac refutaret. Sunt autem dubia ista numero decem. Initium est post *bismillam*: قوله الكلمة وضع لمعنى مفرد وفيه اشكال الاول ان الالف واللام لا يجوز ان يكون للجنس ولا للعهد اما الاول فلانه لو كان للجنس لزم اجتماع الخ.

Scriptae sunt hae paginae anno 935. Similis argumenti *una*

1) Exemplaria quae praeter hoc enumeravit Dozy continent Commentarium الوافية.

pagina praemissa est Codici nostro 1230 (الوافية في شرح الكافية, supra n. CLXXXV); et in Codice etiam Bodleiano, ab Urio (p. 246, n. 1180) descripto, post anonymi Commentarium in Ibn-al-Hâdjibi *al-Kâfijam*, sequi legitur: *Libellus sex foliorum*, *complectens quaestiones et responsiones*, *ad* dictionis *definitionem pertinentes*. Unde tamen efficiendum videtur, in Bodleiano Codice scriptionem illam majoris etiam ambitus esse quam in hoc nostro 248. — Weijers (*Orient.* I, p. 340 sq.).

CXCII. (Cod. 678 (3) Warn. fol. 59 et 60).

Explicatio quaestionis, مسئلة الكحل dictae, ex Ibn-al-Hâdjibi *al-Kâfijah*, auctore anonymo. Locus, qui spectatur, exstat in ed. Constant. p. ٢٢ med. (inde a verbis: ولا يعمل في مظهر الا الخ). Sunt 3 pagg., sine anni nota.

CXCIII. (Cod. 1759 = Amîn 24).

شَرْحُ شَوَاهِدِ شُرُوحِ الشَّافِيَةِ لابن الحاجب auctore Abd-al-Qâdir ibn-Omar al-Bagdâdî qui anno 1093 obiit sec. H. Khal. IV, 521. Idem ille edidit lexicon vocabulorum difficiliorum, quae in Libro Regio (شاهنامه) occurrunt sec. H. Khal. VI, 626, quod describitur a Flügel, Cat. Vindob. I, 141. De alio opere ejusdem cf. ibidem p. 136, n. 133. De libello notissimo الشافية cf. praeter H. Khal. IV, 3, Pertsch Cat. Goth. I, 230, ubi de exemplaribus hujus libri docemur, quibus addenda sunt ea quae asservantur Londini, Ind. Off. Library apud Loth n. 945—954. In hunc libellum commentarios scripserunt inter alios Radhî-ad-din *al-Astarâbâdî* et Ahmed ibn-al-Hasan *Djârabardî* in quorum Commentariis qui versus laudantur illustrantur hujus al-Bagdâdîi Commentario, qui apud H. Khal. non memoratur. Primum folium Codicis recens manus supplevit, attamen dabo ipsius auctoris verba post doxologiam: فلما فرغت بتوفيق الله من شرح شواهد الكافية لنجم الائمة الشيخ الرّضى الاستراباذى رحمه رايت ان الحقه بشرح ابيات شواهد

الشافية له ايضا وفى ١٩٩ (بيت) .... كتاب واحد متنا وشرحا فكذلك ينبغى ان يكون شرح ابياتها .... الافاضل بان اضمّ اليها ابيات شرح المحقق العلامة احمد بن الحسن .... التى انفرد بها لمسيس الحاجة اليها لكثرة تداولها تدريسا ومراجعة .... وفى ٥٢ بيتا فاجبته الى ذلك وشرعت مستعينا بالله ذى الطول والاعانة فى يوم الخميس الرابع العشرين من جمادى الآخرة من سنة ١٠٧٩ اسال الله اتمامه الخ. Fol. 2—29 et 55—88 autographon auctoris continent ut patet et verbis quae descripsi et subscriptione, quam h. l. describam: وكان الفراغ من تسويد هذه الاوراق بعد المغرب من ليلة الجمعة الثالثة عشر من صفر الخير عام ١٠٨٠ بعد الهجرة النبوية قال ذلك وكتبه مؤلفه الفقير الى رحمة ربه وغفرانه عبد القادر بن عمر البغدادى لطف الله به وبآبائه وجميع المسلمين آمين. Cetera recens manus supplevit.

Alia .exemplaria Berol. (Landberg) 469; Constant. (Köprülü) 1486, 1487, p. ١٩٠ n. 303, 304, 305.

CXCIV. (Cod. 2225 = Amîn 507).

„كتاب تَسْهِيل الفَوَائد، وتَكْمِيل المَقَاصد“ auctore *Ibn-Mâlik* († 672). De opere cf. H. Khal. II, 290, Loth, *Ind. Off.* p. 267. Apographon nostrum charactere *naskhi* bene exaratum est anno 982 ab Ahmed ibn-Musâ ibn-Soltân. Codicem praecedit index capitum LXXX et longa major pars libri praeter textum multa continet scholia.

Alia exemplaria praeter Londinense apud Loth l.l. descriptum, ubi etiam est Commentarius auctore ad-Damâmînî (n. 964), Escur. n. 13, 14, 52—66 (cum var. Comm.) et 140; Berol. (Landberg) 824.

CXCV. (Cod. 1312).

أَوْضَحُ ٱلْمَسَالِكِ إِلَى أَلْفِيَّةِ ٱبْنِ مَالِكٍ. Notissimus Ibn-Hischâmi († 762) Commentarius in Ibn-Mâliki († 672) *Alfijam*. Anni nota caret Codex, sed recens est.

Alia exempl.: Acad. Reg. Scient. 62 cf. *Catal.*, p. 31—33; Mus. Brit. 503 (2), 504; Paris. 108 et 114 ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 2, 3; Vindob. 181, 182; Acad. Orient. Vind. 33; Goth. 269, (270—272); Escur. 7 (2), 47 (3), 67, etc.

CXCVI. (Cod. 1740 = Amîn 30).

ٱلْأَعْمَى وَٱلْبَصِيرُ, Commentarius in Ibn-Mâliki († 672) *Alfijam* auctore Abu-Abdallah Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Ahmed (H. Khal. Mohammed, cf. I, 409) *ibn-Djâbir* al-Howârî al-Andalosî. Auctor huic operi dictando finem imposuit, ut in fine voluminis legimus, anno H. 756 in urbe Mekkae et apographon hocce scriptum est manu Musae ibn-Mohammed ibn-Musâ ibn-Ahmed ibn-as-Schaikh Abd-ar-Rahmân ad-Daiçalî (الديصلى), qui illud absolvit 14 Radjab anni 799. Librarius de auctore loquitur ac si adhuc inter vivos esset (امتع الله ببقائه), quamquam apud H. Khal. l.l legimus eum jam anno 780 vita defunctum esse, quod vix ita explicandum videtur quod nuncius mortis nondum ad notitiam ejus pervenisset. Cf. Makkarî, *Analectes* ed. Leid. I, ٩١٩ et seqq.

Est spissum volumen bene scriptum.

Al. exemplar. Ms. Escur. n. 74, 75 (Derenbourg).

CXCVII. (Cod. 2250 = Amîn 532).

شَرْحُ لَامِيَّةِ ٱلْأَفْعَالِ auctore Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Abd-ad-Dâim al-Birmawî Schâfi'ita († 831) [1]. Carmen لاميية الافعال dictum quod scripsit notissimus *Ibn-Mâlik* († 672) satis notum est

1) Cf. Cat. Cod. Mus. Brit. p. 238.

et jam saepius editum. (Cf. Pertsch, *Cat. Goth.* I, 242 ad nr 207). Codices reperiuntur in plurimis bibliothecis Europae cum variis commentariis; attamen Commentarius qui hoc Codice continetur satis rarus videtur, duo tantum exemplaria praeter nostrum deprehendi apud Derenbourg, Ms. Escur. n. 16, 2 et 144.

Codex negligenter scriptus est manu عمر المقرى الخوانكى الشافعى anno 1067. Initium periit ita ut primus versus qui explicatur sit XII.

CXCVIII. (Cod. 2242 = Amîn 524).

اللُّباب فى النَّحْو auctore Tâdj-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ibn-Ahmed *al-Isfarâ'inî* qui floruit exeunte saeculo septimo [1]). Cf. H. Khal. V, 302. Codex recens est; quod apud Landberg legitur eum pertinere ad saeculum quartum lapsus calami esse videtur. Finis deest et etiam in medio libro nonnulla folia perierunt. In fronte Codicis adscriptum est illo quoque contineri شرح الجُمَل لابن الخشّاب, attamen nunc non amplius invenitur.

Alia exemplaria: Vindob. 183; Ind. Off. 894; Gotha 285.

CXCIX. (Cod. 400 Warn.)

Idem liber cum amplo Commentario auctore Qotb-ad-dîn Mohammed ibn-Mas'ud ibn-Mahmud ibn-abi-'l-Fath as-Sîrâfî al-Fâlî, qui eum absolvit mense Rabî' I anni 712, in urbe Persiae quae Sîrâf dicitur. Cf. Weijers in *Orient.* I, p. 342.

Codex noster anno post Commentarium compositum trigesimo primo, mense nempe Dzu-'l-hiddjae anni 743, scriptus est, et paginas continet 235 formae maximae.

Al-Lobâb cum eodem Commentario etiam asservatur in Bibl. Bodl. (Nic.) 210, ubi secundum Nicoll [2]) Comment. titulum gerit: العباب فى شرح اللباب; ex constanti Orientalium more, et plane

1) Sojutî de eo scripsit لم اقف له على ترجمة. Cf. quae annotavi ad num CLXXV.

2) Cf. Pertsch in Cat. Goth. ad num. 285.

ut in nostro Codice factum est, textus verba minio exarata ibi a verbis Commentarii distincta sunt; Ind. Off. 895, 896, 897 (aliud auct. anonym. ibid. n. 898) et denique in Bibl. Escur. n. 25, 116 et 265. Bibl. Escur. praeterea exemplar possidet (n. 24) Commentarii Mohammedis ibn-Ahmed az-Zauzanî, cujus etiam H. Khal. mentionem fecit.

CC. (Cod. 240 (2) Scal. fol. 35—48).

تَصْرِيفُ الزَّنْجَانِيّ, aut العِزِّيّ (cum scholiis). Auctoris plenum nomen, inter se collatis H. Khal. et as-Sojutîo in *Vitis Grammaticorum*, erat: *Izz-ad-dîn* (quapropter ejus libellus *al-Izzî* dictus est) Abu-'l-Fadhâïl Abd-al-wahhâb ibn-Ibrâhîm ibn-Abd-al-wahhâb ibn-abi-'l-Ma'âlî al-Khazradjî *az-Zandjânî*. Mortuus est post annum 655 et vixit saltem ante annum 737 quo Taftazânî teste H. Khal. IV, 209 Commentarium suum absolvit. Saepius editi opusculi innumera fere exemplaria enumerare non opus erit.

CCI. (Cod. 950 (2) Warn. fol. 45—61).

Aliud exemplar, anno 1047 exaratum. Cum scholiis.

CCII. (Cod. 266 (1) fol. 1—27).

Tertium exemplar a fine mutilum.
De Codice vide supra.

CCIII. (Cod. 1761 = Amîn 26).

شَرْحُ تَصْرِيفِ العِزِّيّ auctore Sa'd-ad-dîn Mas'ud ibn-Omar *at-Taftâzânî* † 792 de quo vide, praeter H. Khal. IV, 208, de Jong, Cat. Ac. Reg. p. 30 n. 17; Pertsch, Cat. Goth. I, 237 n. 200; Loth, Ind. Off. Libr. p. 276 n. 990, 4.

E subscriptione patet Codicem nostrum scriptum esse anno 938 manu Ahmed ibn-Abd-al-Azîz ibn-Alî al-Fotuhî vulgo Ibn-an-Naddjâr dicto † 949. Cf. Cod. Amîn 5, f. 215r.

CCIV. (Cod. 246 Scal.)

Commentarius ad eundem librum, auctore Alî ibn-Mohammed ibn-Abdallah al-Afzarî (الأفزرى). Ex librarii annotatione quae in fronte legitur, patet hunc Commentarium recentiorem esse quam Comm. at-Taftâzânîi. Ex silentio as-Sojutîi, qui nostrum al-Afzarîum ne verbo quidem commemoravit, fere efficerem illum decimo Hidjrae saeculo non antiquiorem esse. Incipit: الحمد لله الذى صرّف الرياح وجعل السحاب مسخّرا لها الخ.

Codex noster nitidissimus et valde perspicuus Meccae scriptus est. Anni nota non addita est (haec enim tantum in fine leguntur: وقع الفراغ من كتابة هذا المختصر المبارك فى يوم الخميس غرة ربيع الاولى (*sic*) بمكة المشرفة), sed ad decimum vel undecimum Hidjrae saeculum pertinere videtur.

Exemplaria Commentarii at-Taftâzânîi ad *al-Izzî* multa sunt in Europa; sed *hujus* al-Afzarîi Commentarii nullum aliud mihi innotuit exemplar.

CCV. (Cod. 235 (2) Scal. fol. 70—83).

المُقَدِّمَةُ الآجُرُّومِيَّةُ auctore Abu-Abdallah Mohammed ibn-Dâwud *aç-Cinhâdjî* († 723), nomine Ibn Adjorrum inclyto.

Notissimum et jam saepissime editum opusculum. Subscriptio Codicis sic audit: تجزت بحمد الله وحسن عونه للنزية العظيم رهبان اجديه كردنل دالاغذ من المقدسية رمنة (sic = Roma) فى المسبح الثانى عشر من شهر دجنبرى عام الف وخمسمائة وثمانية عشرة. Cum hisce verbis, ex quibus patet Codicem scriptum esse die 12 mensis Decembris anni 1518 in usum Cardinalis Legati (دالاغذ *delegatus*) Romani Egidii, cf. supra p. 87 ad. n. CXLVII.

CCVI. (Cod. 266 (3) fol. 38—65).

Idem libellus.

De Codice v. supra.

CCVII. (Cod. 1699 (2) fol. 16—50).

Idem libellus.
De Codice v. supra.

CCVIII. (Cod. 266 (7) fol. 177—231).

Commentarius in libellum modo descriptum auctore Khâlid ibn-Abdallah ibn-abi-Bakr *al-Azharî* († 905). Hujus Commentarii exemplaria in Bibliothecis minime rara sunt et textus jam ter typis expressus est. Cf. Pertsch, *Cat. Goth.* ad num. 287.

CCIX. (Cod. 2233 = Amîn 515).

Glossae (حاشية) ad Commentarium praecedentem al-Azharîi auctore Jusof al-Fîschî al-Mâlikî ceteroquin incognito. Initium: قوله يقول فعل مضارع واصله يَقْوُل. Aliud exemplar mihi non innotuit, quamquam glossae ad hunc Commentarium in variis bibliothecis inveniuntur; cf. Pertsch, *Cat. Goth.* I, 292 ad n. 294.

Codex charactere magribino exaratus est anno 1220.

CCX. (Cod. 2234 = Amîn 517).

اللُّمْعَةُ السَّنِيَّة، فِى حَلِّ أَلْفاظ الآجُرُومِيَّة« sive Commentarius in الآجرومية auctore *Raihân Agha* qui sub finem saeculi decimi vixit ut hinc patet quod in fronte Codicis dicitur fuisse تابع Hasan Pâschae quem etiam in praefatione laudibus celebrat.

Codex optime exaratus est omnibus vocalium signis additis sed finis libri periit.

Aliud exemplar apud Brill (Houts. 174).

CCXI. (Cod. 2235 = Amîn 516).

تُحْفَةُ البَرِيَّة، بِحَلِّ أَلْفاظ الآجُرُومِيَّة« auctore, ut in titulo legimus, Djamâl-ad-dîn Jusof Grammatico, qui quis fuerit nescio,

quum neque apud H. Khal. (VI, 73), neque alio loco hunc Commentarium laudatum viderim. Initium: الحمد لله الذى رفع قدر من انتصب فى عبادته وجرد كل منحرد.

Codicem satis bene exaravit Ahmed ibn Ibrâhîm al-Djahhâfî al-Qâsimî az-Zaidî in urbe Djabala (Cod. جبلة) anno 1144. — Primum folium Codicis initium alius Commentarii in الاجرومية continet, al-Azharîi scilicet.

CCXII. (Cod. 1931 = Amîn 204).

شَرْحُ الأَجْرُّومِيَّةِ. Textus rubro, Commentarius atro scriptus est a Mahmud Pâschâ al-Barudî. Codex statim post *bismillam* incipit ab explicatione primorum verborum Adjorrumiae, nulla praemissa doxologia vel praefatione. Probabiliter Commentarium Mahmud Pâscha concinnavit ex observationibus praedecessorum suorum. Sunt 43 paginae.

CCXIII. (Cod. 2236 = Amîn 518).

„الفَوَاكِهُ الجَنِيَّةُ، على مُتَمِّمَةِ الاجُرُّومِيَّةِ“ sive Commentarius in Supplementum libri الاجرومية dicti, quod scripsit Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ar-Roʿainî noto nomine *al-Khattâb* Meccanus. Nomen commentatoris nullibi memoratur sed teste Loth, Cat. Ind. Off. qui sub n. 980 eundem librum descripsit nomen ejus est Abdallah *al-Fâkihî* de quo vide infra n. CCXVI.

Codex in fine mutilus et passim glossis et annotationibus illustratus non ita male scriptus, sed recens est.

CCXIV. (Cod. 1523 (3) Testa fol. 105—110).

Opusculum 10 paginarum inscriptum حُدُودُ الاجُرُّومِيَّةِ, quo nempe continentur definitiones vocum technicarum in libro al-Adjorrumîja obviarum. Post بسم الله incipit a definitione vocis النحو.

Ejusdem generis opusculum, sed a nostro diversum, apud Pertsch n. 308.

CCXV. (Cod. 1802 = Amîn 68).

جُمَل الْأَعْرَاب, opusculum de sententiis, quae vices nominis gerentes casibus grammaticis sunt obnoxiae, quod composuit Badr-ad-dîn Hasan ibn-Qâsim ibn Abdallah ibn-Alî al-Morâdî, noto nomine *Ibn-Omm-Qâsim* († 749).

Sunt tria folia anno 1114 bene exarata a Mohammede al-Ghamrî Schâfi'ita.

CCXVI. (Cod. 2230 = Amîn 512).

مُجيب النّدا, الى شَرْح قَطْر النّدا». Commentarius in opus grammaticum Ibn-Hischâmi c. t. قطر الندى, auctore *al-Fâkihî* qui hunc absolvit anno H. 924, teste H. Khal. IV, 563. Ceterum de auctore et opere confer Pertsch: *Cat. Goth.* I, 312, n. 331 [1]. Codex satis bene exaratus est anno 1153.

Alia exemplaria hujus Commentarii enumeravit Pertsch l.l., quibus addendum est Ind. Off. 968. Editus est Bulaqi a. H. 1253.

CCXVII. (Cod. 740 (8) Warn. fol. 223 v.—230).

مَسْأَلَةُ اعْتِرَاض الشَّرْط عَلَى الشَّرْط auctore *Ibn-Hischâm* († 761), (et particula ex ad-Damâmînîi Commentario (تُحْفَةُ الْغَرِيب) ad opus ejusdem auctoris مُغْنِي اللَّبِيب dictum).

Nullus quidem titulus huic parti Codicis 740 additus est, at incipit illa hoc modo post *bismillam*: قال سيّدنا وشيخنا الشيخ

1) Landberg lectorem relegat ad Cod. nostr. 1742 (Amîn 5), unde et nomen et annum mortis auctoris desumpsit. Quominus idem faciamus impedit: 1° quod prorsus aliud nomen apud H. Khal. legitur (cf. Aumer, Cat. München s. n. 741); 2° quod satis improbabile videtur auctorem quarto aetatis anno quippe qui anno 920 natus fuerit nostrum librum edidisse; 3° quod in Cod. 1742 minime dicitur hic Fâkihî opera grammatici argumenti scripsisse sed duos commentarios in opus paraeneticum al-Ghazzâlî, c. t. البداية composuisse.

الامام العلّامة جمال الدين ابو محمّد عبد الله بن يوسف بن هشام الانصارىُّ تغمّده الله تعالى برحمته واسكنه وايّانا بُحْبُوحَةَ جنّته امين هذا فصل نتكلّم فيه بحول الله وقوّته على مسألة اعتراض الشرط على الشرط اعلم انه يجوز ان يتوارد شرطان على جواب واحد فى اللفظ على الاصحّ وكذلك اكثر من شرطَيْن وربّما توهّم متوهّم من عبارة النحاة حيث يقولون اعتراض الشرط على الشرط انّ ذلك لا يكون فى اكثر من شرطين وليس كذلك ولا هو مرادهم ولنحقق اوّلا الصورة التى يقال فيها فى اصطلاحهم الخ. Sunt 13 paginae, et ultima verba sic audiunt: هذا مقتضى قوله فى الشرطين وهو ضعيف والله اعلم.

Subscriptio est تمّت مسألة اعتراض الشرط على الشرط بحمد الله للشيخ الامام العالم العلّامة جمال الدين ابى محمد عبد الله بن هشام تغمّده الله برحمته اسكنه فسيح جنّته على يد افقر العباد خسرو.

Fragmentum e Commentario Damâmînîi quod sequitur f. 229 occupat duas tantum paginas et dimidiam.

CCXVIII. (Cod. 2245 = Amîn 527).

Ejusdem Ibn-Hischâmi tractatus alterum exemplar.

Hic Codex continet fol. 236—239 fragmentum Codicis alicujus majoris qui postea in diversas partes divisus est. In Cat. bibliothecae Köprülü tractatus ejusdem tituli laudatur p. ١١٨, n. 1593 sed adscribitur as-Sobkîo, perperam ut videtur.

CCXIX. (Cod. 1874 = Amîn 147).

« نَشْرُ [1] s. فَوْجُ الشَّذَا ، فى مَسْئَلَة كَذَا », editio secunda aucta et emendata libelli الشذا فى احكام كذا quem conscripsit Athîr-

1) In hoc exemplari utrumque legitur. In altero فوج scribitur.

ad-dîn Abu-Haijân Mohammed ibn-Jusof al-Andalosî † 745 (cf. H. Khal. IV, 16, nr 7428), auctore *Ibn-Hischâm* († 762).

Idem opusculum ut videtur Köprülü\p. ١٨ n. 1593 sub titulo رسالة فى حق كذا لابن هشام.

CCXX. (Cod. 2248 = Amîn 530).

Ejusdem opusculi alterum exemplar.
Sunt fol. 240—244 Codicis de quo dixi ad n. CCXVIII.

CCXXI. (Cod. 2246 = Amîn 528).

مَسَائِل فى النَّحْو وأَجْوِبَتُها, tractatus ad grammaticam pertinens auctore eodem *Ibn-Hischâm*. Ut pateat qua de re agat describam initium: قال الشيخ الامام العلّامة حجّة العرب وترجمان الادب عبد الله بن هشام الانصاريّ رحمه سألنى بعض الاخوان وانا على جناح سفر عن توجيه النصب فى نحو قول القائل فلان لا يملك درهما فضلا عن دينار وقوله الاعراب لغة البيان والاعراب اصطلاحا تغيير الآخر بعامل والدليل لغة المرشد والاجماع لغة العزم والسنّة لغة الطريق وقوله يجوز كذا خلافا لفلان وقوله وقال ايضا وقوله هلم جرا وكل هذه الخ.

Sunt fol. 245—253 ejusdem Codicis ad quem olim pertinuerunt libelli praecedentes.

CCXXII. (Cod. 2249 = Amîn 531).

شرح القصيدة اللغزيّة فى المسائل النحويّة sine nomine auctoris. Carmen diversum est ab illo quod descripsit Loth, Ind. Off. sub num. 969, quamquam ejusdem generis est. Initium:

احمد ربّى حمد ذى اذعان معترفا بالقلب واللسان

Commentarii auctor probabiliter idem Ibn-Hischâm est.

Sunt fol. 254—261 ejusdem Codicis. Codicem exaravit recentior manus sed nitide.

CCXXIII. (Cod. 1523 (4) Testa fol. 111—118).

Opusculum 12 paginarum quod his verbis introducitur: هذه نكتة يسيرة اختصرتها من قواعد الاعراب تسهيلا على الطلاب وتقريبا على اولى الالباب.

Videntur esse excerpta ex Ibn-Hischâmi tractatu الاعراب عن قواعد الاعراب.

Dividitur in tria capita, quorum primum agit في الجملة, alterum فيما يقال عند ذكر الظرف والجارّ والمجرور, tertium في ذكر ادوات يكثر دورها في الكلام وهي خمس وعشرون. Subjunguntur huic opusculo versiculi et observationes argumenti grammaticalis (2 pagg.) et poëma celeberrimi Mohji-'d-dîn Ibn-al-Arabî.

CCXXIV. (Cod. 471 Warn.)

ٱلجَامِعُ ٱلصَّغِيرُ فِي ٱلنَّحْوِ auctore Schams-ad-dîn Mohammed Ibn-Scharaf [1]) al-Kallâî (الكلاعى) al-Faradhî (الفرضى), qui hunc librum scripsit anno 772; cf. H. Khal. et subscriptio in nostro Codice, quae sic audit: قال مؤلّفه رضّه الخ — وكان الفراغ من نسخه يوم السبت لحادى والعشرين من رجب الفرد عام ٧٧٢.

Praeter praefationem (مقدمة) et conclusionem (خاتمة), liber decem capita complectitur, nempe 1 في الاسم; 2 في الفعل; 3 في الحرف; 4 في الرفع; 5 في النصب; 6 في الجرّ; 7 في الجزم; 8 في العامل;

1) In Codd. H. Khal. interdum pro Scharaf occurrit Aschraf (v. indicem ad ed. Flügel. in v. Shems-ed-din Abu Abdollah Mohammed). Quod recepi quoque exstat in alio ejusdem auctoris opere في الفرائض Cod. 1013 (infra inter libros de jurisprudentia).

9 فى التابع; 10 لا الـتى والجمل من الاعراب محـلّ لها التى فى الجمل محلّ لها من الاعراب.

Unicum quantum scio hoc in Europa est exemplar, et vel ideo magni pretii quia ex ipso auctoris autographo, anno 773, uno scilicet anno post ipsum librum compositum, descriptum est. In subscriptione enim *librarii* (de subscriptione *auctoris* jam vidimus) leguntur haec: وكان الـفـراغ من نسخه يـوم الاثنين قبيل الـظـهـر خامس عشرين ذى الحجة الحرام عام ٧٧٣ احسن الله الخ.

Librarii nomen est Abd-al-Malik ibn-Alî al-Qoturî an-Nihrîrî (القُطورى النحريرى) Schâfiʿita.

CCXXV. (Cod. 2241 = Amîn 523).

ٱلْمَنْهَلُ ٱلصَّافِى فِى شَرْحِ ٱلْوَافِى, Commentarius uberrimus in librum Mohammedis ibn-Otzmân ibn-Omar al-Balkhîi c. t. الـوافى, auctore Mohammed ibn-abî-Bakr ibn-Omar al-Makhdumî *ad-Damâmînî* († 828). Descriptionem locupletiorem omitto quum lectorem relegare possim ad Loth, Ind. Off. n. 972 et 973, ubi idem opus describitur. Subscriptio libri quoque eadem est, sed Cod. noster habet مهايم sine art. et جـمـادى الاولـى. Nomen librarii Codicis nostri erasum est sed annus H. fuit 1094. Eum Turcam fuisse, ut suspicatur Landberg, mihi minime probabile videtur, scriptura potius Indiam demonstrat.

Codex satis bene exaratus est et multas continet annotationes.

CCXXVI. (Cod. 240 (3) Scal. fol. 48 v.—61).

ٱلْمَقْصُودُ فِى ٱلتَّصْرِيف auctore incerto (vide H. Khal. VI, 91 [1]). Addita sunt scholia in margine. Cf. Pertsch, Cat. Goth. ad num. 194, 2c.

De Codice vide ad n. CCXXX.

---

1) Quum primi Commentatores hujus opusculi vixerint ineunte saeculo nono constat hoc ante annum 800 scriptum fuisse.

CCXXVII. (Cod. 950 (3) Warn. fol. 63—81).

Idem opusculum (sed sine scholiis), quod jam saepius in Oriente editum est. Codex scriptus est anno 1047.

CCXXVIII. (Cod. 254 (2) Scal. fol. 24—61).

Idem libellus, nitidissime scriptus et omnibus vocalibus instructus, sed doxologia carens et sine anni nota.

Codex, cui copiosam annotationem Italicam addidit Scaligerus, abrupte desinit et tertia circiter libelli parte caret.

CCXXIX. (Cod. 240 (1) Scal. fol. 1—35 r.)

مَرَاحُ الأَرْوَاحِ auctore Ahmed ibn-Alî ibn-Mas'ud, de quo as-Sojutî in *Vitis Grammaticorum* nihil tradere potuit; ait enim: لم اقف له على ترجمة.

Hic Codex, qui continet tractatum grammaticum notissimum de inflexione verborum diversarumque ab his ductarum formarum agentem, nitide scriptus est charactere *nestalik*, anno 956. In margine multa scholia addita sunt. Cf. Weijers in *Orient.* I, p. 336 sqq. et *Catal. Acad. Reg. Scient.* p. 29.

CCXXX. (Cod. 950 (1) Warn. fol. 1—44).

Aliud exemplar ejusdem libelli, scriptum anno 1047. Cum scholiis.

Quandoquidem hoc opusculum iam saepius est editum et quaevis fere Bibliotheca complura ejus exemplaria possidet, his enumerandis supersedeo. Cf. Pertsch, Cat. Goth. ad n. 194 (2).

CCXXXI. (Cod. 1006 (4) Warn. fol. 127 v.—135).

Opuscula grammatica, quorum primum inscribitur اِظْهَارُ التَّعْلِيلِ الْمُغْلَقِ لِوُجُوبِ حَذْفِ عَامِلِ الْمَفْعُولِ الْمُطْلَقِ, auctore ad-Damâ-

mînî († 828); secundum, f. 128 v. الطَّاهِرِ فِى التَّفصِيلِ, quod Alî ibn-Ahmed ibn-Alî ibn-Ahmed edidit (مؤلفه), tertium excerptum est e Commentario operis التَّنْقِيحِ auctore Sa'd-ad-dîn at-Taftâzânî († 791), et ex ejusdem المُطَوَّل عَلَى التَّلْخِيص. Sunt 15 pagg. exaratae anno 975 ut priores voluminis partes.

CCXXXII. (Cod. 890 Warn.)

الإِرْشَادُ فِى النَّحْوِ. auctore *Schihâb-ad-dîn* ibn-Schams-ad-dîn ibn-Omar az-Zâwolî ad-Daulat-abâdî *al-Hindî* († 849) [1]. Compendium de syntaxi, quo imprimis in India utebantur; textui haud pauca scholia adscripta sunt, modo inter versus, modo in margine. Codex charactere nestalik exaratus est anno 988. Alii sunt in Mus. Brit. n. 525; India Off. 974, 975 et 976 (Comm. Wadjîh ad-dîn) et in Bibl. Societ. Asiat. Calcutt. (*Catal.* p. ١), ubi est alius Commentarius, رشاد شرح ارشاد dictus, auctore Ahmed ibn-Scharîf al-Hosainî (*Catal.* p. ٢٥).

---

1) In fronte hujus libri duplex annotatio exstat, utraque ab ipso scriba profecta. Altera brevior quae in summo folio offertur, haec est: ارشاد قاضى شهاب الدين رحمة الله عليه. Altera, in medio folio scripta, sic audit: هذا مَتْنٌ فى النحو متداولٌ فى أَقْطار بلاد الهنْد تاليفُ العلامة مولانا القاضى شهاب الدين النهدى شارح الكافية الشَّرْح المشهورَ بالهندى شرحه العلامة مولانا لخطيب ابو الفضل الكازرونى صاحب لحاشية المشهورة على البيضاوىّ وشرحه ايضا عالِمُ هذا العصر فى (cf. H. Khal. I, p. 255 et 474, vs. 9) بلاد كُجَرات (Guzarata) من بلاد (voluit البلاد) المذكورة مولانا وَجيه الدين اطال الله بقاءه ويَسّر لقاءه.

Cf. Weijers in *Orient.* I, p. 347—349.

CCXXXIII. (Cod. 266 (6) fol. 147—175).

Incerti auctoris opusculum c. t. مختصر في علم النحو vel uti in subscriptione sonat الكتاب المسمى بالتقويم (sic) اللسان تم. Idem habes in Bibl. Monac. n. 764 f. 191 b. (apud Aumer p. 338), et in Bibl. Bataviae n. CLVI (12) apud van den Berg.

Codex in pessima charta Indica scriptus fuit olim e libris Roordae.

CCXXXIV. (Cod. 2251 = Amîn 533).

Hoc volumen cui desunt et priora et posteriora folia continet opus satis prolixum argumenti grammatici, sed neque auctoris nominis neque tituli libri ullum indicium exstat. Patet tantum ex singularum *korrasarum* inscriptionibus nos hic possidere majorem partem secundi voluminis totius operis. Audiunt enim hac inscriptiones سابع الثلث, سادس الثلث etc. Si librum inspicimus observamus auctorem sibi proposuisse singulorum grammaticorum sententias de variis rebus ad grammaticam pertinentibus memorare et dijudicare ita ut ex iis saltem aliquid de aetate auctoris pateat. Laudantur fere omnes celebriores grammatici, Harîrî († 515), Ibn-al-Anbârî († 577), Ibn-Mâlik († 672), Ibn-ʿOçfur († 669), ibn-aç-Çâjigh († 720), duo postremi praemissis verbis اصحابنا vel شيخنا, tandem Ibn-Hischâm († 762) quapropter constat auctorem post annum 750 vixisse. Probabiliter ad saeculum nonum Hidjrae aetas ejus referenda est quum etiam Codicis habitus et scripturae ductus ad illud saeculum vel ad saeculum decimum pertinere videantur.

Ut lector aliquantulum de libri indole judicare possit, dabo inscriptiones priorum capitum: f. 1 v. باب المفعول فيه; f. 17 r. باب المفعول به; f. 20 v. باب المفعول معه; f. 23 v. باب المستثنى; f. 37 r. باب الحال; f. 50 v. باب التمييز; f. 55 v. باب النواصب للفعل المضارع; f. 68 v. باب المجرور; f. 80 r. باب القسم; f. 88 r. باب المعرب; f. 89 r. باب الاستغاثة والتعجب; f. 91 r. باب اسما لازمة; f. 92 r. باب الندبة; f. 96 r. باب ترخيم المنادى; f. 96 r. باب الاختصاص etc.

Fortasse ex hisce inscriptionibus collatis cum iis quae in libris melius notis occurrunt aliquis operis titulum et auctoris nomen indagare possit.

De Codicis habitu jam diximus. Sunt 375 folia.

CCXXXV. (Cod. 958 (6) Warn. fol. 19 v.—21 v.)

Brevis tractatus de literis alphabeti auctore *Mollâ Lotfî* († 900). In fronte Codicis, ubi varii qui illo continentur tractatus recensentur, huic libello titulus tribuitur رسالة في ظرف المطول للا لطفي. In margine, ubi tractatus incipit, legitur فهذه الرسالة لمولانا لطفي et praeterea طرف مطول. Titulum aliunde illustrare nequeo.

Tractatus post *bismillam* incipit hoc modo: وبعد فهذه رسالة فيما يتعلّق بحروف التهجّي حسب ما يتعلّق به الغرض اعلم ان الالف اسم للهمزة لا للمدّة التي في نحو قال وباع بثلثة اوجه الاول ان واضع اسماء حروف الهجاء الخ.

Codex scriptus est anno 925.

CCXXXVI. (Cod. 2239 = Amîn 521).

كتاب الحروف auctore Abu-'l-Hasan al-Mozanî de quo nihil compertum habeo. Tractatus de usu etymologico literarum alphabeti ejus modi quales descripserunt de Jong, *Cat. Acad. Reg.* n. 21, p. 39, Pertsch, *Cat. Goth.* sub n. 51, 2 et 208, Derenbourg, *Ms. Escur.* n. 163 (4). Est autem ab illis diversus. Quum enim in illis v. g. dicantur tantum XXII الفات esse h. l. legimus numerum esse LIII. Initium cum inscriptione باب الالفات ita sonat الالفات ثلاثة وخمسون الفا الف اصل الخ. Ceterum cf. Landberg ad n. 521.

Codex anno H. 1000 nitide exaratus est manu Solaimân al-Azharî.

CCXXXVII. (Cod. 2227 = Amîn 509).

Quum duae priores korrasae hujus Codicis et insuper decima

perierint titulus et auctoris nomen non leguntur. Attamen recte annotavit Schaikh Amîn illo contineri librum c. t. النُّكَت عَلَى الأَلْفِيَّةِ والكَافِيَةِ والشَّافِيَةِ ونُزْهَةِ الطَّرْفِ وشُذُورِ الذَّهَب auctore *as-Sojutîo* († 911), de quo libro cf. H. Khal. VI, 383. Valet de hoc libro illud poetae: »nonum prematur in annum", nam auctor in fine dicit se hoc opus inchoasse anno H. 867, una tantum korrasa absoluta remisisse usque ad annum 876, mox novam moram ortam esse usque ad annum 885, seque demum anno 895 huic labori finem imposuisse. Loco subscriptionis hosce versus adjecit auctor:

الا ايها النحوى هذا مولف   يغنيك مهما تقرئ الناس او تملى
ثلثين عاما ظلت ارقب جمعه   واجمع فيه ما تفرق فى النقل
يحرر كتبا عم فى الناس نفعها   وسارت بها الركبان فى الوعر والسهل
يقيد اطلاقا ويوضح مبهما   ويفتح اغلاقا لمن كان فى قفل
وكم فيه من نقل عزيز وجوده   يعز على من رام الا على مثلى
فدونك تاليفا مفيدا محررا   من الناس لم يسمح به احد قبلى
ولله كل الحمد ثم صلاته   وتسليمه الوافى على خاتم الرسل

Ex hisce verbis deduxisse videtur Amîn quod in fronte scripsit Codicem nostrum ab ipso auctore exaratum esse, quod deinde Landberg mutavit in »vivo auctore". Nullo autem hoc testimonio nititur; nisi quod scriptura Codicis revera ad saeculum fere decimum pertinere videtur.

Praeter Escur. n. 41 aliud exemplar mihi non innotuit.

CCXXXVIII. (Cod. 2060 a et b = Amîn 337).

الأَشْبَاهُ والنَّظَائِرُ auctore eodem *as-Sojutî* de quo opere cf. H. Khal. I, 313 et Loth, Ind. Off. p. 271, ad n. 977 ubi etiam inscriptiones septem capitum (فنون) in quae liber divisus est me-

morantur, quas igitur h. l. non repetam. Liber continetur duobus Codicibus a diverso librario exaratis quorum prior continebat 264 folia [1]. Praemissus est index sectionum quinque capitum qui in hoc Cod. leguntur. Caput quintum incipit fol. 239 v. et iterum offertur in Cod. 2060[b] cum duobus ultimis capitibus.

Quum Codices subscriptione careant certo definire non possumus quando scripti sunt, attamen vix duobus saeculis abhinc.

Praeter exemplar Londinense apud Loth alia asservantur in Bibl. Escur. n. 40; Köprülü 1454.

CCXXXIX. (Cod. 981 (38) Warn. fol. 224—240).

رِسَالَةُ التَّعْرِيبِ auctore Ibn-Kamâl-Pâschâ († 940). Est satis amplus tractatus (33 pp.) de nominibus peregrinis imprimis persicis arabice scribendis. Incipit: ‹ الحمد لله الذى جعل مبنى كلام العرب على المبنى والمعرب » الخ.

Alia exemplaria: Ms. Vindob. n. 1919 (1); Köprülü p. ١٠٧ n. 1014, p. ١٣٩ n. 1602 (sine nomine auctoris); Brill (Houtsma) 621 (9).

CCXL. (Cod. 1294 (8) Schult. fol. 114—120).

رِسَالَةُ إِصْلَاحِ السَّقَطَاتِ emendatio pravae orthographiae et pronuntiationis, auctore eodem Ibn-Kamâl-Pâschâ. Sine bismilla aut doxologia incipit et abrupte desinit. Sunt 7 foll. sine anni nota.

Alterum exemplar Köprülü p. ١١٠ n. 1580.

CCXLI. (Cod. 1294 (9) Schult. fol. 121—130).

رِسَالَةُ تَفْكِيكِ الضَّمِيرِ s. رِسَالَةُ فِي دَفْعِ مَا يَتَعَلَّقُ بِالضَّمَائِرِ eodem auctore. Sunt 9 foll. anno 979 exarata.

Alterum exemplar Cod. Acad. Reg. Scient. 208 (22), *Catal.* p. 203.

---

1) Nonnulla, probabiliter 3, folia in fine perierunt; errore librarii a numero 249 statim pergimus ad fol. 260 ita ut false ultimum folium numerum 271 gerat.

CCXLII. (Cod. 981 (32) Warn. fol. 177—181).

Dissertatio, quam conscripsit Mohammed ar-Rasawî de explicatione figurae grammaticalis الاخصّية, i. e. زيادة الظهور فى الاختصاص, quam dederunt magistri ejus Khatîb-Zâdeh († 940) et Hosâm Effendî Cara Tjelebî († 965). Sunt 7 pagg. bene scriptae, sine anni nota.

CCXLIII. (Cod. 248 (1) Scal. fol. 1—10).

Libellus initio destitutus, sine titulo et nomine auctoris, de formula أمّا بَعْدُ. In pagina quae nunc prima est (non multa desunt, fortasse unum tantum aut summum duo folia), incipit *Observatio secunda* (المقالة الثانية) quae de أمّا agit, de cujus voculae usu et constructione itidem in sequentibus undecim *Observationibus* (مقالات) ab auctore actum est. Sequuntur (p. 15) duae *Observationes* (مقالات) de voce بَعْدُ. Tum haec leguntur (p. 17): هذا البحث متعلق بَبَعْدُ ثم يبحث عن الحمد ففيه مقالات المقالة الاولى. فى بيان معنى الحمد اعلم الخ Et exspectasses ergo (Weijersii verbis utimur), etiam hic post *primam* illam مقالة certe unam adhuc aliam secuturam fuisse; at post absolutum بيان معنى الحمد, libellus desinit. Vid. Weijers in *Orient.* I, p. 338—340.

Libellus satis indistincte, charactere nestalîk anno 935 scriptus est.

CCXLIV. (Cod. 1861 = Amîn 132).

كِتَابُ المَسَائِل المُلَقَّبَات فِى عِلْمِ النَّحْوِ auctore Mohammed ibn-Alî *Ibn-Tulûn* aç-Çâlihî Hanafita († 953) [1]). Auctor in praefatione

1) Cf. Cat. Mus. Brit. p. 431, ann. a; Cat. Goth. III, 360 n. 1779. Wüstenfeld, *Die Geschichtschreiber etc.* n. 522 habet ob auctoritatem nescio cujus annum 955.

dicit sequentia: فقد افرد بعض الفضلاء المسائل الملقّبات فى علم الفرائض، فاحببت ان افردها فى علم النحو تمرينا للرائض».

Autographon auctoris, qui infra titulum titulos adscripsit XVII aliorum tractatuum (Codd. nostri 1862—1878) quorum descriptionem suo loco in hoc catalogo dedi. Ut singuli tractatus eodem ordine sequerentur quo h. l. recensentur numeros aliter disposui quam apud Landberg.

CCXLV. (Cod. 1865 = Amîn 135).

«فَتْحُ القَدِيرِ، فى التَّأْنِيثِ وَٱلتَّذْكِيرِ» tractatus de genere nominum, auctore eodem.

Autographon auctoris sicut num. seqq. usque ad CCLI.

CCXLVI. (Cod. 1866 = Amîn 141).

«تَبْيِينُ الْمُنَاسَبَاتِ، بَيْنَ الأَسْمَاءِ والْمُسَمَّيَاتِ» auctore eodem Ibn-Tulun.

CCXLVII. (Cod. 1872 = Amîn 134).

«الإِلْمَامِ، بِشَرْحِ حَقِيقَةِ الاِسْتِفْهَامِ» auctore eodem.

CCXLVIII. (Cod. 1873 = Amîn 136).

«مِنْحَةُ الأَفَاضِلِ، لِلشُّرُوطِ التى بها يَتَحَقَّقُ تَنَازُعُ العَامِلَيْنِ أَوِ العَوَامِلِ» auctore eodem.

CCXLIX. (Cod. 1863 = Amîn 138).

«اتْحَافُ النُّبَهَا، بِنَحْوِ الفُقَهَا» auctore eodem *Ibn-Tulun*. Est parvus tractatus de usu scientiae grammaticalis in variis vocabulis ad *fiqh* pertinentibus explicandis. Explicationibus auctoris ansam

dant breves narrationes et facetiae de viris celebrioribus temporis Hârun ar-Raschîdi, quas ex variis libriis desumpsit.

CCL. (Cod. 1875 = Amîn 139).

مَجْلِسُ الْمُخَاطَبَةِ بَيْنَ الزَّجَّاجِ وَثَعْلَبٍ descripta ab Ibn-Tulun ex libro c. t. النزهة والابتهاج auctore Abu-'l-Hasan Alî ibn-Mohammed *as-Schimschâtî*, qui Saif ad-daulae Hamdanidae aequalis erat, vid. Jâcut III, ٣٢٠, 10 seqq. et *Fihrist*, p. ١٥٤, ubi pro السميساطي l. 22 et pro سميساط l. 23 legendum est الشمشاطي et شمشاط, uti non solum e Jâcut patet, sed quoque e verbis من بلاد ارمينية من الثغور. Liber النزهة in *Fihrist* non recensetur, nec H. Khal. notus erat.

CCLI. (Cod. 1878 = Amîn 133).

الأَسْوِلَةُ الْمُعْتَبَرَةُ وَالأَجْوِبَةُ الْمُخْتَبَرَةُ auctore eodem. Hae quaestiones varii generis sunt attamen plurimae pertinent ad disciplinas grammaticales.

CCLII. (Cod. 2265 = Amîn 547).

Haec septem folia continent varia grammatices, rhetorices et logices fragmenta quae hic recensui quia fol. 4 v. occurrit tractatus inscriptus: رسالة في بيان الحاصل بالمصدر auctore Mîr Padischâh probabiliter eodem qui proprium nomen habebat Mohammed Amîn et vixit sub finem saeculi decimi (cf. H. Khal. I, 417). Aliud exemplar recensuit Houtsma, *Cat. Brill* n. 245, 12. Praecedunt annotationes (تقريرات) variorum virorum doctorum v. g. Ibn-as-Sobkii et Ahmed ibn-Schams-ad-dîn al-Amidî in librum rhetorices argumenti c. t. عروس الافراح de quo cf. H. Khal. IV, 198. Sequuntur 1° tractatus inscriptus الرِّسَالَةُ النِّسْبِيَّةُ auctore Abd-al-Qâdir ibn-Ahmed ibn-Abd-al-Qâdir et 2° excerpta e quodam Commentario in librum logices argumenti c. t. اشكال التاسيس.

Haec omnia negligenter exarata sunt.

CCLIII. (Cod. 2244 = Amîn 526).

«مَرَاتِبُ الصَّفْو والتَّعْرِيف، فى مَطَالِب النَّحْو والتَّصْرِيف» auctore Abu-'l-Radjâ *Abd-ar-Rahmân* ibn-abi-'l-Fauz Alî *ibn-Abdallah Schohaib* [1]) ibn-abi-'l-Khair Omar al-Harîri as-Sabîlî al-Irâqî al-Bulâqi, incertae aetatis. Opus quinque capitibus constat.

Codicem exaravit Omar ibn-Badr-ad-dîn anno H. 1062.

CCLIV. (Cod. 950 (4) Warn. fol. 82—88 r.)

بِنَاءُ الأَفْعَال auctore incerto qui c^a annum 1000 vixit. Vide Weijers, *Orient.* I, p. 352 sq. Etiam hoc opusculum editum est, multaque ejus ubique exstant exemplaria. Cf. Pertsch ad. n. 194, 2^d. Codex anno 1047 scriptus est.

CCLV. (Cod. 950 (5) Warn. fol. 88 v.—93).

الأَمْثِلَةُ المُخْتَلِفَةُ, tabulae conjugationis verbi Arabici. Cf. Weijers l.l. Notissimum et jam editum opusculum. »Verbi formae singulae accurata analysi praetereaque interpretatione Turcica explicatae sunt, ita plane, quemadmodum in editione CPolitanâ hoc factum est." Weijers. Cf. Pertsch ad num. 194, 2^e.

CCLVI. (Cod. 254 (1) Scal. fol. 2—21).

Idem opusculum, nitidissime scriptum et omnibus vocalibus instructum, sed anni nota carens. Scaligerus, in verbi Arabici paradigmatibus, juxta unamquamque formam adscripsit ejus significationem, et praeterea omnes Arabicis literis scriptas voces (in paradigmatibus, non in analysi) transscripsit Latinis literis.

CCLVII. (Cod. 981 (9) Warn. fol. 37—39).

Tractatus de اضافة vocabuli كتاب in formula كتاب الطهارة simi-

1) In Codice شُهَيْب ut videtur.

libusque ab auctore anonymo [1]), dedicatus Menlae Tjelebi (ca 1050). Incipit versiculis, quorum primus est:

سبحان من منّ قاطبة على اهل الافاق
ومبرع لطفه على طوائف الالطاف وفاق

Sunt 4 pagg. sine anni nota.

CCLVIII. (Cod. 2228 = Amîn 510).

«المِنَحُ ٱلْإِلٰهِيَّة، فِي شَرْحِ ٱلْمُقَدِّمَة ٱلْفَخْرِيَّة» auctore Menlâ Abdallah ibn-Abd-ar-Rahmân ibn-Musâ imamo Constantinopolitano, qui hunc librum scripsit anno H. 1110. Auctor hoc Commentario librum antea ab ipso scriptum c. t. المقدّمة الفخريّة instruxit. Incipit: «الحمد لله الكبير المتعال، المنزه عن الشريك والنظير والمثال».

Codex non male scriptus sine dubio est autographon auctoris anno H. 1111 factum.

Aliud exemplar mihi non innotuit.

CCLIX. (Cod. 1947 = Amîn 222).

«الدُّرَرُ السَّنِيَّة، بِشَرْحِ الكُنُوزِ البَهِيَّة» auctore Alî ibn-Abd-al-Barr al-Wanâî qui hunc Commentarium scripsit in opusculum suum de grammatica, quod antea alio commentario illustraverat in discentium usum. Initium commentarii: الحمد لله الذى رفع حال احبابه وجرّ من خالف امره الى عقابه; initium operis: الحمد لله الذى فهمنا اسرار لسان العرب وصلى الله وسلم على سيدنا محمد الخ. Quum Codex anno 1205 scriptus et coram auctore lectus sit de aetate ejus constat.

---

1) In margine scribitur مولانا عوض افندى.

CCLX. (Cod. 2247 = Amîn 529).

„نُزْهَةُ الطَّرْف، فى الجارِّ والمَجْرُورِ والظَّرْف“ auctore Çalâh ed-dîn al-Akhfasch ibn-al-Hosain mihi incognito. Initium: حمدا للرافع لذى الدراية العلام، وشكرا للناصب للهداية والاعلام“ الخ. Sunt 14 folia non male exarata cum annotationibus marginalibus.

Codex anno H. 1218 scriptus est. Aliud exemplar: Berol. (Landberg) 442.

CCLXI. (Cod. 2243 = Amîn 525).

رسالة فى حُكْمِ ما قَبْلَ واوِ الجَماعَةِ المُسْنَدِ إِلَيْهِ الفِعْلُ auctore Moçtafâ al-Badrî ad-Dimjâtî († 1268 teste Landberg). Est commentatio quam scripsit jussu magistri sui Mohammed ad-Damanhurî الحديدى in carmen de hoc argumento ab hoc compositum. In ea docemur utrum formae verbales in وا desinentes cum *fatha* an cum *dhamma* efferendae sint praesertim in Imperativo et Imperfecto. Mox auctor novem verba enumerat, quae in Imperativo una tantum consonante constant praeter decem quae jam enumeraverat Ibn-Mâlik et alia hujus generis.

Codicem anno 1223 H. exaravit Hosain Abdallah as-Schâmî ad-Damanhurî Schâfi'ïta.

CCLXII. (Cod. 1751 = Amîn 16).

„تَمْهِيدِ فَنِّ الكِتابَة فى ابْداء الإصابَة“ cum appendice (تذييل الاصابة) auctore Moçtafâ Wahbî ibn-Ahmed al-Oskudârî Aegyptiaco. Sunt 6 folia currente calamo exarata, in quibus auctor disserit de defectibus scripturae arabicae, in qua vocalium signa fere semper desunt et plures literae nonnisi punctis, quae dicuntur diacriticis, a se invicem distinguuntur. Quae hac de re observantur fere omnia recte se habent etiamsi non est quod speremus fore ut brevi auctoris argumentis permoti Aegyptii ceterique po-

puli Arabica lingua utentes alphabetum suum scribendique rationem mutaturi sint.

Libellus scriptus est anno 1287.

CCLXIII. (Cod. 1929 = Amîn 202).

Parvus tractatus 5 foliis constans grammatici argumenti, de flexione nominum et verborum etc. Opusculum explicit in media sententia et, ut videtur, compositum est a Mahmud Pâschâ al-Barudî, qui fuit e numero eorum qui anno 1883 cum Arâbî-pâschâ in Aegypto seditionem moverunt.

Incipit: اعلم ان المعقول اما ان يكون حقيقة الخ.

V.

ARS METRICA

(علم العروض والقوافى)

CCLXIV. (Cod. 657 (3) Warn. fol. 33—50).

تَلْقِيبُ ٱلْقَوَافِى وَتَلْقِيبُ حَرَكَاتِهَا auctore Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-Ahmed *ibn-Kaisân*, quem H. Khal., Abu-'l-Fedâ alii anno 299 obiisse testantur, sed qui re vera anno 320 diem supremum obiit. Cf. Flügel, *Gramm. Schulen* p. 209. Ann. 2. Opusculum nostrum non recensetur *Fihrist* p. ٨١. Editum est a W. Wright, *Opuscula Arabica* (p. ٤٧—٧٤) e nostro Codice. Constat 33 paginis. Nitidus et omnibus vocalibus instructus Codex anno 571 exaratus est. Aliud exemplar mihi non innotuit.

CCLXV. (Cod. 154 (5) Gol. fol. 281—290).

Brevis tractatus de arte metrica, auctore Abu-'l-Fath Othmân *ibn-Djinnî* († 392) (in nostro Codice titulus est هذا علم القوافى مختصرا).

Sunt 10 pp., pessime exaratae charactere Africano. Alius Cod. est in Bibl. Caes. Vind. 222 sed exordium diversum est a nostro, quod fortasse ita explicandum est quod noster tractatus contineat compendium operis quod Vindob. servatur.

CCLXVI. (Cod. 2114 = Amîn 395).

Haec 5 folia olim pertinuerunt ad Cod. 2113 (CCLXIX) quum ab eodem librario scripta sint; sed nescio quo casu infeliciter ea ab illo quidam separavit. Duo prima folia igitur continent finem tractatus de re metrica cujus neque titulus neque auctor memoratur. Subscriptio est انتهى ما أُريد نقله من الكتاب المذكور. Fol. 2 v. incipit novus tractatus vel ut verisimilius videtur excerptum ex tractatu de re metrica, auctore *Ibn-al-Qattâ'* (Abu-'l-Qâsim Alî ibn-Dja'far † 515), probabiliter eodem qui laudatur ab H. Khal. IV, 7 n. 7384 (الشافى فى علم القوافى). Hunc excipiunt alia excerpta exigui valoris. Cf. Ms. Escur. (Derenbourg) n. 328 (3), 330 (3), 331.

CCLXVII. (Cod. 654 (1) Warn. p. 1—19).

'القُسْطَاسُ فِي ٱلْعَرُوضِ' auctore *az-Zamakhscharî* († 538).

Codex anno 673 exaratus est.

CCLXVIII. (Cod. 654 (2) Warn. p. 22—249).

„تَصْحِيحُ ٱلْمِقْيَاس، فِي تَفْسِيرِ ٱلْقُسْطَاس" Amplus Commentarius in az-Zamakhscharîi opusculum de arte metrica, qui cum in titulo, tum in praefatione nostri Codicis, tribuitur auctori Schams-ad-dîn Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-al-Hasan ibn-Ahmed an-nahwî al-Maucilî, sed quem H. Khal. (IV, p. 514) plane diverso auctori tribuit. Caeterum initium libri convenit cum verbis quae descripsit bibliographus Turca. »Legi", ait auctor Commentarii in praefatione, »librum az-Zamakhscharîi in scholis praeceptoris mei, Madjd-ad-dîn Abu-Hafç Omar ibn-Ahmed ibn-Mihrân. Agnovi librum illum parvi voluminis, sed doctrina refertum illum esse in quem quadrat versus Abu-'l-'Alâi al-Ma'arrî:

والنجمُ تستصغر الابصارُ صورتَه والذنب للطرف لا للنجم فى الصغر

Hanc ob causam, librum illum Commentario illustrare volui."
Absoluto Commentario sequitur copiosa appendix.

Hic Codex eadem manu exaratus est atque praecedens. Quantum scio, nec az-Zamakhscharîi *al-Qostâs*, nec Commentarius in alia Bibliotheca reperitur.

CCLXIX. (Cod. 2113 = Amîn 394).

كتاب العلّامة نَشْوان بن سعيد الحِميرى فى القوافى ut in inscriptione Codicis legitur. Tractatus ipse neque auctorem neque titulum designat quum statim post bismillam incipiat: ينبغى للناظر فى علم القوافى ان يعرف القيد منها والطلق. H. Khal. hujus opusculi mentionem non fecit neque in catalogis bibliothecarum Europae aliud exemplar inveni, ita ut dijudicare nequeam utrum inscriptio Codicis recte se habeat. Naschwân mortuus est anno 573 et libellus re vera agit de homoeoteleuto. Sunt 7 folia negligenter anno 1084 exarata, ut docet subscriptio; monendum autem est hanc subscriptionem cum fine tractatus scriptam fuisse ab eo qui Codicem 2114 (supra CCLXVI) a nostro separavit.

CCLXX. (Cod. 154 (6) Gol. p. 291—307).

اِخْتِصارُ العَرُوض auctore Abu-Abdallah Mohammed ibn-Alî ibn-Khâlid, noto nomine *Ibn-as-Saqqât* (السقّاط) qui vixit saltem ante annum 600 Hidjrae quum opusculum ejus commentatus sit Ibn-Birrî (Cf. Derenbourg Cat. Escur. ad. n. 410 (3)) († 572 [1]). Sunt 13 pp., anno 97 (saeculi decimi, ut videtur) charactere Africano exaratae.

Alia exempl.: Escur. 288 (3), 330 (5) et 396 (1). Iisdem Codicibus necnon num. 410 continentur diversi Commentarii in hoc opusculum.

CCLXXI. (Cod. 2112 (1) fol. 1—3 = Amîn 393).

عَرُوض الأَنْدَلُسِيّ breve compendium de arte metrica, auctore Abu-Abdallah Mohammed noto nomine *Abu-'l-Djaisch al-Andalosî*

1) Teste Sojutî, vide supra p. 54 ann.

† 626. Opusculum jam saepius descriptum est quapropter lectorem relegare possum ad. Cat. Goth. ed. Pertsch I, 330, n. 359, 360, ubi quoque alia exemplaria enumerantur.

Sunt 4 folia sine anni nota.

CCLXXII. (Cod. 2115 = Amîn 396).

Ejusdem Compendii alterum et pejus exemplar, quod in fronte Codicis inscribitur كتاب الملحة فى علم العروض quo jure nescio. Textus, qui potius cacographia dici debet, in hoc Cod. multo longior est quam in altero, sed initium demonstrat idem opusculum utroque Codice contineri, in hoc fortasse ab alio quodam annotatum.

9 folia anno 1208 exarata.

Tertium exemplar in fine Cod. 1641 exstat, anno 1080 scriptum.

CCLXXIII. (Cod. 154 (9) Gol. p. 329—340).

عَرُوض اَبْنِ اَلْحَاجِب, quod carmen *Ibn-al-Hâdjibi* († 646), cujus titulus proprie est „المَقْصَدُ الجَلِيل، فِى عِلْمِ اَلْخَلِيل“ editum est a Freytagio (*Darstellung der Arab. Versk.*, p. 334 sqq.).

Codex negligenter charactere Africano exaratus, decimo Ar. saeculo. Alii: Bibl. Bodl. (Uri Hebr.) 36 (2), (Uri) 1267 (2); Berol. (Sprenger) 1094 a; Escur. 410 (1) (cum Comm. al-Asnawîi), 959 (8).

CCLXXIV. (Cod. 527 (4) Warn. fol. 40 v.—83).

Amplus Commentarius in Ibn-al-Hâdjibi carmen. Nomen auctoris non commemoratur, sed e praefatione patet, eum scripsisse regnante al-Mosta'çimo (ultimo ex Abbâsidis qui Bagdâdi regnarunt), i. e. inter annum 640 et 656. Ait enim: ومتع العالمين بدوام ايّام سيّدنا ومولانا امام المسلمين، وخليفة ربّ الخلق اجمعين، المتمسّك بالعروة الوثقى. التى لا انفصام نها الى يوم الدين، الامام ابى

عبد الله احمد[1] المستعصم بالله امير المومنين، أعزّ الله ببقائه هذا الدين الخ„. Quodsi itaque sumere liceret, hunc Commentarium illis esse annumerandum qui ab H. Khal. (IV, p. 199 sq.) commemorantur, commentator esset Djamâl-ad-dîn ibn-Wâçil, nam hic anno 697 obiit, annos 93 natus (cf. Ibn-Habîb in *Orient.* II, p. 295). Utut est, auctor Commentarium suum dedicavit Abu-Tâlibo Ahmed ibn-Mohammed ibn-Alî ad-Dâmaghânî, cujus dignitates enumerat quemque magnificis titulis ornat (vocat eum v. g.: صدر العراقيْن ذو الرياستين — نائب الخلافة العظمى صاحب ديوان الازمّة المشتمل نظره المولوى على مخازن ارزاق فضلاء هذه الامة.

Opus incipit hoc modo: الحمد لله الذى كرم بنى ادم بالنطق الجميل.

Codex scriptus est anno 715. Ibn-Wâçili Commentarius est in Bibl. Paris. (n. 1379).

Sequitur in Codice (f. 83 v.) قصيدة فى شرح القاب التغييرات الجائزة فى العروض, sic incipiens القبض طرح ساكن فى الخامس والغصب اسكان لحرف خامس.

Una pagina absolvitur.

CCLXXV. (Cod. 527 (1) Warn. fol. 1—37).

Alius Commentarius in Ibn-al-Hâdjibi carmen, auctore Schams-ad-dîn Mohammed ibn-abi-'l-Mahâsin at-Tîbî (vel at-Taijibî). Incipit: احمد الله على ما منح من الانعام العميم.

Hic Commentarius, qui ab H. Khal. non commemoratur, antiquissimis annumerandus est, ejusque auctor nullum alium cognitum habebat. Ait enim: وبعد فانى تأمّلتُ القصيدة التى نظمها الامام العلامة جمال الدين ابو عمرو عثمن بن ابى بكر المالكى المعروف بابن الحاجب رحمه الله فى علمى العروض والقوافى فالفيتُها عُصلة

1) Historici (vid. v. g. Abu-'l-Fedâi *Ann.* IV, p. 472; Ibn-Habîb in *Orient.* II, p. 241) eum vocant Abu-Ahmed Abdallah.

مستبهمه، وعُقلة مستحجمه» ولم اجد فيما وقع الىّ احدا من الفضلاء

فتح بابها، وزحزح بالشرح حجابها، وكشف عن عيون فوائدها نقابها».

Codex summi est pretii, cum quia scriptus est (ab eodem librario atque praecedens) quum auctor adhuc in vivis esset, anno scilicet 715, tum quia descriptus est e Codice quem ipse auctor correxerat. Etenim in titulo, post auctoris nomen, legitur: نفع الله به وفسح فى مدته, et in subscriptione: فرغ من تعليقها وسط نهار السبت ثامن رمضن المعظم سنة خمس عشرة وسبعمائة رحم الله كاتبها — بلغ مقابلة باصله المنقول منه وهى نسخة قرئت على المصنف وعليها خطه احسن الله عاقبته فصححت بقدر الامكان ولله الحمد والمنّة. Ipse Codex tam remotam aetatem manifeste indicat, et in possessoris (احمد بن ابى بكر بن على بن السراج القلانسى) nota annus 746 nominatur.

Additae sunt tres paginae (fol. 36 v.—37), alia manu exaratae, quae desumtae sunt e libro de arte metrica, quem composuit Abu-Djafar Mohammed ibn-Sa'îd an-nahwî al-Mauçilî, antiquissimus grammaticus qui tertio Arabum saeculo floruit [1]). هذا كلام منقول فى علم القوافى من اخر كتاب فى العروض كان فى خزانة المدرسة المستنصرية ببغداد املاء الامام الشيخ ابى جعفر محمد ابن سعيد النحوى الموصلى رحمه الله تعالى. Initium est: باب اصول التفعيل الذى بنيت عليه العروض.

CCLXXVI. (Cod. 2110 = Amîn 391).

«شفاء العليل [2]) فى علم الخليل» cujus libri auctor secundum

---

1) Ex as-Sojutîo (in *Vitis Grammaticorum*) patet nempe, eum aequalem fuisse Abu-Ishâqi az-Zaddjâdj (de quo cf. Ibn-Khallicân I, p. ١٥ sq. ed. de Slane). Artis metricae peritia Abu-Djafar clarissimus erat, ut patet ex as-Sojutîi verbis: كان — اماما فى استخراج المعمى والعروض قال له الزجاج يوما وقد ساله عن اشياء من العروض يا ابا جعفر لو رآك الخليل لفرح بك.

2) Cod. in titulo et in subscriptione الغليل.

H. Khal. IV, 53 n. 7602 est Amîn-ad-dîn Mohammed ibn-Alî *al-Mahallî* († 673). Credo verba هو ارجوزة apud H. Khal. l.l. spuria esse, quum re vera in nostro H. Khal. Codice desint et vix credibile sit H. Khalifam librum a semet ipso inspectum tam false descripsisse. Utrum exemplar nostrum ab as-Sirâdj al-Warrâq scriptum sit, ut suspicatus est Landberg ignoro; ex verbis H. Khal. tantum sequitur illum hoc opus laudasse, minime versus illos scriptos fuisse et quidem manu as-Sirâdji in fronte illius Codicis quem ipse manibus tenuit. Versus post Landberg h. l. repetam:

جزاك الله عن علم الخليل مجازاة الخليل عن الخليل
فقد احييته من بعد موت وقد نبهته بعد الخمول
واوضحت السبيل اليه حتى هديت اخا الضلال الى السبيل
وكنا قد ايسنا منه حتى شَفَيْتَ غَليلنا[1]) بشفا ٱلعليل
رعاك الله من بحرٍ علينا مديدٍ بل بسيطٍ بل طويلٍ.

In fine accedit tractatus (7 pagg.) abrupte desinens in media sententia de homoeoteleuto quasi supplementum ad librum praecedentem.

Sunt 45 folia sine anno sed bonae notae et antiqua. Liber in Europa rarus est. Recensetur Köprülü 1331.

CCLXXVII. (Cod. 2111 = Amîn 392).

أُرْجُوزَةٌ فى العَرُوضِ auctore eodem al-Mahallî. Cf. H. Khal. I, 247 n. 465. In praefatione carminis, quod ita exorditur:

يَقولُ راجِى رحمةِ اللهِ العَلِى مُحَمَّدٌ نَجْلُ المَحَلّىّ على

auctor dicit se antea majus opus ejusdem argumenti in capita distinctum edidisse sed ut facilius discipuli materiem mente tenerent nunc hoc carmen composuisse. Tituli mentio demum in ul-

1) In Cod. عليلنا.

timis versibus occurrit, ubi auctor dicit alludens ad معانى الكتاب:

جَعَلْتُها عليه كالعُنْوانِ لِمَنْ اراد العِلْمَ بالأوْزانِ

unde forte derivavit librarius titulum «كتابُ العُنْوانِ، فى معرفة الأوزان».

Codex sine anno sed bene scriptus est. In margine plura scholia adscripta sunt.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

CCLXXVIII. (Cod. 234 (2) Scal. fol. 17 v.—19).

Libellus, titulo et nomine auctoris destitutus; sed est carmen Dhijâ-ad-dîni Mohammed al-Khazradjî qui vixit medio saeculo septimo de arte metrica, quod الرّامزة الشافية، فى علم العروض والقافية» sive simpliciter القصيدة الخزرجيّة vocatur, et cujus primus versus est:

وللشعر ميزانٌ يُسَمّى عَروضه بها النقص والرجحان يدريهما الفتى

Editum est hoc carmen a Philippo Guadagnoli in libro c. t. *Breves Arabicae linguae institutiones* (Romae 1642), p. 286 sqq.

Sunt quinque paginae, anno 935 charactere Africano scriptae. Accedit opusculum f. 20 (1½ pagg.) de eodem argumento auctore Çadr-as-Scharî'a al-Bokhârî idem quod descripturi sumus sub CCLXXXIV. Vixit hic auctor medio saeculo octavo.

CCLXXIX. (Cod. 2112 (2) fol. 5—72 = Amîn 393).

Ejusdem carminis alterum exemplar.

Apographon recens 5 paginis absolvitur.

Exemplaria hujus opusculi minime rara sunt, plura enumeravit Pertsch, Cat. Goth. ad. num. 362.

CCLXXX. (Cod. 154 (2) Gol. p. 153—227).

Commentarius in idem poëma al-Khazradjîi. Commentator in

primo Codicis folio vocatur as-schaikh as-scharîf al-Gharnâtî, in ipsius Commentarii titulo vocatur: as-schaikh — al-qâdhî — as-scharîf Abu-'l-Qâsim Ahmed ibn-Mohammed ibn-Ahmed al-Hasanî; sed istud *Ahmed ibn* delendum est. Legatur itaque: Abu-'l-Qâsim Mohammed ibn-Ahmed al-Hasanî as-Scharîf al-Andalosî († 760), et cf. H. Khal., IV, p. 203, vs. 9—11 et III, 340 (quae caeteroquin de al-Khazradjîi carmine refert bibliographus Turca confusa sunt et mendis scatent) et Ibn-al-Khatîb apud Casiri, II, p. 310.

Incipit hic Commentarius, ut tradit H. Khal.: الحمد لله الذى بحمده يستفتح وهو الفتّاح العليم، وبهديه يسترشد فبنور ارشاده ينجلى لنا عن المشكلات ليلها البهيم». E verbis quae in praefatione occurrunt: اما بعد فان بعض اصحابنا الفضلاء القادمين على هذه الجزيرة اطلعنى على قصيدة فى علم العروض منسوبة الى ضياء الدين الخزرجىّ زعم انها بكر الاستطاع، وعقيلة لا تتعلّق بنيلها الاطماع», ex his verbis, inquam, patere videtur, auctorem nostrum primum fuisse qui al-Khazradjîi carmen commentario illustraret; idem, ni fallor, H. Khal. dixit, aut certe dicere voluit.

Codex charactere Africano exaratus est, decimo, ut videtur, Arabum saeculo. Continet 75 pp.

Alia exemplaria: Berol. 475 (Ahlw.); Lips. (Refaijah) 244; Goth. 363.

CCLXXXI. (Cod. 154 (3) Gol. p. 228—255).

تَقْيِيدُ الأَبْيَاتِ ٱلْمُشَارِ اليهـا فِى قَصِيدَةِ ٱلْخَزْرَجِيّ. In primo folio Codicis, Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Alî al-Mandjurî vocatur auctor hujus libelli, qui nihil continet praeter scansionem versuum sedecim generum metrorum, qui adducuntur in Commentario as-saiyidi as-scharîfi, de quo egimus. 27 pp. charactere Africano exaratae.

CCLXXXII. (Cod. 1753 = Amîn 18).

العُيُونُ ٱلْغَامِزَة، عَلَى خَبَايَا ٱلرَّامِزَة». Amplus Commentarius in

idem al-Khazradjîi carmen, auctore Mohammed ibn-abî-Bakr ibn-Omar al-Makhzumî ad-Damâmînî al-Mâlikî († 828) [1]. H. Khal. (IV, p. 201) nonnulla e praefatione excerpsit [2].

Est autographon auctoris qui in fine testatur se huic libro scribendo finem imposuisse anno 817 in loco نقادة dicto in Aegypto superiore.

Prima folia Codicis perierunt ita ut nunc textus incipiat a fol. 6 v. Codicis sequentis.

CCLXXXIII. (Cod. 457 Warn.)

Ejusdem Commentarii alterum exemplar e praecedente olim scilicet anno 979 descriptum. Subscriptio auctoris etiam in hoc Codice legitur superscriptis verbis: صورة ما وجد بخط المصنف في آخر نسخته.

Continet permultas glossas marginales, ex quibus nonnullae certe a discipulo Commentatoris compositae sunt, ut v. g. glossa quae in p. 1 legitur: هذان البيتان من جملة قصيدة للشارح رحمه الله كما قاله في الدرس في حال قراءة هذا الشرح عليه.

Duae ultimae paginae hujus Codicis, eadem manu atque caeterae exaratae, alia quaedam de arte metrica continent, sic inscripta: هذه خمسة ابيات بعدد دوائر العروض مشتملة على اصول

1) In annotatione quae in fine Codicis 457 reperitur, legimus ad-Damâmînîum natum esse Alexandriae anno 763, et obiisse in Indiae regione Decan (الدكن) in loco كلبركة, anno 828.

2) Loquitur ibi auctor de Commentario as-saijidi as-scharîfi, de quo diximus; sed appellat hunc virum: qâdhi 'l-djamâah in urbe Granata *Abu-Abdallah* Mohammed cact. In annotatione marginali hic error corrigitur his verbis: قال الشيخ شمس الدين النواجى اخبرنى بعض تلامذة السيد الشريف ابى العباس احمد ولد الشريف الشارح المذكور ان كنيته ابو القسم لا ابو عبد الله فكان شيخنا يعنى الشارح لم يقف على هذه الكنية فكناه بالكنية المحمد في العرف.

البحور الستة عشر تاليف الشيخ الامام صدر الشريعة البخارى رحمه الله. Hi quinque versus, quorum primus est:

أَطِلْ مدّتى بَسْطِ المَدى منك مامول أَنِلْ عُدّتى كَفّ العدى عنك مسؤول

commentario illustrantur, et deinde sequitur: اعلم ان الشعر لا يجى على اكثر من ثمانية اجزاء الخ.

CCLXXXIV. (Cod. 2109 = Amîn 390).

Tertium exemplar ejusdem Commentarii, quamquam male quis adscripsit شرح الخزرجية لابن مرزوق. Primum folium periit hujus Codicis, qui anno 1008 exaratus est.

Al. exempl.: Berol. (Ahlw.) 476 et 477; Paris (n. 189 ap. Flügel in *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 10); Escur. (Derenb.) 410 (4).

CCLXXXV. (Cod. 154 (1) Gol. p. 1—151).

Tertius Commentarius in carmen al-Khazradjîi, compositus ab Abu-'l Qâsim al-Fotuh ibn-ʿIsâ ibn-Ahmed aç-Çanhâdjî, cognomine *as-Schaikh al-ʿArudhî*. Incipit: اما بعد حمد الله تعالى باشرف محامده واكمل الصلاة على سيدنا محمد وآله فانى كنت فى حال التماسى بالعلوم الادبيّة زمان الشبيبة الخ. Ex praefatione patet, illo tempore quo commentator scripsit, jam complures Commentarios in al-Khazradjîi carmen exstitisse. In margine nonnullae annotationes sunt partim ex alio, ut videtur, Commentario auctore ابن مرزوق. Hic quum probabiliter idem sit qui in carmen *al-Borda* Commentarium scripsit (v. infra in capite de poëtis) quique teste H. Khal. anno 781 [1]) obiit, aetas as-Schaikhi al-ʿArudhî priori dimidio saeculi octavi assignanda videtur.

Codex charactere Africano decimo Arabum saeculo, ut videtur, exaratus, 151 pp. continet.

Alterum exemplar: Goth. 367.

---

1) A nostro diversus esse videtur Ibn-Marzuq, commentator compendii Khalîli, qui anno 842 obiit, v. H. Khal V, 447 et cf. Rieu, Cat. Mus. Brit. p. 129.

CCLXXXVI. (Cod. 2047 = Amîn 324).

دارُ الطِّرازِ فِى عَمَلِ المُوَشَّحاتِ auctore Abu-'l-Qâsim Hibat-allah ibn-Dja'far ibn-Sanâ-al-Molk († 680). Pro دار apud H. Khal. III, 189, n. 4863 male legitur در. Liber agit de variis generibus carminum, quae dicuntur al-Mowasschahât. Cf. Freytag, *Darstellung der Ar. Versk.* p. 421 et seqq. et H. Gies, الفنون السبعة p. 11 seqq.

Permultis horum carminum speciminibus elucidatur textus.

Codex anni nota caret, est vero recentioris aetatis. In ultima pagina scripta est موشح لابن مكانس, cujus tantum pars superest. Praeter exemplar in Mus. As. Petrop. aliud mihi non innotuit.

CCLXXXVII. (Cod. 2112 (3) fol. 7 v.—11 = Amîn 393).

الكافى فى علمَى ٱلعَروض والقَوافى cujus auctor in Codice non memoratur, neque aliunde ejus nomen indagare potui [1]), quum ut recte observavit Pertsch ad Cod. Goth. 376 (2) titulus sit usitatissimus in hujuscemodi tractatibus et noster insuper diversus sit ab iis qui in ceteris Catalogis describuntur ut initium demonstrat quod ita audit: الحمد لله على الانعام والشكر له على الالهام والصلوة والسلام على سيدنا محمد خير الانام وآله وصحبه السادة الاعلام وبعد فهذا تاليف كافى فى علمى العروض والقوافى والله الموفق وعليه التوكل الاوّل فيه مقدمة وبابان وخاتمة فالمقدمة فى اشياء لا بد منها الخ.

Non est igitur Tibrîzîi (H. Khal. V, 21) opusculum, collato v. d. Berg, Cat. Batav. 146 (3); minus etiam Commentarius in carmen الساوية (العروض) H. Khal. V, 21, IV, 204 et utrum idem sit ac Codd. Bodl. 1215 (1) et 1270 non constat.

Idem autem est apud Brill (Houts. 209, 1). De Cod. vid. p. 139 et 143.

---

1) In annotationibus meis invenio nomen auctoris esse Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Sa'îd al-Fanârî, sed unde hoc petiverim et quibusnam argumentis permotus non inveni.

CCLXXXVIII. (Cod. 2067 = Amîn 344).

"الوافى، فى نَظْم القوافى" auctore Çâlih (ibn-abi-'l-Hasan) ibn-abî-Scharîf ut in fronte Codicis et in exordio libri legitur. Vocabulum ابى autem inter ابن et شريف ambobus locis postea adscriptum est. Auctor mihi non innotuit sed vixit ante saeculum undecimum. Cf. infra p. 149. Opus quod agit de poesi divisum est in 4 sectiones quae iterum divisae sunt in plura capita. Inscriptio sectionis primae deest, secunda inscribitur فى محاسن الشعر وبديعه; tertia فى عيوب الشعر; quarta فى حدّ الشعر والعروض والقافية. Initium est: قال العلّامة صالح بن ابى شريف رحمه الله الحمد لله الذى خلق الانسان وعلّمه البيان الخ.

Sunt 122 folia anno 1291 satis bene exarata.

CCLXXXIX. (Cod. 154 (8) Gol. p. 318—328).

Carmen de arte metrica, metro رجز adstrictum (est itaque ارجوزة) et ab Abu-Abdallah Mohammed ibn-Mohammed ibn-Alî al-Ançârî, vulgo *Ibn-al-Baqqâl* (ابن البقال) dicto, compositum, quod incipit hoc modo:

الحمد لله العلىّ القادر الخالق الفرْط القديم الفاطر
وصلواته على ازكى البشر محمّد المختار من خير مضر
وصَحْبه وآله الكرام ما راق وزنٌ الشعر فى الكلام .

Sunt 11 pp., charactere Africano, exaratae, decimo, ut videtur, Arabum saeculo.

CCXC. (Cod. 154 (4) Gol. p. 256—280).

"إمْدَادُ بَحْرِ ٱلْقَصِيدِ، بِبَحْرِ أَهْلِ ٱلتَّوْلِيدِ، وَإِينَاسُ ٱلْأَقْعَادِ وَٱلتَّجْرِيدِ، بِتَجْنِيسِهِمَا مِنَ ٱلشَّرِيدِ" auctore Mohammed ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn-Mohammed ibn-Alî ibn-Ghâzî al-Otzmânî al-Miknâsî.

Brevis tractatus de arte metrica. Sunt 24 pp., currente calamo scriptae charactere Africano.

CCXCI. (Cod. 154 (7) Gol. p. 308—316).

Novem paginae, quibus varia carmina de re metrica continentur; sedecim scilicet versus, ab Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Abdallah الشملي compositi; in singulis nomen generis metri occurrit, et prima litera versus speciem indicat. Exemplum sit metrum المنسرح, 2ª species:

بالله يا سعد قيل لنا فرج منسرح شعرنا فلا حرج

Sequuntur quatuor alii versus ejusdem auctoris; tum simile carmen Mohammedis ibn-Abd-ar-Rahîm ibn- عبيش (vel عيبش); tum aliud ejusdem generis sine nomine auctoris; tum carmen Çâlihi ibn-[1]) Scharîf, auctoris operis الوافي في نظم القوافي (supra p. 148); tum alia auctorum nominibus non additis; denique perpauca de Khalîl ibn-Ahmed.

Pessime exaratus libellus, charactere Africano.

---

1) Hic أبي non additur.

VI.

RHETORICA [1]

(علم المعانى والبيان)

CCXCII. (Cod. 22 Gol.)

اَلْعُمْدَةُ فِى مَحَاسِنِ ٱلشِّعْرِ وَآدَابِهِ [2]) auctore (in nostro Codice nomen desideratur) Abu-Alî al-Hasan *ibn-Raschîq al-Qairawânî* († 463) [3]), qui, ut patet ex praefatione, librum suum dedicavit Abu-'l-Hasano Alî ibn-abi-'r-Ridjâl al-kâtib.

Capitum tituli sunt sequentes: فى فضل الشعر ✿ فى الردّ على من يكره الشعر ✿ فى اشعار الخلفاء والقضاة والفقهاء ✿ من رفعه الشعر ومن وضعه ✿ من قضى له الشعر ومن قضى عليه من فال الشعر وطيرته ✿ فى منافع الشعر ومضارّه ✿ تعرّض الشعراء ✿ التكسّب بالشعر والانفة منه ✿ تنقّل الشعر فى القبائل ✿ باب القدماء والمحدثين ✿ المشاهير من الشعراء ✿ باب المقلّين من الشعراء

---

1) Numeri CCXCII et CCXCIII proprie non pertinent ad rhetoricam sed ad poeticam, non placuit autem illos separatim recensere, quare hic locum obtinuerunt.

2) H. Khal. العمدة فى صناعة الشعر, Ibn Khallik. n. 164 العمدة فى معرفة صناعة الشعر ونقده وعيوبه.

3) H. Khal. habet 456, sed Ibn Khallik. praefert quod recepi.

بيوتات الشعر والمعروفون فيه ۞ البسملة قبل الشعر ۞ احكام القوافى فى الخط ۞ النسبة الى الروى ۞ الانشاد وما ناسبه ۞ ذكر الغناء والحدود والتغيير ۞ الجوائز والصلات ۞

Codex noster nitide scriptus est charactere Africano, anno 978. Continet 376 pp. formae majoris, et divisus est in duas partes, quarum altera incipit a capite de التفسير, p. 217. Desiderantur pauca post p. 275, caput الافتخار et duo sequentia. Nonnullas paginas quae exciderant post p. 279, recentior manus supplevit.

Alia exemplaria: Mus. Brit. 600; Escur. (Derenb.) 286 et 285; Lips. (Refâija § 4) 328.

CCXCIII. (Cod. 848 Warn.)

مُخْتَصَرُ مُقَدِّمَةِ ٱلشِّعْرِ auctore, ut in titulo legitur, emiro Madjd-ad-dîn Mowaijad [1]) -ad-daula ibn-Monkidz, i. e. Abu-'l-Motzaffar Osâmah ibn-Morschid e familia Monkidzidarum, qui castellum Schaizar, Graecis ereptum, possidebant. Obiit anno 584 [2]).

Est compendium de rhetorica in 95 capita distributum. Incipit: «الحمد لله الحىّ القيّوم، الواحد الديموم، خالق العلماء والعلوم». Continet perbreves definitiones, sed multa exempla ex oratorum poëtarumque scriptis petita. Ut lector quodammodo de libri indole judicare possit, primum caput describo:

باب اجناس التجنيس ۞

اعلم ان التجنيس ثمانية اجناس فنها التجنيس المغاير وهو ان تكون الكلمتان اسما وفعلا قال ذو الرمّة

كأنّ البُرى والعاج عيجت متونه على عشر نهى به السيل ابطحُ

---

1) In nostro Codice scriptum est مُوَيَّد, participium passivum. Eaedem vocales additae sunt in praestantissimo nostro Codice (766) Epistolarum Abu-Ishâqi Sabaei.

2) Vide Ibn-Khallikân (qui quoque de aliis viris ex hac gente egit) in ejus vita, I, p. ٩٢ ed. de Slane. Derenbourg, *Ousâma ibn-Mounkidh*. Paris. 1886.

وقال جَرير

كأنَّك لم تسرْ ببلاد نَجْد ولم تنظر بناظرة الخياما

وحضر مجلس الرشيد طيبٌ فيه نِدٌّ غير طيّب الرائحة فقال الرشيد هذا قد نَدَّ عن النّدّ، وتظلّم رجل الى المامون من عامله فقال ما ترك فضّةً الّا فضّها ولا ذهبا الّا اذهبه ولا بَزًّا الّا بزّه ولا علق مظنّة الّا علقه ولا عارية الّا عاورها ولا خلعة الّا خلّعها ولا وديعة الّا رتّعها (l. ودّعها) ولا مالا الّا مال عليه ولا غلّة الّا غلّها ولا فرسا الّا افترسه ولا ضيعة الّا ضيّعها ولا عقارا الّا عقره ولا سبد (سبدا .l) الّا استبدّ به ولا لبْدا الّا تلبّد به ولا خليلا الّا اخلاه ولا وقفا الّا وقفه ولا غنما الّا غنمها ولا حالة الّا احالها فهل من معك بما تكتب اليه، ومنه

رُبَّ خود عرفتُ في عرفات سَلَبَتْني بحسنها حسناتي
ورَمَتْ بالجمار جمرة قلبي ايُّ قلب يَقوى على الجمرات
حَرَمَتْ حين أُحْرِمَتْ نومَ عيني واستباحَتْ حِمايَ باللحظات
وافاضَتْ مع الحجيج ففاضت من دموعي سوابق القطرات
لم انلْ في مِنًى مُنَى النفس لكن خِفْتُ في الخَيْف ان تكون وفاتي

Codex, nonnullis vocalibus instructus, anni nota caret, sed (ut patet ex annotatione possessoris cujusdam, quae in titulo reperitur) anno certe 1008 antiquior est. Alius mihi non innotuit.

CCXCIV. (Cod. 319* Warn.)

مِفْتَاحُ ٱلْعُلُومِ auctore Sirâdj-ad-dîn Abu-Jaqub Jusof ibn-abî-Bakr ibn-Mohammed ibn-Alî *as-Sakkâkî* (السكاكى) († 626) [1]).

1) Hunc annum notarunt Casiri (I, p. 28), Krafft (p. 22), alii; idem notatus est in fronte nostri Codicis; Codex noster libri Hâdji-Khalifae male 676 offert.

Est encyclopaedia disciplinarum philologicarum, in tres partes divisa, quarum prima agit de etymologia (علم الصرف), secunda de syntaxi (علم النحو), tertia de rhetorica (علم المعانى والبيان). Prima pars (قسم) tres sectiones (فصول) continet, quarum prima agit فى بيان حقيقة علم الصرف والتنبيه على ما يحتاج اليه فى تحققها, secunda فى كيفية الوصول اليه, tertia فى بيان كونه كافيا لما علّق به من الغرض; hae sectiones denuo in ابواب, انواع caet. divisae sunt.

Absoluta parte prima (fol. 32 v.) sequitur in nostro Codice brevis dissertatio de metris, unam paginam (fol. 33 r.) et quatuor versus implens (fol. 33 v.; reliqua hujus paginae pars vacua relicta est). Non quidem pertinet ad librum *Miftâh-al-olum*, sed ab eodem librario atque totus Codex exarata est. Quis auctor sit hujus dissertationis, patet ex initio. Etenim post *bismillam* incipit illa hoc modo: قال الاستاد الامام الجليل ابو يوسف يعقوب ابن احمد بن محمد رحمة الله عليه العروض علم جليل ابدعه واخترعه الخليل بنسل (sic; بنبيل?) فطنته وجودة قريحته وانقاء بصيرته كالميزان للشعر ليعرف بها صحيحه من سقيمه ومعوجه من مستقيمه وجعلها خمسة عشر قسما وسماها البحور وهى الطويل والمديد الخ.

Sequitur (fol. 34 v.) secunda pars libri *Miftâh-al-olum*, quae divisa est in duas sectiones فى احدها فى ان النحو ما هو والثانى فى ضبط ما يفتقر اليه فى ذلك.

Pars tertia (fol. 70 v.—171 r.) continet prolegomena (مقدمة للبيان حدّى العلمين (علمى المعانى والبيان) والغرض فيهما) et duas sectiones (الضبط معاقدهما والكلام فيهما).

Fol. 172 v. incipit supplementum (فى تكملة علم المعانى) et fol. 192 v. aliud supplementum, الفن الاول من تتمة الغرض من علم المعانى وهو الكلام فى الشعر وفيه ثلثة فصول احدها فى بيان المراد من الشعر والثانى فيما يخصّه لكونه شعرا وهو الكلام فى الوزن وثالثها فيما

يتبع ذلك على اقرب القولين فيه كما يطلعك على ذلك. وهو اللام في القافية.

Est liber quem Arabes maximi faciunt. In fronte nostri Codicis sequentibus, nescio cujusnam (لواحد), versibus ejus laudes praedicantur:

سراج المعالى يوسف بن محمد بمفتاحه قد حل كل معقد
واعجز بالايجاز فى سحر لفظه وكان به يسبى النهى وكأن قد
فلم ير فى كتب الاوائل مثله وان لم تصدقنى به فتفقد

Codex noster, multis glossis instructus, 210 folia continet. Satis perspicue sed non eleganter exaratus est, anno 706. Ut duas ultimas vacuas paginas (fol. 211) impleret, librarius addidit breve carmen de metris: فى بيان فروع اصول ع اركان الشعر لمولانا واستادنا ركن الملة والدين سلمه الله فى بيان بحور الشعر واوزانه. Carmen incipit:

اسكانٌ تا مُتَفا[1] سَمّوه اضمارا واللام من علتن عصبا كما دارا
والتاء من لاتُ وقفًا حكمه عرفوا وهولاء من الاسكان ما سارا

Additum est quoque carmen 8 versuum quo opus *Miftâh-al-olum* celebratur, quod incipit:

يا من يريد من العلوم مرامه فافهم بجدك نسخة المفتاح

et poëmatia فى الموعظة.

CCXCV. (Cod. 2252 = Amîn 534).

Pars tertia libri مفتاح العلوم.

Codex bonae notae anno 728 exaratus est, sed ultima folia aqua laesa sunt ita ut alia aliis agglutinata sint et scriptura nonnumquam non amplius legi possit.

---

1) Cod. متفا.

CCXCVI. (Cod. 897 Warn.)

Ejusdem partis *tertiae* libri *Miftâh-al-olum* alterum exemplar, cum multis glossis diversis ab iis quae in Codice 319 reperiuntur. Ex Commentario quodam depromtae sunt, nam finita glossa saepe additur vox شرح. Supplementa illa de quibus dixi, hic non exstant, et textus hujus Codicis respondet fol. 70 v.—171 r. Codicis 319.

Hic Codex charactere nestalik anno 999 exaratus est. Ad tres vacuas paginas quae supererant implendas, librarius addidit scriptionem Ibn-Kamâl-Pâschâ († 940) de classibus faqîhorum. Incipit ea: من كلام مفتى مولانا كمال پاشازاده فى طبقات الفقهاء اعلم ان الفقهاء على سبع طبقات الاول (l. الاولى) طبقة المجتهدين فى الشرع الخ كالاتمة الاربعة, eique subscriptum est: لمولانا (sic) رسالة هذه احمد الشهير بابن كمال پاشا.

CCXCVII. (Cod. 562 Warn.)

Amplus Commentarius in *tertiam* partem libri *Miftâh-al-olum*, qui cum in fronte tum in foliorum margine (*la tranche*) al-Khalkhâlîo tribuitur. Sed hoc falsum est [1]), nam al-Khalkhâlî vocabatur (teste H. Khal. in v. مفتاح العلوم) Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Mothaffar, at vero ex praefatione patet Commentarium qui hoc nostro Codice continetur, plane alium habere auctorem, nempe Alîum ibn-Mohammed ibn-Dihqân (دهقان) Alî ibn-abî-Bakr ibn-Alî an-Nasafî al-Kabindî ([2] النسفى ثم الكبندى) non al-Baikandî ut habet H. Khal. VI, 25, 26. Hic quum mense Çafar anni 718, in Georgiam Khowârizmiticam venisset, animadvertit viros doc-

1) H. Khal. (II, p. 403) descripsit initium Commentarii al-Khalkhâlîi in تلخيص المفتاح (qui liber idem videtur atque Commentarius in *al-Miftâh*); sed verba quae hic bibliographus adduxit, differunt ab initio nostri Codicis.

2) Vocales in Codice additae sunt; cf. *Lobb-al-lobâb* in v. الكبندوى. Jâqût habet كبنكة.

trinae cupidos istius regionis studio libri *Miftâh-al-olum* dicti incumbere [1]). Tale studium valde probavit auctor noster, quippe qui librum illum summis laudibus ornat. Pater, quo tamquam praeceptore usus erat, duas priores partes hujus libri Commentario illustraverat, sed morte impeditus fuerat quominus in tertiam quoque partem Commentarium scriberet, quod scilicet sibi proposuerat. Quum studiosi istius regionis audivissent, filium possidere Commentarium patris in duas priores partes, rogarunt eum ut hunc iis dictare vellet. Cui voto quum satisfecisset, petierunt ut ipse in *tertiam* partem Commentarium conscriberet. Votis annuit, et Commentarium suum dedicavit Mohammed Sultâno i. e. Uzbek-Khâno (الموسوم بين اظهر السلاطين باوزبيك خان المدعوّ على السنة العلماء بمحمد سلطان).

Codex noster, qui in Europa unicus videtur, currente calamo exaratus est, sed antiquitate se commendat, nam haud diu post ipsum opus compositum scriptus est, anno scilicet 744. Attamen de autographo cogitandum non esse, ex librarii subscriptione patet.

CCXCVIII. (Cod. 2254 = Amîn 536).

Alius Commentarius in tertiam partem hujus libri auctore *at-Taftâzânî* († 791). Scripsit hunc teste H. Khal. VI, 16 anno 789 sed secundum Loth, Cat. Ind. Off. p. 244 ad n. 847 anno 787. Diversus est hic Commentarius a duobus المطوّل et المختصر dictis, quos idem auctor in Compendium تلخيص المفتاح scripsit, et satis rarus est in bibliothecis Europae.

Codex exaratus est anno 839. Praeter duo exemplaria Londinensia 847 et 848 apud Loth aliud certo designare nequeo, quum catalogorum auctores saepe varios at-Taftazânii Commentarios in المفتاح et Compendium ejus تلخيص المفتاح inter se confuderint.

CCXCIX. (Cod. 2253 = Amîn 535).

Tertius Commentarius in tertiam partem libri مفتاح العلوم.

1) As-Sakkâkî ex Khowârizm oriundus erat; hoc enim loco vocatur al-Khowârizmî.

auctore as-Saijid as-Scharîf *al-Djordjânî* († 816). Secundum H. Khal. VI, 17 titulum المصباح habet, sed in nostro Codice nec titulus nec nomen auctoris leguntur, nisi quod recentior manus in fronte Codicis hoc adscripsit. Exordium omnino convenit cum iis quae habet H. Khal. et in prooemio auctor testatur se jam seniorem debuisse transmigrare in Transoxaniam, quapropter omnino verisimile est eum hoc opus demum anno 803 absolvisse, ut perhibet bibliographus Turca. Primo obtutu quidem subscriptio Codicis: وقد وقع الفراغ من تنميقه سنة اثنتين وسبعين وتسعاية والله اعلم بالصواب الخ in errorem ducere potest lectorem, eo magis quum nescio quis verbo وتسعاية substituerit وسبعاية, ideoque ut videtur persuasum sibi haberet haec verba intelligenda esse de anno quo auctor opus suum absolvisset. Ipse Codex noster enim demum anno 1027 exaratus est, prior subscriptio igitur sine dubio referenda est ad nostri Codicis archetypum.

Ceterum Codex noster distincte exaratus est et in folio primo nonnullis adnotationibus instructus.

Hujus Commentarii exemplaria in Europa rara non sunt. Cf. Ms. Escur. 63, 206, 207, 208, 645; Vindob. 236; Berol. (Landberg) 81, 625, 751.

Glossemata in hunc Comm. Ms. Vindob. 237.

CCC. (Cod. 941 Warn.)

Brevis dissertatio (18 pp.) auctoris incerti de verbis as-Sakkâkîi in *Miftâh-al-olum* (quae spectant ad effatum Qorânicum Sur. II, vs. 20): فلا تجعلوا لله اندادا وانتم تعلمون من المعنى وانتم من اهل العلم والمعرفة او وانتم تعلمون انه لا يماثل او وانتم تعلمون ما بينه وبينها من التفاوت او وانتم تعلمون انها لا تفعل مثل افعاله.

Dimidiam partem libelli implet verbosa praefatio. Codicillus, charactere nestalîk satis nitide exaratus, anni nota caret.

CCCI. (Cod. 150 (1) Gol. fol. 1—109).

تَلْخِيص المِفْتَاح auctore Djamâl-ad-dîn Mohammed ibn-Abd-ar-Rahmân al-Qazwînî, *Khatîb Dimaschk* dicto († 739). Celebrata Epitome (cui tamen epitomator multa de suo addidit) tertiae partis libri *Miftâh-al-olum*. De operis divisione v. H. Khal. (II, p. 403) et Krafft (p. 22).

Codex anno 1102 exaratus est.

CCCII. (Cod. 211 Gol.)

Idem opus cum multis glossis, quae maximam partem ex at-Taftâzânîi Commentario المختصر desumtae sunt.

Codex anno 762 exaratus est.

CCCIII. (Cod. 1085 Warn.)

Idem opus cum glossis, imprimis ex at-Taftâzânîi المطول et المختصر petitis.

Codex anno 829 exaratus est.

CCCIV. (Cod. 609 Warn.)

Idem opus cum permultis glossis, a Mollâ Mo'în-ad-dîn 'Imrânî collectis ex variis libris, qui in fronte Codicis indicati sunt (فهرست حواشي مولانا معين الدين عمراني).

Initium hujus operis exstat in Cod. 644 (Warn.) f. ۲۳۵.

CCCV. (Cod. 2255 = Amîn 537).

الشَّرْح المُطَوَّل عَلَى تَلْخِيص المِفْتَاح auctore *at-Taftâzânîo* († 791), opus notissimum de quo cf. praeter H. Khal. II, 404, Flügel, Cat. Vindob. I, 220 ad n. 237 (2), Loth, Cat. Ind. Off., p. 246 ad n. 852 et auctores ab iis laudatos.

Codex scriptus est anno 1206 manu Ibrâhîm Hidjâzî as-Sindi-

unî e cujus libris olim fuit. Scatet adnotationibus marginalibus et glossematibus ab eodem docto Arabe scriptis. Codices fere in quavis Bibliotheca exstant. Cf. supra ad num. CCXXXI.

CCCVI. (Cod. 2263 = Amîn 545).

Glossemata (حاشية) in Commentarium praecedentem auctore Hasan Tschelebî (ibn-Mohammed Schah Fanârî † 886). Cf. H. Khal. II, 405 et Loth, Cat. Ind. Off. p. 248 ad n. 867. Editio Constantinopolitana mihi non ad manum est sed exemplar nostrum minime caret prooemio, ut Codices Londinenses et Escurialenses (Cf. Derenbourg n. 212, 238(?); auctor enim ita exorditur: الحمد لله الذى شرح صدور ارباب الاذهان لايضاح معانى اللّلم ببديع البيان الخ. Hocce prooemium unam paginam et dimidium implet, in media denuo pagina secunda incipiunt annotationes.

Codex bene exaratus est anno 1094 et correctus ut jam observavit Landberg ab Alî ibn-Jahjâ al-Bartî (البرطى), e cujus libris olim fuit, anno 1096.

CCCVII. (Cod. 635 Warn.)

Commentarius brevior (المختصر) at-Taftâzânî in تلخيص المفتاح cum notis marginalibus. Codex anni nota caret, sed ex possessorum notis patet, eum saeculo undecimo antiquiorem esse.

CCCVIII. (Cod. 2256 = Amîn 518).

Ejusdem Commentarii alterum exemplar.

Codex manu turcica scriptus est anno 1107 et imprimis in initio multis glossematibus instructus est.

De aliis exemplaribus fere in quavis bibliotheca obviis vide Pertsch, Cat. Goth. ad n. 2781.

CCCIX. (Cod. 2259 = Amîn 541).

Glossemata (حاشية) in Commentarium praecedentem auctore

Ahmed ibn-Jahjâ ibn-Mohammed al-Harawî, noto nomine *Hafîd* (i. e., nepos) *at-Taftâzânî* († 906). Cf. H. Khal. II, 409.

Codex perspicue exaratus est anno 1151.

Alia exemplaria: Escur. 256, 257 (1); Damasc. Cat. p. ٧٨ n. 13; Qahira, Cat. p. ١٥٨.

CCCX. (Cod. 2257 = Amîn 539).

Volumen primum glossematum (حاشية) in Commentarium eundem auctore *al-'Olaimî* al-Himçî (Schaikh Jâsîn ibn-Zain-ad-dîn † 1061) [1].

Codex subscriptione caret sed bene exaratus est.

Aliud exemplar: Qahira, Cat. p. ١٩١.

CCCXI. (Cod. 981 (26) Warn. fol. 124 v.—129).

Fragmentum rhetorici argumenti, quod inscribitur حاشية من استاذنا الشهير بغنى زاده, alia ejusdem aphorismata et fragmentum Commentarii in opus مفتاح العلوم et quidem من حواشى السيد على المطول. Ghanî-Zâdeh († 1036 cf. *Kholâçat al-Athar* IV, 9 seqq.) memoratur ab H. Khal. III p. 274 et glossae al-Djordjânîi ad Commentarium المطول dictum memorantur ab eodem II, 404.

CCCXII. (Cod. 981 (30) Warn. fol. 163 v.—166).

Dissertatiuncula de loco libri تلخيص المفتاح e capite فى الفصل والوصل, magnifica dedicatione munita. Auctor videtur esse Ibrâhîm as-Schâmî, alumnus academiae Brusensis.

Praecedit f. 161, 162 explicatio terminologiae in traditionis scientia, quid sit الغريب, quid المشهور, quid المرفوع, quid المرسل cet.

1) Cf. Kholâçat al-Athar IV, ٢٩١.

CCCXIII. Cod. 981 (31) Warn. fol. 168—176).

9 folia quibus continentur 4 fragmenta quae pertinent ad Commentarium vel potius Glossas (حاشية) in opus rhetorices argumenti probabiliter ad partem III libri مفتاح العلوم. Confirmatur hoc inde quod inter tertium et quartum fragmentum legitur series nominum commentatorum hujus libri ab eodem librario exarata. Primum fragmentum ita exorditur: قوله لفظة ذا قال العلامة ابو السعود العمادى لفظة ذا فى كذا اشارة الى ما يسبق فى قوله مثل ما يسبق لكن لا مطلقا بل مقيدا بكونه ناشيا عن المثال الاخير الخ.
Hic Abu-'s-So'ud al-'Imâdî obiit anno 982.

CCCXIV. (Cod. 2260 fol. 31—52 = Amîn 542).

ٱلْفَوَائِدُ ٱلْغِيَاثِيَّة, Compendium partis tertiae libri مفتاح العلوم auctore 'Adhod-ad-dîn Abd-ar-Rahmân ibn-Ahmed *al-Idjî* († 756) ita dictum, quum auctor illud dedicaverit Vaziro Sultani Mohammed Khodâbendae noto nomine Ghiyâtz-ad-dîn. Cf. H. Khal. IV, 476, n. 9278, VI, 19. Codex permultis glossematibus et annotationibus instructus est cum in margine, tum in foliis separatis scriptis.

In Bibl. Berol. (Landberg) 772 asservatur Commentarius ad hoc Compendium auctore Tâschköprizâdeh. Cf. porro Pertsch, Cat. Bibl. Goth. III, 491 ad n. 2788 (4); Mus. Asiat. Petr.

Codex bene exaratus est anno 1142.

CCCXV. (Cod. 38 Gol.)

مَعَاهِدُ ٱلتَّنْصِيصِ عَلَى شَوَاهِدِ ٱلتَّلْخِيصِ » auctore Zain-ad-dîn *Abd-ar-Rahîm* ibn-Wadjîh-ad-dîn Abd-ar-Rahmân ibn-Ahmed *al-Abbâsî* al-Qâhirî as-Schâfi'î († 963), cujus vita (e Schams-ad-dîni Ahmed ibn-Mostafâ ibn-Khalîl ar-Rumî الشقائق النعمانية فى علماء الدولة العثمانية » depromta) huic Codici praemissa est.

Continet hoc opus (de quo H. Khal. (II, p. 411) paucis verbis mentionem fecit) explicationem versuum qui in تلخيص المفتاح

laudantur; sed tali explicatione minime contentus, auctor permulta addidit de vita illorum qui versus illos composuerunt; complura quoque ex eorum poëmatibus descripsit, variasque enarravit historias quae ad poëtas illos spectant. Hinc factum est ut hoc opus utilitate, rerum tractatarum varietate et jucunditate summopere se commendet, deque sequentibus agat poëtis [1]: p. 5, 87, 170, 227, 232, 362, 516, 668 (Cod. 695 fol. 1 r., 36 v., 65 v., 72 v., 87 r., 90 r., 140 v., 189 r., 255 r.) Amro-'l-Qais; p. 7, 90, 127 (Cod. 695 fol. 4 r., fol. 38 r., 51 v.) Rubah (رُؤْبَة) i. e. Abu-Mohammed Abdallah ibn-al-ʿAddjâdj (العجّاج) al-Baçrî at-Tamîmî as-Saʿdî); p. 9, 39, 74 (Cod. 695, fol. 5 r., 18 v., 33 r.) Abu-'n-Nadjm (al-Fadhl ibn-Qodâma); p. 13, 30, 73, 154, 210, 213, 232, 355, 357, 361, 373, 383 (bis), 430, 431, 646 (Cod. 695, fol. 7 v., 15 r., 32 v., 62 v., 81 v., 82 v., 90 v., 139 r. et v., 143 r., 147 r. (bis), 159 v., 160 r., 246 r.) al-Motanabbî; p. 17 (fol. 8 v.) Dissertatio de versu poëtae incogniti (edit. p. ١٩)

وقبر حرب بمكان قفر وليس قرب قبر حرب قبر

p. 18, 130, 226, 232, 265, 278, 393, 472, 483, 502, 519 (bis), 520, 521, 557, 560, 563, 648, 652, 682, 694 (fol. 9 r., 53 r., 86 v., 89 v., 101 v., 108 r., 151 r., 171 v., 174 v., 182 r., 190 r. et v., 191 r. et v., 206 r., 207 r., 208 v., 246 v., 249 r., 262 r., 268 v.) Abu-Tammâm; p. 21, 53, 61, 127, 146 (fol. 11 r., 24 v., 28 r., 51 r., 60 v.) al-Farazdaq; p. 26, 271 (fol. 13 r., 104 v.) al-Abbâs ibn-al-Ahnaf; p. 30 (fol. 15 r.) Ibn-Bâbek (Abd-aç-Çamad ibn-Mançur); p. 37 (fol. 17 v.) جحل بن نضلة; p. 38 (fol. 18 r.) الصلتان العبدى لحماسى; p. 40, 368, 443, 695 (fol. 19 r., 142 r., 161 v., 269 r.) Abu-Nowâs; p. 51 et 134 (fol. 24 r. et 54 v.) Dissertatio de versu poëtae incerti (p. ٤٧ et ١٣٩):

قال لى كيف انت قلت عليل سهر دائم وحزن طويل

p. 52 (fol. 24 r.) Abda (عبدة) ibn-at-Taijib; p. 55, 146, 215 (fol. 26 r., 60 v., 83 r.) Ibn-ar-Rumî; p. 61 (fol. 28 v.) Djafar ibn-ʿOlba

---

1) Editioni Qahirensi praemissus est conspectus argumenti, sed non ita locuples ac ille quem Dozyus fecit quemque hanc ob causam servandum esse opinati sumus.

(علبة); p. 65 (fol. 30 r.) Ibn-abi-'s-Samt (السمط) [1]; p. 66 (fol. 30 r.) Aus (اوس) ibn-Hadjar [2]; p. 67, 517 (fol. 31 r., 189 r.) Abu-'l-ʿAlâ al-Maʿarrî; p. 74 (fol. 33 r.) Ibn-ar-Râwandî (Ahmed ibn-Jahjâ); p. 81 (fol. 34 r.) Ibn-ad-Damîna (Abdallah ibn-Obaidallah); p. 87 (fol. 36 v.) Dissertatio de versu poëtae incerti (p. ٨٣):

الهى عبدك العاصى اتاكا مقرّا بالذنوب فقد [3] دعاكا

p. 88 (fol. 37 r.) ʿAlqama (علقمة) ibn-ʿAbda (عبدة) al-ʿIdjlî (العجلى); p. 90 (fol. 38 v., 100 r.) al-Qatâmî aut al-Qotâmî القطامى بفخ القاف وضمها (Amr); p. 93 (fol. 39 v.) Dhâbi (ضابئ) ibn-al-Hâritz al-Bordjomî; p. 94 (fol. 40 r.) Qais ibn-al-Khatîm (الخطيم); p. 96, 360 (fol. 40 v, 140 v.) al-Aʿschâ (الاعشى) (Maimun ibn-Qais); p. 99 (fol. 42 r.) Dhirâr (ضرار) ibn-Nahschal (نهشل); p. 100 (fol. 42 r.) Tarîf ibn-Tamîm al-ʿAnbarî; p. 101 (fol. 42 v.) an-Nadhr ibn-Djowaija [4]) ibn-an-Nadhr; p. 102, 355 (fol. 43 r., 139 r.) Hassân ibn-Tzâbit al-Ançârî; p. 106, 215 (fol. 44 r., 83 r.) Mohammed ibn-Wohaib; p. 114, 126 (bis), 231, 254, 306, 321, 328, 447, 564, 575 (fol. 46 v., 50 v., 51 r., 97 r., 123 v., 129 r., 130 r., 163 v., 209 r., 214 r.) al-Bohtorî; p. 121 (fol. 49 v.) al-Khozaimî (Abu-Jaqub Ishâq ibn-Hassân); p. 125 (fol. 50 v.) Abu-'l-Hasan Alî ibn-Ahmed al-Djauharî; p. 130 (fol. 53 r.) al-Akthal; p. 134 (fol. 54 r.) Dissertatio de versu poëtae incerti (p. ١٣٩):

اقول له ارحل لا تقيمنّ عندنا والا فكن [5] فى السرّ والجهر مسلما

p. 134 (fol. 54 v.) Dissertatio de versibus Arabis cujusdam, vitam nomadicam agentis (ibid.)

اقسم بالله ابـو حفص عـمـر

---

1) In edit. p. ٩١ lacuna.

2) Dozy: Hodjr; cf. *Moschtabih* ١٣٩, 2 seq.

3) Ed. وقد.

4) Cod. حويرة او جويرة; in Cod. 695 legitur حويه, in ed. p. ٩٩ جوية. In *Hamâsa* p. ٧٥٩ hic poëta appellatur جوية بن النضر.

5) Codd. تكن.

ما ان بها من نقب ولا دبر
اغفر له اللهمّ ان كان فجر

Ibid. Dissertatio de versu anonymi:

وتظنّ سلمى اننى ابغى بها بدلا اراها فى الضلال تهيم

p. 135 (fol. 54 v.) Dissertatio de versu incerti poëtae (p. ١٣٧):

زعم العواذل اننى فى غمرة صدقوا ولكن غمرتى لا تنجلى

p. 135 (fol. 55 r.) Mosâwir [1]) ibn-Hind ibn-Qais ibn-Zohair; p. 136 (fol. 56 r.) Abdallah ibn-Hammâm (همّام) as-Salulî; p. 137, 200, 433, 545 (fol. 56 r., 77 v., 161 r., 199 v.) Basschâr ibn-Bord; p. 146 (fol. 61 r.) al-Hâritz ibn-Hilliza al-Jaschkorî; p. 148 (fol. 61 r.) Adî ibn-Zaid; p. 155, 244, 265, 276, 322 (fol. 63 r., 93 r., 101 r., 107 r., 129 r., 164 r.) Zohair ibn-abî-Solmâ; p. 158, 171, 381, 417 (fol. 63 v., 66 v, 146 r., 156 v.) an-Nâbigha ad-Dzobjânî; p. 162 (fol. 63 v.) Sohaim ibn-Watzîl ar-Rijâhî; p. 165, 486 (fol. 64 v., 175 r.) al-Khansâ; p. 173 (fol. 67 r.) Tarafa ibn-al-ʿAbd; p. 177 (fol. 67 v.) Auf ibn-Mohallim [2]) as-Schaibânî (Abu-'l-Manâhil s. Abu-'l-Minhâl al-Khozâʿî); p. 181 (fol. 69 r.) Dissertatio de versu poëtae incerti (p. ١٧.):

واعلم فعلم المرء ينفعه ان سوف يأتى كل ما قدرا

p. 182 (fol. 69 v.) al-Moʿaddzal [3]) ibn-Ghailân, pater poëtae Abd-aç-Çamad; p. 183 (fol. 70 v.) as-Samaual ibn-Âdijâ Judaeus; p. 188 (fol. 72 r.) Dissert. de versibus poëtae incerti, sed quos vir quidam doctus, auctoris nostri aequalis, aç-Çanaubarîo tribuit (p. ١٧٧):

وكانّ محمرّ الشقيق اذا تصوّب او تصعّد
اعلام ياقوت نشر ن على رماح من زبرجد

p. 191 (fol. 73 v.) al-Qâdhî at-Tanukhî (Abu-'l-Qâsim Alî ibn-Mohammed ibn-Dâwud); p. 194 (fol. 75 r.) Abu-Qais ibn-al-Aslat

---

1) In Cod. 695 *Mârid* scriptum est.

2) Cod. 695 bis محلّم; in Cod. 38 semel (p. 177 vs. 4) legitur محكم.

3) Cf. *Moschtabih* ٣٩١ et ann. 5.

(الاسلات); p. 202 (fol. 78 r.) Dissertatio de versu (p. ١٩١):

والشمس كالمرآة. في كف الاشل

quem aut as-Schammâkho, aut hujus fratris filio, aut Abu-'n-Nadjmo, aut Ibn-al-Mo'tazzo tribuunt; p. 203, 263 (fol. 78 v., 100 r.) Ibn-al-Mo'tazz; p. 212 (fol. 82 r.) Dissertatio de versu poëtae incerti (p. ٢٠١):

كما ابرقت قوما عطاشا غمامة فلما راوها اقشعت وتجلت

p. 216 (fol. 83 v.) Abu-Ishâq aç-Çâbi (Ibrâhîm ibn-Hilâl ibn-Hârun al-Harrânî); p. 227 (fol. 87 v.) al-Moraqqisch al-Akbar (Amr vel Auf ibn-Sa'd ibn-Mâlik); p. 230 (fol. 89 r.) Dissertatio de versibus poëtae incerti (p. ٢١٨ et ٢٢٠):

صدغ الحبيب وحالى كلاهما كالليالى
وثغره فى صفاء وادمعى كاللآلى

p. 234, 345, 354 (fol. 90 v., 136 r., 138 v.) Raschîd-ad-dîn al-Watwât (الوطواط); p. 234 (fol. 90 v.) Dissertatio de versu poëtae incerti (p. ٢٢١):

والريح تعبث بالغصون وقد جرى ذهب الاصيل على لجين الماء

p. 244 (fol. 93 r.) Ibn-al-'Amîd (Abu-'l-Fadhl Mohammed ibn-al-Hosain); p. 252 (fol. 96 r.) Abu-'l-Hasan ibn-Tabâtabâ al-Alawî; p. 253 (fol. 97 r.) De versu poëtae incerti (p. ٢٣٩):

وان[1] تعافوا العدل والايمانا فان فى ايماننا نيرانا.

p. 254 (fol. 97 r.) Jazîd ibn-Maslama [2]) ibn-Abd-al-malik ibn-Marwân; p. 255, 264 (fol. 97 v., 100 v.) Kotzaijir 'Azza; p. 272 (fol. 105 r.) Abu-Dzowaib al-Hodzalî (Khowailid ibn-Khâlid); p. 275 (fol. 107 r.) De versu poëtae incerti (p. ٢٥٩):

ولئن نطقت بشكر برّك مفصحا فلسان حالى بالشكاية انطق

p. 276 (fol. 107 v.) De versu poëtae incerti (p. ٢٦٠):

الضاربين بكلّ ابيض مخذم والطاعنين مجامع الاضغان

---

1) Ed. فان.

2) In Cod. 695 Zaid ibn-Salama pro Jazîd ibn-Maslamah.

p. 276 (fol. 107 v.) Zijâd al-a'djam (الاعجم); p. 282 (fol. 108 v.) Di'bil (دعبل); p. 295 (fol. 115 r.) Abu-Dolâma (زند بن الجون); p. 312 (fol. 125 r.) Amr ibn-Ma'dî-Kariba; p. 319 (fol. 128 r.) Abu-الرقعمق (Ahmed ibn-Mohammed al-Antâkî); p. 323, 574, 576 (fol. 129 v., 213 v., 215 r.) Djarîr; p. 330 (fol. 131 r.) Ibn-Haijus (ابن حيوس بحاء مهملة وياء تحتية مشددة مضمومة وواو ساكنة بعدها سين مهملة) (Abu-'l-Fitjân Mohammed ibn-Soltân ibn-Mohammed ibn-Haijus; cognomen gerebat Mostafâ-ad-daula); p 335, 640 (fol. 132 v., 243 v.) Abu-'l-Atâhija; p. 348 (fol. 137 r.) al-Motalammis; p. 360 (fol. 140 r.) De versu poëtae incerti (p. ٢٣٣v):

وشوهاء تعدو بى الى صارخ الوغى بمستلئم مثل الفنيق المرحل

p. 360 (fol. 140 r.) Qatâda [1]) ibn-Maslama; p. 367 (fol. 141 v.) Amr ibn-al-Aiham [2]) at-Tza'labî; p. 374, 506, 513, 522 (fol. 143 v., 185 r., 187 r., 192 r.) al-Qâdhî al-Arradjânî (الارّجانى) (Ahmed ibn-Mohammed ibn-al-Hosain ibn-Alî [3]), Nâçih-ad-dîn); p. 380 (fol. 145 v.) De versu poëtae incerti (p. ٣٥٥):

اسكر بالامس ان[4]) عزمت على الشرب غدا ان ذا من العجب

p. 384 (fol. 147 v.) Moslim ibn-al-Walîd *Çarî'-al-ghawânî*); p. 393 (fol. 151 r.) De versu qui ex lingua Persica in Arabicam versus est (p. ٣٩v):

لو لم تكن نية الجوزاء خدمته لما رايت عليها عقد منتطق

p. 406 (fol. 153 r.) al-Komait; p. 419 (fol. 157 r.) Badî'-az-zamân al-Hamadzânî; p. 445 (fol. 162 v.) Lailâ bint-Tarîf as-Schaibânî (deque hujus feminae fratre al-Walîd ibn-Tarîf); p. 449 (fol. 164 v.) De versu (p. ٤١v):

بالله يا ظبيات القاع قلن لنا ليلاى منكنّ ام ليلى من البشر

1) Cod. 38 *Obâd*; Cod. 695 Obâda ibn-Moslim; cf. *Hamâsa* ٣٥٨.

2) In ed. p. ٣٤٤ male الاهتم. Cf. Ibn-Doraid p. ٢٠٣.

3) In ed. male additur بن.

4) Codd. اذا.

quem aut al-Madjnuno, aut Dzu-'r-Rommae, aut al-ʿArdjto, aut al-Hosaino ibn-Abdallah al-Ghazzî [1]), aut (quae opinio est al-Bâkharzîi in *Dimjat-al-qaçr*) Nomadi cuidam, Kâmil المنفقى [2]) dicto, tribuunt. At quum plurimi putent carmen ad quod hic versus pertinet, ab al-ʿArdjîo profectum esse, de hoc poëta hic agit auctor; p. 457 (fol. 166 v.) De versibus (p. ۴۲۴):

قلت طوّلت قال لا بل تطوّلـــت وابرمت قل حبل ودادى
قلت ثقلت اذا اتيت مرارا قال ثـقـلـت كاهـلى بالايادى

quos nonnulli Ibn-Haddjâdjo (Abu-Abdallah al-Hasan ibn-Ahmed) tribuunt (at in ejus *Diwâno*, ait auctor, eos non reperi), sed quos Sibt-ibn-al-Djauzî tribuit Mohammedi ibn-Ibrâhîm al-Asadî (الاسدى). De utroque hoc loco agit auctor [3]); p. 469 (fol. 170 r.) De versu (p. ۴۳۱):

ان يقتلوك فقد ثللت عروشهم بعتيبة [4]) بن الحارث بن شهاب

qui aut Rabîʿae ex Banu-Naçr ibn-Qoʿain [5]), aut Dâwudo ibn-Rabîʿa al-Asadîo tribuitur; de neutro hic agit auctor; p. 474, 481 (fol. 172 v., 174 r.) Abu-'l-Fath al-Bostî (Alî ibn-Mohammed al-kâtib); p. 493 (fol. 177 v.) al-Oqaischir (الاقيشر) (al-Moghîra ibn-Abdallah); p. 498 (fol. 180 v.) aç-Çimma al-Qoschairi (ibn-Abdallah ibn-at-Tofail ibn-Qorra ibn-Hobaira); p. 503 (fol. 182 v.) Dzu-'r-Romma; p. 507 (fol. 185 r.) at-Tzaʿâlibî; p. 510, 524, 622 (fol. 186 v., 193 r., 238 v.) Abu-Mohammed al-Qâsim al-Harîrî; p. 513 (fol. 187 v.) as-Sarî ar-Raffâ (السرى الرفا) al-Mauçilî (Ahmed al-Kindî); p. 518 (fol. 190 r.) Abdallah ibn-Mohammed ibn abî-ʿOjaina [6]) al-Mohallabî; p. 527 (fol. 194 r.) Abdallah ibn-az-Zabîr (sic pronuntiandum est, nam dicit auctor الزبير بفتح الزاى وكسر

1) الغريبى in Cod. 695, Cod. 38 العرى. Pro al-Hosain Codd. al-Hasan.

2) Edit. المنتقى.

3) Locus de Mohammede ibn-Ibrâhîm al-Asadî († 500), ex Imâd-ad-dîni opere (*al-Kharîdah?*) desumtus, exstat *in margine* Codicis 695.

4) Cod. 38 hic بعيسه (sic); deinde *Ojainah.*

5) Cod. 38 من بنى نصر بن فعين (sic); Cod. 695: من بنى نضر بن فعين

6) Cod. 38 *Obaid*; in ed. desideratur ابى.

المرحدة البيداء) al-Asadî; p. 534 (fol. 197 r.) Ma'n ibn-Aus al-Mozanî; p. 565 (fol. 209 v.) Abu-Zijâd al-A'râbî (الاعرابى) (Jazîd ibn-al-Horr al-Kilâbî, vel Jazîd ibn-Abdallah ibn-al-Horr); p. 578 (fol. 217 v.) Abu-'s-Schîç (Abu-Dja'far Mohammed ibn-Razîn ibn-Solaimân ibn-Tamîm); p. 585 (fol. 220 v.) al-Afwah (الافوه) al-Audî (Çalât-ibn-Amr ibn-Mâlik ibn-'Auf ibn-al-Hâritz caet.); p. 594 (fol. 224 v.) Abu-'l-Qâsim ibn-al-Hasan al-Kâtibî; p. 594 (fol. 225 r.) Ismâîl ibn-'Abbâd, aç-Çâhib dictus; p. 612 (fol. 234 r.) De versibus (p. ٥٩٤):

لئن اخطأت فى مدحك ما اخطأت فى منعى
لقد انزلت حاجاتى بواد غير ذى زرع

qui Ibn-ar-Rumîo tribuuntur, sed qui in *Kitâb-al-aghânî* tribuuntur Ismâîlo al-Qarâtîsîo. De posteriore poëta hic agit auctor; p. 613 (fol. 235 r.) De versu p. ٥٩٥):

قد كان ما خفت ان يكونا انا الى الله راجعونا

وقائله بعض المغاربة عند وفاة بعض اصحابه وذكر صاحب قلائد العقيان انه قيل فى الرئيس ابى عبد الرحمن محمد بن طاهر; p. 623 (fol. 239 r.) Ibn-abî-'l-Açba' (الاصبع) (Zakî-ad-dîn Abd-al-'Athîm); p. 652 (fol. 249 r.) De versu poëtae incerti (p. ٦٠٠):

المستجير[1] بعمرو عند كربته كالمستجير من الرمضاء بالنار

p. 668 (fol. 255 v.) al-Aschdja' (الاشجع) as-Solamî; p. 671 (fol. 257 r.) Ibn-Moqâtil ad-dharîr; p. 672 (fol. 257 v.) Abu-Mohammed al-khâzin (Abdallah ibn-Ahmed); p. 679 (fol. 260 r.) Abu-'l-Faradj as-Sâwî; p. 698 (fol. 271 r.) De versu (p. ٦٤١):

بقيت بقاء الدهر يا كهف اهله وهذا دعاء للبرية شامل

qui aut Abu-'l-'Alâo aut al-Motanabbîo tribuitur, sed quem auctor in neutrius *Dîwâno* invenit.

Nitidissimus Codex, 699 paginas continens, anno 1031 exaratus est.

---

1) Edit. المستجير.

CCCXVI. (Cod. 695 Warn.)

Altera redactio ejusdem operis, facta a Badr-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-al-Ghazzî al-Amirî (العامرى) as-Schâfi'î, anno 937, Constantinopoli, in domo auctoris Abd-ar-Rahîm al-Abbâsî. Perpauca omisit et nonnulla addidit.

Hic Codex longe meliorem textum quam praecedens offert.

Alia exempl.: Bodl. 1198; Havn. 202; Mus. Asiat. Petrop.; Brill (Houts.) 212; Köprülü 1432, 1433. Compendium ut vid. Berol. (Landberg) 482. Editio Qahirensis anno 1274 prodiit.

CCCXVII. (Cod. 328 Warn.)

«رَوْضُ الأَذْهَانِ، فِى عِلْمِ البَيَان» auctore Badr-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-Mohammed ibn-Abdallah *ibn-Mâlik*, qui anno 686 Damasci obiit [1]).

Liber divisus est in duas partes (قسم) quarum prima agit de علم المعانى, altera de علم البيان.

Codex currente calamo et ineleganter exaratus est. Finis desideratur, sed Codex scriptus videtur quum auctor adhuc in vivis esset, nam post ejus nomen, in initio libri, leguntur verba: متعنا الله بطول بقائه. Aliud exemplar mihi non innotuit.

CCCXVIII. (Cod. 2134 = Amîn 415).

«الفَلَكُ الدَّائِر، عَلَى المَثَلِ السَّائِر» sive refutatio errorum quos commisit *Ibn-al-Atzîr* († 637) in opere suo: المَثَلُ السائرُ فى آداب الكاتب والشاعر auctore 'Izz-ad-dîn Abd-al-Hamîd ibn-Hibat-allah al-Madâinî vulgo *Ibn-abi-'l-Hadîd* dicto († 655). Cf. H. Khal. IV, 464 n. 9190 et V, 373.

---

1) Cf. Ibn-Habîb in *Orient.* II, p. 277, qui eum *Abu-'l-Fadhl* vocat, quum in nostro Codice *Abu-Abdallah* scriptum sit. Nomen relativum in nostro Codice الجَيَّانى vel الجَنَّانى esse videtur.

Apographon recens est. Alia exemplar. Ms. Escur. n. 240 (1); Brill (Houts.) 230.

CCCXIX. (Cod. 868 (1) Warn. p. 1—277).

نُصْرَةُ ٱلثَّائِرِ عَلَى ٱلْمَثَلِ ٱلسَّائِرِ. Liber ejusdem generis quem *Çalâh-ad-dîn* Khalîl ibn-Aibek *aç-Çafadî* († 764) composuit ut notaret et refelleret errores commissos ab Ibn-al-Atzîr in libro supra laudato. De aç-Çafadîi opere cf. Hoogvliet, *Divers. script. loci caet.*, p. 152—158, ubi locus editus est ex hoc nitido Codice, qui anno 1031 scriptus est, 277 pp. continet et unicus in Europa videtur.

CCCXX. (Cod. 868 (2) Warn. p. 280—377).

جِنَانُ ٱلْجِنَاسِ. Agit hic liber, anno 1300 Hidjrae CPoli editus, ab aç-Çafadîo († 764) compositus, de paronomasia (quae jam in titulo adest), quam figuram Arabes aut تَجْنِيس, aut مُجَانَسَة, aut جِنَاس, aut تَجَانُس vocant (v. hujus Codicis p. 288). Continet duas *Moqaddama* (quarum prima تشتمل على اشتقاق الجناس لغةً وبيان تصرّف مادّته فى الصور التى تتركّب منها عند تقديم بعض الاجزاء على بعض وذكر حدوده ورسومه وما فى ذلك من مباحثه وبيان ما يقبح منه وما يحسن, altera تشتمل على انواعه وتسميتها وكيفيّة انقسامها وحصرها بدليل السَّبْر والتقسيم), i. e. *theoriam* (العلم), et *natîdja*, i. e. *praxin* (العمل), varia scilicet aç-Çafadîi carmina, alphabetice disposita, in quibus paronomasia usus est. Perpauca desunt, nempe carmina quorum qâfija est litera ى.

Haec pars Codicis qui 97 pag. continet, eadem manu exarata est atque praecedens. Alia exemplar. asservantur in Bibl. Mus. Asiat. Petrop.; Bibl. Escur. (Derenb.) 429 (2).

CCCXXI. (Cod. 2076 = Amîn 353).

اخْتِرَاعُ الخَرَعِ[1]) auctore eodem *aç-Çafadî.* Cf. H. Khal. I, 192, n. 247. Opusculum versatur in explicatione duorum versuum .

لو كنت بكتوت امراة جارية الفضل وكان اكل الشعير فى البرد ملبسك

لا بد من الطلوع الى بيرك فى الليل وظلام النهار متّصح

Explicatione sane indigent haec verba quae primo obtutu sensu et metro carere videntur, quapropter Commentator explicat 1° verba, 2° syntaxin, 3° ما فيهما من التاريخ وتقرير المعنى; 4° البديع; 5° metrum et 6° homoeoteleuton.

Prima pars Codicis (sunt tantum quindecim folia) charactere maghrebino exarata est, sed ultima folia a diversis manibus addita sunt. Aliud exemplar mihi non innotuit.

CCCXXII. (Cod. 989 (9) Warn. fol. 106—117).

Tractatus rhetoricus (جزء فى آداب المتكلّم), quem محمد بن علىّ الزُهْرَة الحسينىّ الحلبىّ concinnavit ex operibus Abu-'l-Hasani Alî ibn-Mohammed ibn-Habîb al-Mâwardî († 450). Agit de 4 conditionibus, orationi positis, quarum 1a ان يكون [الى] الكلام لِدَاعٍ يدعو اليه اما فى اجتلاب نفع او دفع ضرر; 2a ان يأتى به فى موضعه et ان يقتصر منه على قدر حاجته; 3a ويتوخّى به اصابة فرصته 4a ان يتخيّر اللفظ الذى هو يتكلّم به.

Tractatus 12 foliorum, anno 828 nitide scriptus.

Sequuntur in Codice duo folia, quae fragmentum lexici orthoëpici continent Qâmûso recentioris.

CCCXXIII. (Cod. 2079 = Amîn 356).

الكافِيَةُ البَدِيعِيَّةُ vel القصيدةُ البديعيَّةُ auctore *Çafî-ad-dîn* Abu-

1) H. Kh. الخراع male ut vid.

'l-Fadhl Abd-al-Azîz ibn-Sarâjâ *al-Hillî* († 750) [1]). Carmen compositum est in laudem Prophetae eo autem consilio ut varia genera ornate dicendi exempla praeberentur.

Codex 10 foliis constans anni nota caret, sed satis distincte exaratus est.

CCCXXIV. Cod. 624 (2) Warn. fol. 106 v.—114).

Ejusdem carminis alterum exemplar. In margine addita est imitatio hujus carminis auctore Badr-ad-dîn Hasan, qui vulgo *Makhzum at-Tahhân* dicebatur, de quo autem nihil compertum habemus [2]).

Incipit liber hoc modo [3]): قال الشيخ صفى الدين الحلى رحمه الله كانت قد عرضت لى علّةٌ طالت مدّتها وامتدّت واتّفق لى ان رايتُ فى المنام، رسالة من النبى عليه السلام، يتقاضا فى المدح وبعد البرء من السقام، فنظمتُ هذه القصيدة وهى تجمع اشتات البديع، وتتطرز بمدحه الرفيع، فنظمتُ مائة وخمسة واربعين بيتا فى بحر البسيط يشتمل على مائة واحدى وخمسين نوعا من محاسنه ومن عدّ جملة اصناف التجنيس نوعا واحدا مائة واربعين نوعا وهذا القصيد المشار اليها.

Sequitur ipsum carmen, quod incipit hoc modo:

براعة المطلع وتجنيس المركب والمفرى [4])

---

1) H. Khal. II, 33, ait eum hoc opus anno 757 absolvisse, sed pugnat cum testimonio Ibn-Habîbi (*Orient.* II, p. 393), qui contendit Çafî-ad-dînum anno 750 obiisse. Cf. Dorn, Cat. Bibl. Imp. Petrop. p. 133. Mehren, Die Rhetorik der Arab. p. 281 habet 795 typothetae errore pro 759.

2) In Cat. Cod. Mus. Brit. p. 509a laudatur quidam Ibn-at-Tahhân qui anno 918 inter vivos erat, fortasse hujus pater intelligitur.

3) In Codice praecedente praefatio non exstat.

4) In Cod. praec. براعة الاستهلال والتجنيس المركب والمشتبه.

ان جئْتَ سَلْعًا فسَلْ عن جيرة العَلَمِ   واْقْرى السلامَ على عُرْبٍ بذى سَلَمِ

اسم مكان   اسم مكان

تجنيس التلفيق [1]

فقد ضَمِنتُ وجودَ الدمع من عَدَمى   لهم ولم أستطعْ مع ذاك مَنْعَ دَمى

In subscriptione legitur: وهذا ختام القصيدة البديعية غفر الله لكاتبها الخ.

Alterum illud carmen quod in margine reperitur sic inscriptum est: قال الشيخ الامام العالم العلامة العامل فريد دهره ووحيد عصره بدر الدين حسن الشهير بمخزوم الطحان مسمطا لبديعية الشيخ الفاضل والامام العاقل صفى الدين عبد العزيز بن لحاسن (? sic) بن سرايا الحلى عفا الله عنه امين ❁

عن جانب الحى بين البان والاكم   ساروا وسرتُ على اثار ركبهم
فصاح بى صاحبى يا صاحب الهمم   وقل بما نلتم فى الحب من عظمى

Codex, anno 930 exaratus, mendis non caret, ut ex iis quae descripsi lectori jam patuit. (Çafî-ad-dîni Hillensis البديعية reperitur Mus. Brit. 1441; Gotha 2793; Berol. (Ahlw.) 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629 et 630 (Comm.), (Landberg) 431, 494, 800, 1021 (2); Havn. 242 (11); Petrop. 139 (3); Mus. Asiat. Petrop.; Escur. 240 (2), 390 (1); Brill (Houts.) 697 (1) caet.

CCCXXV. (Cod. 758 Warn.)

خِزَانَةُ الأَدَبِ [2]) vel بَدِيعِيَّةُ ابن حِجَّة vel تَقْدِيمُ أَبِى بَكْرٍ auctore Abu-'l-Mahâsin Taqî-ad-dîn Abu-Bakr *ibn-Hiddja* al-Qâdirî al-Hamawî al-Hanafî († 837).

Est poëma quod Ibn-Hiddja, carmen *Borda* dictum imitatus,

---

1) In Cod. praec. الملفق.

2) In nostro Codice: شرح البديعية المسمى بخزانة الادب وهى الخزانة الكبرى للشيخ الخ.

in laudem Prophetae composuit (rogante Mohammed ibn-al-Bârizî (البارزى) al-Djohanî (الجهنى) صاحب دواوين الانشاء الشريف بالممالك الاسلامية المحروسة et quidem eo consilio, ut variarum figurarum rhetoricarum exempla praeberet, quod jam antea fecerant ʻIzz-ad-dîn al-Mauçilî et Çafî-ad-dîn al-Hillî. Additus est amplissimus Commentarius, qui de rhetorica agit et eundem Ibn-Hiddja auctorem habet. Cf. imprimis Pusey (p. 611 sq.) qui operis praefationem edidit [1]).

Est opus quod Arabes maximo in honore habent. Magnificas laudes quibus illud ornavit Ibn-Hadjar, jam dedit H. Khal. In fronte nostri Codicis leguntur hi duo versus Abdallahi الدنوسرى:

قَولُ أَبْنِ حِجَّةَ حُجَّةٌ فى ضبط انواع البديع
فهو الامام المرتضى قد فاق بالفضل البديع

et praeterea in primo folio:

وقائلة ما هذه النسخة التى اراك عليها طول ليلك ساهرا
فقلت لها كفى ملامك انها خزائن اداب مُلِئْنَ جواهرا

Spissus hic Codex scriptus est anno 1014.

CCCXXVI. (Cod. 72 (1) Gol. fol. 1—248).

Aliud exemplar ejusdem operis, sine anni nota, sed aeque ac praecedens, perspicue scriptum.

Alia exempl.: Cod. Paris. 1381 qui satis bene et 1382 qui male descriptus est, 1412; Bodl. (Uri) 1202 (cf. Pusey l.l.), 1261 (in eadem Bibl. sunt quaedam excerpta a Sikio facta; v. (Nic.) 393, 7°, 9° et 11°); Cantabrig. (Preston 28) 8; Lee 118 (?); Goth. 2795, 2796; Berol. (Ahlw.) 681, 682, 683 (textus), 684, 685, (Landberg) 246; Monac. 569; (Lips. 327, fol. 39 r. — 50 v., continet tantum ipsum poëma cum glossis, distichis interjectis, non vero amplum Ibn-Hiddjae Commentarium); Havn. 204, 205; Escur. 294 etc.

---

1) Ultima verba legenda sunt: وهل يقتدى ابو بكر بغَيْرِ محمد; Puseyus perperam dedit غبير.

Textus carminis jam bis editus est, qua de re cf. Pertsch, Cat. Goth. ad num. 2795.

CCCXXVII. (Cod. 442 (2) Warn. fol. 68—160).

كتاب كَشْف اللّثام، عَنْ وَجْه التَّوْرِيَة والاسْتخدام" auctore Taqî-ad-dîn Abu-Bakr ibn-Alî *ibn-Hiddja* al-Hamawî († 837). Opus a H. Khal. non memoratum agit de illa figura rhetorica quae التورية, الايهام, التوجيه sive التخييل appellatur et cujus quatuor sunt species, nempe المجرّدة, المبيّنة, المرشّحة et المهيّئة.

De eodem argumento antea scripserat Çalâh-ad-dîn aç-Çafadî opus c. t. فضّ الختام عن التورية والاستخدام, cujus vero liber, cf. Ms. Escur. (Derenb.) 219 (2), 429 (1), 430, judice nostro auctore, argumentum non exhauserat, nec dederat quod promiserat. Ibn-Hiddja hunc librum edidit aliquanto postquam publicaverat opus suum تقديم ابى بكر (H. Khal. II, p. 34). Prosa ornatiore conscriptus est et quam plurimos versus continet imprimis recentiorum poetarum.

Codex anno 1035 exaratus est.

Alter. ex. Mus. Asiat. Petrop. (Gottwaldt p. 4).

CCCXXVIII. (Cod. 2062 = Amîn 339).

الشفاء فى بديع الاكتفاء auctore Schams-ad-dîn Mohammed *an-Nawâdjî* († 859). Cf. H. Khal. IV, 56 n. 7611 ubi male الباداجى, qua de re cf. Pertsch in Cat. Goth. n. 2823, ubi alterum exemplar describitur. Alii Codices Escurial. ibidem recensentur quibus addend. Brill (Houts.) 231.

Codex teste subscriptione anno 1095 scriptus est (34 folia).

CCCXXIX. (Cod. 875 (1) Warn. fol. 2—54).

زَهْر الرَّبيع، فى شَوَاهِد البَدِيع" auctore *Nâçir-ad-dîn* Mohammed

ibn-Abdallah *ibn-Qarqamâs* († 882). Compendium in 43 capita divisum.

Codex anno 992 exaratus est.

CCCXXX. (Cod. 72 (2) Gol. fol. 249—276).

Idem opus sine anni nota.

Alia exempl.: Goth. 2797; Mus. Asiat. Petrop.; Lund 2; Escur. 245 (1), 246.

CCCXXXI. (Cod. 2127 = Amîn 408).

„الغَيْثُ المُرِيع، على زَهْرِ الرَّبِيع، فى شَوَاهِدِ البَدِيع“, Commentarius quem ipse *Ibn-Qarqamâs* conscripsit in librum praecedentem. Cf. H. Khal. III, 548, n. 6894. Hic Codex tantum secundum volumen continet inde a capite XXI usque ad finem (cap. 43) omisso uno folio quod in hujus Codicis archetypo in fine deesse librarius adnotavit. Volumen magna cura anno 1283 descripserunt Abu-'l-Wafâ al-Hurîni et Abd-al-Hamîd-bey de quo vide infra loco in Indice laudando.

Sunt 210 folia quae olim fuerunt e libris Hosain Sirri-Pâschâ.

CCCXXXII. (Cod. 795 (2) Warn. fol. 9—10).

رسالة فى الاستعارات vulgo secundum nomen auctoris Abu-'l-Qâsim ibn-abi-Bakr *al-Laitzî as-Samarqandî*, qui circiter anno 888 scripsit, السمرقندية dictum. Cf. H. Khal. III, 364 qui ejusdem tractatus mentionem facit sub titulo: فرائد الفوائد لتحقيق معانى الاستعارة (IV, 392). Cf. Pertsch ad Cod. Goth. n. 2799 qui de ceteris exemplaribus retulit. In nostro Codice falsa praemittitur inscriptio: رسالة مجاز واستعارات لابن كمال باشا رحمة. Nonnulla sed pauca glossemata e Commentario cujusdam as-Schomonnî (شمنى) in margine exstant. Haec omnia negligenter exarata sunt sicut folium sequens (11) in quo leguntur fragmenta duorum tractatuum Djalâl-ad-dîn ad-Dauwânî.

CCCXXXIII. (Cod. 2266 = Amîn 548).

Aliud exemplar ejusdem opusculi multis glossematibus instructum. Sunt quinque folia bene exarata anno 1106.

CCCXXXIV. (Cod. 740 (9) Warn. fol. 232—246).

Commentarius in opusculum modo descriptum cujus auctor est *Içam-ad-dîn* Ibrâhîm ibn-Mohammed ibn-Arabschâh *al-Isfarâinî* († 942). Cf. Pertsch l.l. ad num. 2800. In margine sunt annotationes Menlae-Zâdeh. Codex nitide exaratus est.

CCCXXXV. (Cod. 2261 = Amîn 543).

Glossemata in Commentarium modo laudatum auctore Mohammed ibn-Alî *aç-Çabbân* († 1206). Cf. Djabartî, Historia Aegypti (عجائب الاثار) II, ٢٢٧.

Codex manu auctoris exaratus est anno 1185. Anno 1299 Qâhirae typis expressus est (Brill 427).

CCCXXXVI. (Cod. 2262 = Amîn 544).

تَنْقِيحُ الفِكْرِ وَثَمَرُ المُؤَلَّفات. Glossemata edita ab Ahmed ibn-Junos al-Khalîfî in Commentarium dictum الشرح الصغير quem conscripsit magister ejus Ahmed al-Malawî in eundem tractatum as-Samarqandîi.

Codicem anno 1216 exaravit Ibrâhîm Hidjâzî as-Sindijunî.

Aliud exemplar: Brill (Houtsm.) 238 (1).

CCCXXXVII. (Cod. 1053 (1) Warn. fol. 2—96).

الجَوَاهِرُ المُفْتَخِرَه، مِنَ الكِنَايَاتِ المُعْتَبِرَه auctore Mohammed an-No'mân ibn-Mohammed ibn-Irâq (عراق), qui ita praefatur انّى لما تصفحتُ كتاب الكنايات للقاضى ابى العبّاس احمد بن محمّد الجرجانىّ

تغمّده الله برحمته واسكنه فسيح جنّته وكتاب الكنايات والتعريض تاليف ابى منصور عبد الملك بن محمّد بن اسمعيل الثعالبى النيسابورى رحمه اعجبت بهما غاية الاعجاب وازالا عنّى اللبس والارتياب فاحببت ان اجمع لى مؤلّفا فى هذا الفنّ جامعًا لمحاسن الكتابين وزيادة باحسن تاليف الخ. Libri al-Djordjânîi († 482) exemplar conservatur in bibliotheca Mus. Asiat. Petrop. (cf. H. Khal. V, p. 245), librum Tzaʿâlibîi († 430) exhibet Cod. Caes. Vindob. 84 (2), vid. *Cat.* I, p. 95. Auctor divisit suum opus in 8 capita, quibus praemisit specimina quaedam metonymiae et historiolas nonnullas: الباب الاول من الكنايات الواردة فى القران. والاخبار والاثار وفيه فصلان، الباب الثانى من الكنايات فى ايراد الالفاظ باطنها بخلاف ظاهرها وتادية المعنى الى المخاطب بما يخفى على الحاضر السامع ونبذ من الرموز الجارية بين الادباء ومداعباتهم بمعاريض لا يفطن لها الّا البلغاء وفيه ثلاثة فصول، الباب الثالث من الكنايات عن الصنعة الخسيسة بالفاظ تحسنها ووصف الاشياء بغير صفتها بالطف عبارة مع قلب المعانى عن صيغتها وفيه فصلان، الباب الرابع من الكنايات فى المسمّى والمكنّى فى الاسماء المسمّاة ونبذ من الكنايات المختلفة والفنون المتفرّقة بالفاظ متخيّرة والعدل عن الالفاظ المتطير منها الى غيرها وفيه ثلاثة فصول، الباب الخامس من الكنايات فيمن تمثّل بشعر كنّا به عن امر يريده من هجو ومدح والتخلّص من الكذب بالتورية عنه وفيه فصلان، الباب السادس من الكنايات عن الاطعمة والاشربة ونبذ من انواع الكنايات وفيه ثلاثة فصول، الباب السابع من الكنايات عن الغلمان واوصافهم واحوالهم وعن القيادة وعن قلّة غيرة الازواج وعن ما يخرج من الانسان من حدث او ريح وفيه اربعة فصول، الباب الثامن من الكنايات عن ما تكنّى به المراة وعن الحرائر من النساء والزوانى والفاسقات وعن الجماع وعن صفات

النساء فى البكارة والثيوبة وعن الحيض وفيه اربعة فصول. Auctor hujus libri floruit saeculo decimo, inter auctores enim quos laudat, imprimis in alio opere ejusdem hujus Codicis mox describendo, sunt as-Sojutî († 911) et Abd-an-Nâfi' ibn-(Mohammed ibn-)'Irâq, frater et magister ejus, cujus liber الاعتناء بمن يقتنى (H. Khal. I, p. 350) laudatur in opere الطراز المنقوش anno 991 composito.

Codex ab ipso auctore exaratus et collatus est.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

CCCXXXVIII. (Cod. 699 Warn.)

مَنْحُ السَّمِيعِ ، بِشَرْحِ تَمْلِيحِ ٱلْبَدِيعِ ، بِمَدِيحِ ٱلشَّفِيعِ«, Commentarius quo Abd-ar-Rahmân ibn-Ahmed ibn-Alî al-Homaidî († 995) [1]) illustravit poëma a semet ipso compactum in laudem Prophetae, hoc consilio ut varia artis ornate dicendi specimina ederet. Vid. H. Khal. II, p. 35 et 421.

Absolvit hunc Commentarium anno 993. Majorem Commentarium paucis annis ante inchoaverat s. t. فتح البديع.

Lubet pauca hic ex praefatione describere: وختمت الكلام على كل نوع بما وقع عليه الاختيار ، من كلام من سبقنى من البديعيين الذين عليهم فى الفنّ المعول والمدار«، واقتصرت على اربعة منهم مخافة الاكثار«، وهم الحلّى وابن المقرى ووجيه الدين عبد الرحمن اليمنى والجلال السيوطى وربما اتيت ببيت غيرهم اذا لم اجد لهم شيئًا من ذلك النوع فى بديعياتهم الخ. Ipsum carmen incipit hoc modo:

براعة المطلع والجناس الكامل والجناس الاشتقاقى.

رِدْ رَبْعَ أَسْمَا وَأَسْمَا مَا يُرَامُ رِمِ وَحَيِّ حَيًّا حَوَاهَا مَعْدِنَ ٱلْكَرَمِ

In fine operis alludit ad alia in honorem Prophetae carmina quae ediderat. In bibliotheca Upsal. eorum diwân servatur, in quo

1) Annus 1000 in Cat. Tornberg. Codd. Upsal. p. 91 error est et referendus ad annum quo Codex exaratus est.

hoc nostrum poëma reperitur (*Catal.* Tornberg, p. 91, n. 146) et apud Brill (Houts.) 35.

Codex anno 995 i. e. duobus annis post opus absolutum bene est exaratus.

Al. ex. Berol. (Ahlw.) 764; Paris, Suppl. 1465 (11), 1582; Escur. 354, 421—423.

CCCXXXIX. (Cod. 2264 = Amîn 546).

ٱلْإِيجَازْ فِي عِلْمِ ٱلْأَعْجَازْ auctore Dhijâ-ad-dîn Lotfallah ibn-Mohammed ibn-al-Ghijâtz († 1035) de quo vide Kholâçat-al-Atzar III, ٣٠٣; cf. quoque Loth, Cat. Ind. Off. 264, n. 954. Est quasi appendix ad librum saepius in praeced. laudatum c. t. تلخيص المفتاح et divisum est in praefationem et tria capita (فنون).

Codicem cum auctoris autographo e quo descriptus est anno 1093 contulit Alî ibn-Jahja al-Bartî. Cf. supra n. CCCVI.

CCCXL. (Cod. 2069 = Amîn 346).

ٱلْبَدِيعِيَّةُ, 'carmen de arte ornate dicendi', auctore *Alî ibn-Maʿçum* Mekkano († 1104) quod absolvit anno 1093, amplo Commentario ab ipso instructum. Gloriatur auctor in epilogo, si quis comparationem instituere velit inter hoc suum opus et ejusmodi بديعية, quod scripsit et commentatus est Ibn-Hiddja (vide supra n. CCCXXV), non negari posse ipsum multa specimina τοῦ بديع memoravisse, quae ille omiserit. Est sane opus magni ambitus, quum Codex noster qui solam secundam partem operis continet 220 folia impleat. In fine auctor descripsit vitas nonnullorum virorum, qui scribendis بديعيات inclaruerunt nempe Çafî-ad-dîn al-Hillî († 750); Schams-ad-dîn Djâbir al-Andalosî († 780); Abu-Djaʿfar Ahmed ibn-Jusof al-Qarmâtî († 779); Izz-ad-dîn al-Mauçilî († 789); Abu-Bakr ibn-Hiddja († 837); Scharaf-ad-dîn ibn-al-Moqrî († 837); Djalâl-ad-dîn as-Sojutî († 911); Wadjîh-ad-dîn al-ʿAlawî († c^a 920) et Abd-al-Qâdir Mohjî-ad-dîn at-Tabarî († 1030). Liber indice capitum instructus est, qui ad totum opus pertinet.

Codex bonae notae est ex ipso auctoris autographo descriptus. Aliud exemplar idque integrum: Brill (Houts.) 233.

CCCXLI. (Cod. 2269 = Amîn 551).

Carmen duo folia implens ad rhetoricam pertinens sine titulo vel nomine auctoris, sed inscribitur in involucro علاقات المجاز للشيخ البسومى. Primus versus hic est:

الحمد لله ذى الاحكام والحكم وباعث الخلق بعد الموت والعدم

Codex anno 1129 bene exaratus olim fuit e libris Hasan al-Djabartî.

CCCXLII. (Cod. 2270 = Amîn 552).

شَرْح نِهايَة الايْجاز فى الحَقيقة والمُجاز„ ab ipso auctore hujus tractatus scriptus, cui nomen fuit Lotfallah al-Arzanî secundum inscriptionem Schaikhi Amîn.

Codex anno 1184 exaratus est.

VII.

EPISTOLOGRAPHIA ETC.

(علم الانشاء)

CCCXLIII. (Cod. 873 Warn.)

Epistolae (رسائل) *Abu-Bakri al-Khowârizmî*, ut scriptum est in titulo, i. e. Abu-Bakr Mohammed ibn-al-Abbâs al-Khowârizmî, qui anno 383, vel 393, obiit (cf. Ibn-Khallicân in vita hujus viri, Fasc. VII, p. ٧٧ sq. ed. Wüstenfeld).

Perpaucae ex his epistolis titulo instructae sunt in nostro Codice. Etenim librarius vacua spatia reliquit, ut in posterum titulos minio scriberet; quod tamen facere fere semper neglexit. Praeter alios, sequentes tamen tituli occurrunt: in initio post *bismillam*: هذه رسائل الاستاذ ابى بكر الخوارزمى رحمه الله تعالى، كتب بها الى الحاجب ابى اسحق لما نكبه الوزير ابن عبّاد رحمه الله تعالى; ad Abu-'l-Faradj, vicarium wazîri in urbe Nîsâbur (in ed. Cpol. p. ١٢٥); ad Abu-Hâmid (ib. p. ١٤٦); ad Abu-Bakr Bahras; ad Abu-Sa'îd Radjâ ibn-al-Walîd al-Içfahânî; ad Ibn-al-'Amîd; ad Abu-'l-Qâsim ابى المندار (ed. p. ١٥٠ الامير البندار); ad Ibn-Samaka; ad Abu-Bakr grammaticum, اديب الجبل واصفهان; ad Abu-Bakr بن شيمرد; ad wazîrum et ad discipulum (p. ١٥٥).

Codex, 60 folia continens, anni nota caret, sed non antiquus est.

CCCXLIV. (Cod. 2136 = Amîn 417).

Exiguum fragmentum ejusdem libri quod jam explicit in epistola quae legitur in editione Constantinopolitana p. 15, l. 7. Recens apographon.

Alia exemplaria Berol. (Wetzst.) 26; Tübing. 72; Bibl. Caes. Vindob. 279; Bibl. Mus. Asiat. Petrop.; Constantin. (Köprülü) 1274.

Editae sunt Bulâq anno 1279, Constantin. 1297 (Brill 8).

CCCXLV. (Cod. 766 Warn.)

Tertium volumen epistolarum (رسائل) *Abu-Ishâqi* Ibrâhîm ibn-Halîl (in titulo scriptum est هلال, sed in ipso Codice saepe هليل; Ibn-Khallicân habet Hilâl) ibn-Ibrâhîm ibn-Zahrun Harrânensis *Sabaei* († 384). Praemissae sunt huic Codici vita auctoris et vita ejus nepotis, Hilâl, ex Ibn-Khallicâne haustae, sed a longe recentiori manu exaratae quam quae ipsum Codicem scripsit.

Commendat se hoc opus, praestantissimis qui hic servantur Codicibus annumerandum, sed nondum a quopiam, quantum scio, exploratum, antiquitate et rerum tractatarum ubertate; vix dubium est quin multa conferre possit ad illustrandam historiam Orientis, decimo p. Chr. saeculo, illo tempore quo Bujidae rerum erant potiti. Est praeterea liber rarissimus, nam volumen quod hic habemus, unicum in Europa videtur.

Continet primo loco epistolas في المكاتبات, et quidem sequentes: Ad Abu-'l-Qâsim Alî ibn-al-Hosain ibn-Ibrâhîm, praefectum Baçrae. — fol. 6 r. Epist. ab Abu-Alî al-Hosain ibn-Mohammed al-Anbârî in urbe Wâsit ad auctorem nostrum scripta, quum hic vicarius esset wazîri Abu-'l-Fadhl al-Abbâs ibn-al-Hosain in regia sede Mo'izz-ad-daulae. — 7 v. Responsum ad praeced. epist. — 10 v. Ad fratrem suum, Abu-'l-Fadhl Djâbir ibn-Halîl. — 12 r. Responsum ad Abu-Ahmed al-Hosain ibn-Musâ Alidam praepositum (نقيب) Talibitarum, quum ipse Baçrae praefectus esset. — 13 v.

Nomino wazîri Abu-Mohammed al-Hosain ibn-Mohammed al-Mohallabî ad Abu-'l-Misk Kâfur al-Ikhschîdî. — 15 v. Nomine Moḥammedis ibn-Baqîja ad Abu-'l-Hosain Ahmed ibn-Mohammed (l. Mohammed ibn-Ahmed, uti infra; cf. Ibn-al-Athîr IX, ٣٩; obiit anno 376) al-Djordjânî al-kâtib. — 18 v. Ad filium suum Abu-Sa'îd Sinân. — 23 v. Nomine wazîri Abu-'l-Fadhl al-Abbâs ibn-al-Hosain as-Schîrâzî. — 25 v. Ad patruelem Abu-'l-Khattâb al-Mofaddhal ibn-Tzâbit Sabaeum. — 32 v. Ad Abu-'l-Hosain Mohammed ibn-Ahmed al-Djordjânî. — 33 v. Ad duos fratres Abu-Bakrum et Abu-Otzmânum, Mohammedem et Sa'îdum, filios Hâschimi, ex urbe Maucil poëtas qui الخالديّان vocabantur. — 35 v. Ad Abu-Dolaf Mohammed ibn-al-Mothaffar al-Anbârî al-Kâtib. — 37 v. Ad Abu-Sa'îd Bahrâm ibn-Ardaschîr Magum (المجوسي).

Absoluta hac parte, cui subscriptum est: هذا جميع ما انشاه في العتابات وبليه ما انشاه في الشفاعات, sequuntur epistolae في الشفاعات. Sunt sequentes: 41 v. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja ad Abu-'l-Hasan Obaidallah ibn-Mohammed, kâtibum emîri Fakhr-ad-daula Abu'l-Hasan, filii Rokn-ad-daula Abu-Alî, في البيه يشفع امر ابي عمرو عبد الله بن سعيد بن المرزبان, mense Schawwâli anni 366. — 43 r. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja ad Fakhr-ad-daulam de eodem argumento. — 44 r. Nomine 'Izz-ad-daulae ad Abu-Ahmed Khalaf ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Khalaf, praefectum Sidjistâni. — 46 v. Nomine 'Izz-ad-daulae ad 'Adhod-ad-daulam de Abu-Makhlad Abdallah ibn-Jahjâ. — 48 r. Ejusdem nomine ad Mowaijad-ad-daulam, filium Rokn-ad-daulae, de eodem Abu-Makhlad, anno 366. — 50 v. Ejusdem nomine ad Fakhr-ad-daulam Abu-'l-Hasan, filium Rokn-ad-daulae, de eodem viro. — 52 v. E. n. ad Abu-Alî كامله de eodem. — 53 v. E. n. ad Abu-'l-Fath Alî ibn-Mohammed ibn-al-'Amîd de eodem. — 55 v. E. n. ad feminam principem (الملكة), filiam 'Imâd-ad-daulae Abu-'l-Hasan, de eodem. — 57 v. Ad ostâdhum Abu-'l-Qâsim al-Motahhar (المطهّر) ibn-Abdallah. — 59 v. Ad Abu-Alî al-Hasan ibn-abi-'r-Raijân Hamd ibn-Mohammed. — 60 v. Ad qâdhi-'l-qodhât Abu-Mohammed ibn-Ma'ruf. — 62 r. Ad Mohammed ibn-Baqîja. — 64 v. Ad Abu-Sahl Sa'îd

ibn-al-Fadhl Magum. — 70 r. Ad Abu-Dja'far Mohammed ibn-Mas'ud ibn-Mâkula, kâtibum emîri Abu-Naçr, filium Adhod-ad-daulae Abu-Schodjâ'. — 71 v. Ad Abu-'r-Raijân Hamd ibn-Mohammed. — 72 v. Nomine 'Izz-ad-daulae ad Mowaijad-ad-daulam. — 75 v. Ad Abu-Alî Sabaeum. — 76 v. Nomine Ibn-Baqîjae ad 'Izz-ad-daulam. — 77 v. Ad Abu-'l-Hasan ibn-Schâdzân في امر صبيد الديلمك بسياقة بريا (sic) وهو انذالك في الاعتقال. — 78 v. Nomine 'Izz-ad-daulae ad Rokn-ad-daulam. — 81 v. Ejusdem nomine ad Fakhr-ad-daulam. — 81 v. E. n. ad Sahlân ibn-Mosâfir. — 82 v. Nomine wazîri ad eundem. — 84 r. Nomine 'Izz-ad-daulae ad Abu-'l-Hasan Obaidallah ibn-Mohammed. — 84 v. Ejusdem nomine ad 'Adhod-ad-daulam. — 86 r. Nomine Abu-'l-Fadhli al-Abbâs ad Abu-'l-Hasan, kâtibum Abu-Taghlibi, post mortem Mo'izz-ad-daulae. — 88 r., 90 v. et 92 r. Nomine 'Izz-ad-daulae ad 'Oddat-ad-daulam Abu-Taghlib. — 92 v. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja ad 'Adhod-ad-daulam. — 94 r. Ad Abu-Abdallah, عامل دير العاقول, de haereditate Abu-'l-Khattâbi. — 96 r. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja ad scharîfum Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-Omar. — 97 r. Ad Ibn-al-Qâdhî al-Hamadzânî. — 98 r. Ad Abu-'l-Faradj ibn-Zoraiq kâtibum. — 99 r. Ad hujus patrem Abu-'l-Hasan Alî ibn-Zoraiq. — 100 r. Ad praefectum Wâsiti بمسامحة في امر الصنيعة وغلامه. — 101 r. رقعة من الديوان. — 101 v. Nomine wazîri Ibn-Sa'dân ad aç-Çâhib in urbe Raij. — 102 v. Ejusdem nomine ad Fakhr-ad-daulam. — 103 r. Ad Abu-'l-Faradj Magum, qui Baçrae erat. — 104 r. Ad qâdhîum Abu-Omar al-Hâschimî.

Tertia hujus voluminis pars continet ما نفذ الى العمّال والمتصرّفين والنواحي. — 112 v. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja. — 115 r. Ad filium suum Abu-Sa'îd Sinân. — 117 v. Nomine 'Izz-ad daulae ad Fakhr-ad-daulam. — 122 r. Ad emîrum Abu-Taghlib. — 124 r. Nomine Çamçâm-ad-daulae ad populum urbis Wâsit. — 124 v. Edictum Bahâ-ad-daulae Abu-Naçr, filii Adhod-ad-daulae. — 126 v. نسخة تذكرة نفذت من واسط مع القاضى ابى بكر عن عزّ الدولة. — 127 v. نسخة امان. — 129 r. Nomine 'Izz-ad-daulae ad Abu-'l-Fawâris Hasnawaih. — 131 r. نسخة كتاب ورد من مدينة السلم

الى عزّ الدولة الى منصور وهو بواسط عند عصيان سُبُكتكين (c. vocal.) لحاجب عليه وهو كتاب ناقص اللفظ والمعنى دالّ على اختلال من كتبه وقلّة معرفته بالرسوم وانما كتبناه لينتلوه جوابه. — 133. Responsum, quod perlongum est, scriptum feria 2ª, die 8° mensis Moharramî anni 364; additur (142 r.) نسخة كتاب نفذ من واسط الى سبكتكين الحاجب عند عصيانه وقُرِن مع الجواب الذى كتبناه قبله; eodem die scripta est haec longa epistola atque praecedens; praeterea (150 v.) epistola, nomine ʿIzz-ad-daulae ad at-Tâjiʿ-lillah khalîfam ex Wâsiti urbe scripta, quae clàm (سرًّا) ad khalîfam missa est, simul cum Responso praecedente. — 154 r. Nomine ʿIzz-ad-daulae ex Wâsito ad qâdhi-'l-qodhât Abu-Mohammed Abdallah ibn-Maʿruf وقُرِن الى الكتاب الذى نُسِخ قبله. — 155 v. Nomine ʿIzz-ad-daulae ad Rokn-ad-daulam, ubi ille hujus auxilium implorat contra Saboktikîn, qui Bagdâdi rebellaverat. — 157 v., 159 v. et 161 v. Ad eundem de eodem argumento. — 164 r. Ad eundem nomine Mohammedis ibn-Baqîja. — 166 v. Responsum Rokn-ad-daulae. — 171 r. Nomine ʿIzz-ad-daulae ad ʿAdhod-ad-daulam; similiter 173 r., 175 r., 176 v., 178 r., 180 r. et v. — 183 v. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja ad ʿAdhod-ad-daulam. — 184 v. Nomine ʿIzz-ad-daulae ad Mowaijad-[1])ad-daulam Abu-Mançur. — 186 r. Ejusdem nomine ad ʿOddat-ad-daulam Abu-Taghlib, anno 364. — 189 v. نسخة كتاب قُرِئ على منبر واسط ايام عصيان الاتراك ببغداد من عزّ الدولة. — 192 r. Ad populum Bagdâdi. — 194 v. Nomine ʿIzz-ad-daulae ad Alftikîn Turcam quum, mortuo Saboktikîno, princeps Turcarum creatus esset; similiter 198 r. — 200 v. Ejusdem nomine ad Abu-'l-Fawâris Hasnawaih. — 202 v. Nomine Moʿizz-ad-daulae ad populum Omâni; ad eosdem nomine

1) In Codice scriptum est مويّد. Cf. supra, p. 152, ann. (1).

ʿIzz-ad-daulae 204 r. — 205 r. E. n. ad Abu-Taghlib. — 209 v. E. n. ad fratrem ʿOmdat-ad-daulam. — 211 r. Edictum in gratiam Sabaeorum, qui Harrâni, ar-Raqqae et in Dijâr-Modhar habitabant. — 213 r. نسخة تقليد ابى الحسن الشرطة بواسط. — 219 r. Nomine Mohammedis ibn-Baqîja وزارته فى ad khalîfam. — 220 v. Ad aç-Çâhib, qui tunc in urbe Raij erat. — 224 v. Nomine Çamçâm-ad-daulae ad حاجب الحجّاب Abu-'l-Qâsim Saʿd ibn-Mohammed qui tunc (anno scilicet 375) Nisibi erat ad bellum gerendum contra Bâd Kurdam. — 226 v. عن الحضرة عند القبض على ابى الريّان الى كل واحد من عمّال السواد.

Praeter has epistolas occurrunt aliae quaedam, quae peculiarem titulum non habent et quibus tantum superinscriptum est وكتب. Hoc volumen non est ultimum operis, nam in fine scriptum est: تمّ الجزؤ الثالث بتوفيق الله وعونه يتلوه فى الرابع بقيّة ما نفذ الى العمّال والمتصرّفين والنواحى.

Codex noster, haud minus quam opus ipsum, praestantissimus est. Anni nota caret quidem, sed antiquus est et bene conservatus; continet 228 folia, et singulae paginae 13 versibus constant; vocales haud raro adpictae sunt. In titulo lector annotavit اظنّ انه بخطّ العلّامة الاتقانى صاحب غاية البيان فى شرح الهداية. Quod si verum est, Codex dimidio priore saeculi octavi scriptus est; obiit enim hic vir doctus anno 758 (cf. H. Khal. VI, 482, Ibn-Kutlubuga, ed. Flügel, p. 13 seq.)

CCCXLVI. (Cod. 1093 (2) Warn. fol. 46—107).

الدُّرَرُ والغُرَرُ auctore Abu-'l-Hosain al-Ahwâzî, qui vixit saeculo quarto Hidjrae ut ex ipso libro patet. Epistolas enim datas continet ad emîros Abu-'l-Hâritz Mohammed ibn-Ahmed ibn-Farîghun (فريغون, additis vocalibus), Abu-'l-Asad al-Hâritz ibn-Mohammed,

Abu-Ahmed al-Hosain ibn-Tâhir [1]), Abu-'l-Qâsim Alî ibn-Mohammed al-Kâsânî et Abu-Mançur Naçr ibn-Ahmed († 331), hic occurrunt. De Ibn-Farîghûn autem cf. Monaddjim Bâschi II, p. ٢٧٠, Mirkhond. *Hist. des Samanides.* Text. pers. p. 67. Vers. p. 178; Ibn-al-Athîr IX, ١٠٣, Istakhrî p. ١٤٨, ٢٧٢, Ibn-Hauqal p. ٢٠٨, ٣٢٢, ٣٢٣.

Liber divisus est in decem capita (ابواب), quorum primum agit في الفاظ التحميدات وما يشاكلها continetque complures formulas τοῦ الحمد لله; prima est: ‹الحمد لله الاحد بلا ندّ يضارعه ويضاهيه والصّمد بلا ضدّ ينازعه ويباهيه» القاهر بلا ظهير يؤيّده وينجده‹ الفاطر بلا مشير يسدّده ويرشده». Secundum agit في الادعية continetque complures formulas quae a لا زلت et similibus incipiunt. Tertium في صدر الكتب وذكر الوصول, ut كتابى عن سلامة خصّنى الله منها بالقسم الاشمل الخ. Quartum في ذكر الصبوة والسلوة ووصف الصفاء والجفاء. Quintum في التهادى والتهانى. Sextum في وصف النكبات والتعازى. Septimum في الاسترضاء والاستعطاف والمعاتبة والمعاتبة. Octavum في التامبل والوسائل والشكر والشفاعات. Nonum في المدح والتعظيم والذم والتهاجين. Decimum في الامثال والمواعظ والاوصاف والنوادر والفاظ شتى ومعان مختلفة.

Omnia styli elegantioris, quo in epistolis utendum est, exempla, quae in hoc libro proponuntur, ab Abu-'l-Hosain al-Ahwâzî composita sunt; nullum ex alio sumsit auctore. »Nihil enim prodest," ait, »librum in alium librum transferre, scriptionem ex alia scriptione derivare." واخليته من كلام غيرى من السلف والخلف اذ لا فائدة في نقل كتاب الى كتاب واستخراج مصنّف من مصنّف.

---

1) Codice 443 (3) pro Ibn-Tâhir legitur السكرى i. e. السجزى, Sedjestâni princeps.

Absolutis decem capitibus, sequuntur septem paginae, sic inscriptae: وهذه زيادات من رسالة وزرقعة.

Hic Codex, nitide exaratus et multis vocalibus instructus, anno 630 scriptus est. Legatus est in usum pium in Bibliotheca dicta الفخرية الحسينية in urbe Caesarea. Continet 62 folia.

CCCXLVII. (Cod. 443 (3) Warn. fol. 88—108).

Idem opus, sed bene multa in hoc Codice omissa sunt. Liber praeterea plane diverso titulo instructus est, et auctor vocatur Abu-'l-Wafâ al-Hâtimî. Etenim sic inscriptus est: كتاب الترسّل وهو جواهر الكُتّاب وكنز الطُّلّاب مما ألّفه الشيخ الامام الاجلّ الاوحد معين (vel معز) الدين شرف الاسلام محيى السنة امام العراقيّين ابو الوفا الخاتمي نوّر الله مضجعه. Quod nomen fluxisse videtur e praefatione ubi occurrit in ambobus Codicibus dominus noster schaikh spectatissimus Abu-'l-Wafâ cui, ut videtur, auctor opus suum dedicavit.

Absolutis decem capitibus haec subscripta sunt: تمّ كتاب الرسائل — يتلوه كتاب كنز الكتّاب[1]. Appendix illa, quae in praecedente Codice exstat, hic non reperitur.

Hic Codex, qui 41 pp. continet, praecedente longe recentior est, sed ex annotatione possessoris patet, eum anno 948 antiquiorem esse.

CCCXLVIII. (Cod. 1049 Warn.)

Epistolae (رسائل), numero 40, celebrati coeci poëtae *Abu-'l-ʿAla* Ahmed ibn-Abdallah *al-Maʿarrî* († 449).

Collato H. Khal. (III, p. 459), qui ait epistolas Abu-'l-ʿAlâi tribus partibus constare, quarum prima perlongas epistolas vel tractatus continet, et totum opus 800 foliorum fasciculos (*korrâsa*)

---

1) Intelligitur sine dubio opus hujus tituli a Tzaʿâlibî conscriptum quod possidet Bibl. Vindobon. (n. 242 apud Flügel), nos autem non possidemus.

continere, jam statim hoc apparet, nos hic totum illud opus non habere, nam noster Codex longe minoris est ambitus, et *undecim* modo fasciculis foliorum octuplicatorum minorum constat; nihil praeterea continet ex iis quae prima parte contineri affirmat H. Khal. Cf. num. seq. Sed habemus certe secundam partem, nam epistolae quas illam partem continere affirmat H. Khal., inveniuntur in nostro Codice, qui post *bismillam* incipit hoc modo: هذه رسائل ابى العلاء احمد بن عبد الله بن سليمن التنوخى الضرير رهْنُ المحبسين واشياء جُمِعَتْ من كلامه ولم تكن المراسلة بينه وبين الناس كثيرة وانما اتّفق ذلك فى بعض الاحيان فمن ذلك رسالته الى ابى القسم الحسين بن على المغربى المعروفة برسالة المنيح. Haec رسالة المنيح commemoratur ab H. Khal., qui testatur illam in secunda parte inveniri; idem affirmat de رسالة الاغريض, quae secunda est in nostro Codice, ubi hunc titulum gerit: نسخة رسالته المعروفة برسالة الاغريض الى ابى القسم المغربى لما انفذ اليه مختصر اصلاح المنطق[1]) الذى الّفه وفيها وصف المختصر والثناء بفضله والتنبيه على كثرة فوائده. Continet praeterea sequentes epistolas: ٣ الى بعض اولياء السلطان يشفع فى صديق له كان عاملا يعرف بالحسين بن عنبسة بن عبد الله ٤ الى صديق له سأله ان ينقصه فى ترتيب المكاتبة ٥ فصل من كتاب الى رجل قبل ان الاسد اكله بعد ان غدر به المكارى واسم المكارى موسى ٦ الى رجل كانت له عند رجل مائة وستة وستون درهما فسأله ان يشترى بها فرسا ٧ الى خاله ابى القسم على بن سَبيكة عند طلوعه من العراق ووجد امه قد توفيت ولم يعلم قبل مقدمه بذلك ٨ الى اهل معرّة النعمن مقدمه من بغداد ولم يصل اليهم ٩ الى بعض العلوية ١٠ الى

1) De اصلاح المنطق, opere Ibn-as-Sikkîti, v. supra ad n. XLVI.

ابى طاهر المشرّف بن سُبَيْكة وهو ببغداد يذكر له امر شرح السيرافى وما جرى فيه من التعب ١١ الى ابى عمرو الاستراباذى فى امر شرح السيرافى ١٢ الى ابى طاهر بن سبيكة وكان قدم من العراق فاصابته طعنة فى بنانه واضرت به بعض الاضرار ١٣ الى ابى طاهر المشرف ابن على فى بعض أوْباته من العراق ١٤ الى ابى طاهر وقد بلغه انه قد عزم على المسير الى الفسطاط على غير طريق معرّة النعمن ١٥ من معرة النعمن الى ابى بكر محمد ابن احمد الصابونى البغدادى ١٦ الى الشيخ ابى احمد عبد السلام بن الحسين ١٧ الى خاله ابى القسم على بن محمد ابن سبيكة جوابا عن كتابه فى امر الشيخ ابى الحسن محمد بن سعيد بن سنان اعزه الله ١٨ الى خاله فى شان عجوز كانت تخدمه فاستدعاها الى حلب لضبط منزله فاعتلّ اخوها فارادت الخروج اليه ولحقت ابا العلاء علّة فاظهرت ان خروجها اليه وانه محتاج اليها ١٩ الى ابى منصور خازن دار العلم ببغداذ ٢٠ الى ابى الحسن على بن عبد المنعم بن سنان جوابا عن كتابه فى امر ابى الحسن محمد بن سعيد بن سنان ٢١ الى ابى القسم المغربى جوابا عن فصل كتبه اليه ٢٢ جواب لابى منصور محمد ابن سَبُكتكين ٢٣ الى بعض الشعراء ٢٤ الى ابى نصر صدقة بن يوسف الفلاحى لما استدناه الى حضرة الامير عزيز الدولة دام عزه ٢٥ الى القاضى ابى الطيب طاهر بن عبد الله بن طاهر ومقامه ببغداذ ولم يكمل الكتاب فيوصل اليه ٢٦ وكتب فى جملة الجواب الذى ذكر السوال عنه عُرام ٢٧ من جواب عن كتاب رجل يعرف بابى الحسين احمد بن عثمن النُّكتى البصرى. Haec epistola 40 paginas implens de poëtis eorumque شياطين agit. ٢٨ الى رجل جوابا عن رقعة كتبها اليه فى حال عدل من عدول القاضى ترك الشهادة

واستعفى منها ٢٩ يعزى بعض اصدقائه وهو خاله ابو القسم بن سبيكة باخيه ابى بكر وكان توفى بدمشق رحمه الله. Haec epistola 44 paginarum continet multa historica. ٣٠ تهنئة بمولود. ٣١ sine titulo ٣٢ الى القاضى ٣٣, ٣٤ sine titulo ٣٥ جوابًا لابى الحسن محمد بن سنان لما جاءه كتابه فى امر كليلة ودمنة وما تقدّم به السلطان اعز الله نصره من اختصار امثاله ٣٦, ٣٧, ٣٨ sine titulo. ٣٩ الى الشيخ الفاضل ابى الحسن بن سنان. ٤٠ sine titulo.

Hic unicus in Europa Codex, qui charactere nestalîk valde minuto sed eleganti exaratus est et 207 paginas continet, anni nota caret. Subscriptio haec est: هذا ما وُجِد من مكاتباته الى اصدقائه. كتبه الفقير محمد بن المنجم بن الصالحى عفا الله عنه

CCCXLIX. (Cod. 1876 = Amîn 131).

رسالة الملائكة auctore eodem *Abu-'l-ʿAlâ*. H. Khal. III, p. 459 ait hunc tractatum pertinere ad partem primam epistolarum auctoris, quarum secundam partem modo descripsimus ideoque h. l. recensuimus quamquam libellus minime ad epistolographiam pertinet. In hoc Cod. sequentia post doxologiam leguntur: وبعد فقد قال ابو الفضل مويّد بن موفّق الصاحبىّ فى كتاب الحكم البوالغ فى شرح الكلم النوابغ رسالة الملائكة الفها ابو العلاء المعرّى على جواب مسائل تعريفيّة القاها اليه بعض الطلبة فاجاب عنها بهذا الطريق الظريف المشتمل على الفوائد الانيقه ، مع صنورتها المستغربة الرشيقة". Sequitur deinde tractatus qui post bismillam incipit verbis ليس مولاى الشيخ ادام الله عزه باوّل رائد ظعن فى الارض العاربة فوجدها من النبات قفرا. Abu-'l-Fadhl Mowaijad ibn-Mowaffak aç-Çâhibî anno 640 etiam in vivis erat teste H. Khal. VI, 384.

Sunt 5 folia sine subscriptione sed scripta ab Ibn-Tulun († 953), de quo vide supra p. 129, n. CCXLIV.

CCCL. (Cod. 352 Warn.)

«التَّعْرِيف بالمُصْطَلَح الشَّرِيف», auctore Schihâb-ad-dîn Ahmed ibn-Jahjâ *ibn-Fadhl-allâh*, anno 749 mortuo, qui hoc opus non diu ante mortem conscripsit, nempe post annum 741 [1]). Est, ut ait Hammer (Catal. Mss. Ambros. p. 28) thesaurus rarus non tantum artis epistolographicae, sed etiam historiae illius temporis ad explicandas nempe relationes quae intercesserunt inter Sultanum Aegypti et alios reges ac principes. Divisus est liber in 7 partes quarum Ima inscribitur في رتب المكاتبات et continet praecepta et exempla epistolarum *a* ad Khalîfam ejusque futurum successorem, *b* ad Imâmum Zaiditarum in urbe Zabîd, *c* ad Emîros Mekkae, Medinae et al-Jamani, *d* ad principes Tilimsâni, Tunisi et Hispaniae, *e* ad reges Takruri, al-Bornu, al-Kânim, Dongolah. et regem supremum Abessiniae qui Andjirae sedem habet, *f* ad principes Mâridîni, Hiçn Kaifâ, Arzani, Badlîs (in Cod. تدليس) et Herât, *g* ad reges Gîlân (كيلان), Kurdorum et Turcarum, *h* ad reges Irâni et regionum orientalium, *i* ad reges infidelium (Constantinopolis, al-Kardj, Sîs, Sinope, Rodus, insula mastigis (المصطكا), Hispania), *k* ad vicarios et praefectos, *l* ad ceteros in 3 classes divisos 1. ارباب السيوف, 2. ارباب الاقلام, 3. اهل الصلاح, quae singulae subdividuntur.

Pars II (f. 33 r.) titulum habet في عادات العهود والتقاليد والتفاويض والتواقيع والمراسيم والمناشير, quae diplomata gradu tantum inter se differunt, ut fuse explicat auctor. Huc quoque pertinent *testamenta* (الوصايا) quorum singulis fere personis quodam munere

---

1) In praefatione auctor narrat se admodum juvenem conscripsisse similis argumenti opus الدستور inscriptum (الذى كنت عملته فى عنفوان الصبى بالابواب السلطانية لديوان الانشاء), quod deperditum esse videtur nec H. Khal. innotuit. — Librum التعريف post annum 741 esse conscriptum, apparet quum ex aliis, tum e loco in Parte VI, ubi agit de legatione a se hoc anno jussu Sultani suscepta.

fungentibus priva est formula et quibus complura folia consecrantur.

Pars III (f. 61 r.) agit في نسخ الايمان, jusjurandum magistratuum, deinde variae ejus formulae apud homines diversae religionis (Judaeos, Christianos, Jacobitas, Nestorianos, Samaritanos, Magos, Schî'itas, Ismâîlitas, Nizâritas, Imâmitas, Zaiditas, Druzos cet.)

Pars IV (f. 67 v.) في الامانات والدفن والهدن والمواصفات والمقاسخات, literae securitatis gradu diversae.

Pars V (f. 71 r.) في نطاق كل مملكة وما هو مضاف اليها من المدن والقلاع والرساتيق est descriptio geographica Aegypti et Syriae.

Pars VI (f. 75 v.) في مراكز البريد والحمام وهجن الثلج والمراكب المسفرة به في البحر والمنابر والمحرقات (Cod. semper التلج) nempe in Syria et Aegypto, quae multa scitu dignissima continet.

Pars VII (f. 82 v.) denique agit de iis quae describantur necesse est, quia saepius in epistolographia occurrunt; et in 7 sectiones divisa est, quarum 1ma agit de instrumentis et utensilibus (describuntur arma, machinae bellicae, insignia regia, res quae ad iter et quae ad venationem pertinent, mensurae, instrumenta musices, ludi et symposii), 2da de animalibus (describuntur jumenta, animalia rapacia, cet.), 3ta de locis (describuntur urbs, ruina, castellum cet.), 4ta de aqua et iis quae ad eam pertinent, 5ta de stellis, 6ta de temporibus diei, 7ma de tempestate. De singulis hisce datur brevis dissertatio, saepe una tantum phrasis, stilo epistolographico, quae scribae publico, de his et talibus rebus loquenti, exemplo et adminiculo sint.

Codex (105 foll.) festinanter nec sine mendis, sed nitide est exaratus anno 837.

Al. exempl.: Mus. Brit. 780; Bodl. (Uri) 427 et pars ejusdem libri (Nic.) 423 (2); Escur. 1634 et 1635. Ambros. 161 videtur altera redactio partium hujus operis I—IV.

CCCLI. (Cod. 670 Warn.)

الشَّتَوِيَّات. Collectio epistolarum, quas tempore hiemali annorum 744 et 745, quum terra Damascena nive vehementissima erat

obruta [1]), auctor et ipse scripsit et a viris doctis accepit. Hae epistolae, in quibus quisque, quomodo in tanta calamitate se habeat, quidve de ea sentiat, resonanti prosa vel carmine significat, ob stylum elegantiorem multo magis quam ob argumentum conspicuae sunt, et unice ut specimini essent orationis pulchrioris, editae mihi videntur.

Epistola *prima* scripta est ad قاضى القضاة تقى الدين السبكى, sequitur ejus responsum aliaeque epistolae ab utroque sibi invicem datae; epistola *sexta* scripta est ad الخطيب جمال الدين يوسف الصوفى, sequitur ejus responsum et sic deinceps litterae exstant ad الاديب جمال الدين بن نباتة المصرى († 768), ad القاضى زين الدين الصفدى الكاتب († 749), ad الاديب بدر الدين حسن الغزى († 753), ad الاديب شمس الدين محمد الخياط الدمشقى الشاعر († 756), ad القاضى جمال الدين ابو الطيب الحسين السبكى († 755) et ad complures hujus temporis viros celebriores. Liber titulum non habet, nec in praefatione nomen auctoris memoratur. Est autem sine dubio idem celeberrimus Schihâb-ad-dîn *Ibn-Fadhl-allah* († 749). In epistola enim ad auctorem data quae occurrit f. 52 r. ita designatur (in fine):

فالله يحرس سيدى ذا الفضل والحلم الصفوح
فالفضل لابن الفضل حل عن سواه فى جنوح [2])
السيد القاضى شهاب الدين ذى الشرف اللقوح
فهو الولى ابن الولى ابن الامام ابى الفتوح [3])
العارف الفاروق ذى الاحساب والنسب الصريح

Codex, 146 folia complectens, anno 856 nitide scriptus est. Alterum exemplar mihi non innotuit.

1) Cf. de hac nive Ibn-Habîb, Cod. 425 p. 424 sq., qui etiam fere omnes viros doctos, de quibus hic sermo est, memorat, et Sojutî apud Kosegarten *Chrest.* p. 166.
2) Cod. s. p.
3) Praecedentem versum omisi. — Intelligitur Khalifa Omar ibn-al-Khattâb e cujus posteris revera Ibn-Fadhl-allâh erat. Scripsit ideo librum de benemeritis Omaridarum. H. Khal. IV, 467, n. 9212. Cf. Orient. II, 389.

CCCLII. (Cod. 11 (1) Gol. fol. 1—49).

Continet hic Codex epistolas, anno 763 et 764 cum a Lisân-ad-dîn ibn-al-Khatîb, wazîro Granatensi, scriptas, tum ad eundem datas. Initium et finis desiderantur, sed suspicatus est Dozy [1]) hoc fragmentum pertinere ad opus c. t. رَيْحَان أَلْكُتَّاب s. رَيْحَانَة الْكُتَّاب وَنُجْعَة الْمُنْتَاب qui liber exstat in Bibl. Escur. (n. 1820) et Upsal. (n. 65).

Sunt 98 paginae, charactere Africano exaratae.

CCCLIII. (Cod. 452 Warn.)

Primum volumen operis قَهْوَة أَلْإِنْشَاء auctore *Taqî-ad-dîn* Abu Bakr *ibn-Hiddja* al-Hamawî († 837).

Continet hoc opus complures epistolas et diplomata, quae scripsit Ibn-Hiddja, منشى ديوان الانشاء, jussu sultâni Aegypti.

Codex scriptus est al-Qâhirae, anno 817, a discipulo Ibn-Hiddjae. Exstat quoque opus in Bibl. Cantabrig. Cat. p. 53; Tübing. 70 (1); Napol. (Cat. n. 101) et in Bibl. Alger. (Catal. p. 14).

CCCLIV. (Cod. 1052 Warn.)

„زَهْرَة ٱلنَّاظِرِين ، وَنُزْهَة ٱلنَّادِرِين“. Collectio epistolarum e priore dimidio saeculi octavi, quarum aliae jussu ultimorum Aegypti sultanorum scriptae, aliae ad hos datae sunt. Liber praefatione caret; post *bismillam* et titulum statim occurrit prima epistola, hoc titulo Persico inscripta: سواد مكتوب سلطان ملك ناصر با مرحوم كنارى بك رحمهما الله تعالى در باب نصرت يافتن بلشكر ايران زمين. Sequuntur complures epistolae aliorum, veluti: ʿAlâ-ad-dîn-Beg ad sultanum Aegypti; Badr-ad-dîn-Beg ad al-Malik-an-nâcir (auctore Haidar); Pâschâ Musâ-Beg ad eundem (auctore al-Bolghârî); Tîmur ad al-Malik ad-thâhir Barkuk et Responsum hujus sultani;

---

1) Cf. *Scriptorum Arab. loci de Abbad.*, II, p. 168.

multae epistolae Barkuki ad ʿAlâ-ad-dîn-Beg; Responsum Barkuki ad epistolam al-Maliki al-mançur, quam Jusof, qui comes stabuli (امير آخر) erat, ad eum pertulerat; Hulâgu-Khân ad al-Malik an-nâcir et Responsum hujus sultani caet.

Ex possessoris nota patet, hunc Codicem, qui festinante calamo exaratus est, anno 921 antiquiorem esse.

CCCLV. (Cod. 717 Warn.)

رُوسُ مُكَاتَبَاتٍ وَمُرَاسَلَاتٍ auctore Mohammed al-Bakrî aç-Çiddîqî al-Aschʿarî ex posteris al-Hasani, filii Alîi (سبط آل الحسن). Floruit al-Qâhirae saeculo decimo.

Continet circiter 300 fragmenta epistolarum, ad nobiles Turcas datarum. Est spissum volumen, 881 paginas continens; sed singulae paginae septem modo versibus constant, praetereaque literarum ductus latior est. Caeterum est liber exigui pretii; nam praeter tumida verba nihil fere continet, et nomina virorum ad quos epistolae datae sunt, plerumque suppressa sunt, ita ut fere ubique legatur فلان باشا, nomine Pâschâi non addito.

Aliud exemplar exstat in Bibl. Escur. n. 532.

CCCLVI. (Cod. 2085 = Amîn 362).

تَمْثَالُ الأَمْثَالِ السَّائِرَةِ فِي الأَبْيَاتِ الْفَرِيدَةِ النَّادِرَةِ. Auctoris nomen latet sed junior est quam Ahmed ibn-Hadjar († 852), cujus verba laudat. Ni fallor opusculum tribuendum est *Qotb-ad-dîno* († 990) cujus aliud opus recepit Wüstenfeld in Chron. Mecc., quum folio 9 recto legamus: الشيخ قطب الدين الحنفي المكي جامع هذه النبذة. Initium: الحمد لله الذى اخترع الخلائق بلطفه وحكمته واسبغ عليهم سوابغ نعمته السح. Laudantur compluria carmina variae aetatis et nonnulla oratione soluta dicta quae collegit auctor in usum eorum qui in epistolarum commercio cum amicis scripta sua versibus ornare cupiunt. Opusculum ideo ad libros epistolographicos (انشاء) referri potest.

Codex subscriptione caret sed saeculo undecimo antiquior non est. Continet 23 folia. Aliud exemplar mihi non innotuit.

CCCLVII. (Cod. 1540 Testa).

بَدِيعُ ٱلْإِنْشَآتِ وَٱلصِّفَاتِ فِى ٱلْمُكَاتَبَاتِ وَٱلْمُرَاسَلَاتِ auctore *Marʿî* († 1033); opus al-Qâhirae editum anno 1242 (1827) et Constantinop. anno 1299.

Codex anni nota caret.

CCCLVIII. (Cod. 1545 (1) Testa. fol. 1—30).

Idem opus, sed in praecedente Codice ultimum caput longius est quam in hoc. Hic Codex anno 1167 exaratus est.

Alii sunt in Mus. Brit. 517 (2), 1056 (2); Goth. 2828, 2829; Bibl. Caes. Vindob. 243; Italinsky (Hammeri *Lett.* IV, p. 7) et Alger. (p. 14).

CCCLIX. (Cod. 951 (2) Warn. fol. 21—25).

جزء فيه شروط امير المومنين عمر بن الخطاب رضه على النصارى وفيه حديث واصل الدمشقى ومناظرته لهم رضه. Offert hic liber *primo* loco foederis libellum, inter khalifam Omarem et Christianos Syriae icti; editus est, adhibito hoc Codice, ab Hamakero, *Fotuh Miçr*, p. 165 sq. Praemissa est catena, quae dicitur, traditionariorum, quae ab Abu-Hafç Omar ibn-Mohammed ibn-Maʿmar ibn-Tabarzad (a. 603; obiit anno 607 sec. Ibn-al-Athîr XII, ١٩٤) adscendit ad Abd-ar-Rahmân ibn-Ghanam. Recentiores *rowât* recensentur in titulo.

Secundo loco offert hic liber disputationem de religione inter schaikhum Arabem, nomine Wâcil, et Baschîrum. Baschîr scilicet, nobilis Graeci filius erat. Puer ab Arabibus captus et in aula khalîfae Abd-al-Malik ibn-Marwân educatus, Islamismum amplexus fuerat. Ad maturiorem vero aetatem quum pervenisset, Satanas

eum ad Christianismum reduxit. Fugit igitur ad terram Graecorum, ubi a rege honorifice exceptus est, et multis pagis donatus, qui hodie adhuc *pagi Baschîri* (قرى بشير) vocantur." Quum triginta Moslimi a Graecis capti essent, Baschîr cum singulis de religione disputavit. Erat inter eos Damascenus, Wâcil dictus, qui disputando Christianum vicit, ita ut parum abesset quin hic confiteretur, Jesum Christum Deum non fuisse. Deinde Wâcil presbyterum quoque et regem ad silentium redegit, eo eventu ut Wâcil Damascum reduceretur et rex manus caede presbyterorum et episcoporum imbueret. Haec ipse Wâcil narravit, et praemissa est catena traditionariorum. — Librarius hanc traditionem tam arcte conjunxit cum libello foederis, ut nullum spatium inter haec duo opera relinqueret et alineae, ut dicimus, locum non daret. Hanc ob causam hic quoque de secundo opere exponendum fuit, quamquam potius ad opera de theologia pertineat.

Sunt 7 paginae.

CCCLX. (Cod. 951 (4) Warn. fol. 30—31).

Decretum Sultani Aegyptii, ad Christianos, Judaeos et Samaritanos spectans, quod totum editum est ab Hamakero in *Fotuh Miçr*, p. 170 sq., qui illud ad annum Ar. 700 pertinere putat.

CCCLXI. (Cod. 951 (5) Warn. fol. 32—33).

Anno Ar. 740, vehementissimo incendio Damasci urbs afflicta est, Christianorum malitiae tribuendo, ut docet confessio Christiani ar-Raschîdi, quam totam edidit Dozy in priore editione hujus Catalogi I, 154 seqq. Inscriptio est: صورة المحضر الذى كتب بدمشق المحروسة.

CCCLXII. (Cod. 951 (3) Warn. fol. 26—29).

Continet primo loco carmen, 61 versibus constans, de eodem incendio. Auctorem habet, ut subscriptio docet, Mohammedem

al-Khajjât (qui anno 756 obiit; cf. Ibn-Habîb in *Orient.* II, p. 402), qui illud composuit يوم السبت مستهل ذى القعدة بدمشق المحروسة سنة اربعين وسبعمائة. Incipit hoc modo:

لم يرو من نقل الاخبار والسّيرا كمثل زند حريق فى دمشق جرا
ولا راى مثله فى اعصر سلفت راى ومشبه ذاك الخطب ليس يرا

Secundo loco f. 28 continet summorum quatuor sectarum Qâdhîorum sententias (فتاوى) de Christianis Damascenis. Has quoque duas paginas implentes edidit Dozy in priore edit. I, p. 157 seqq.

CCCLXIII. (Cod. 951 (6) Warn. fol. 34—38).

هذه نسخة الدرج [1] الذى قُرِئَ بدار الامارة بدمشق المحروسة على الامراء والمقدمين والقضاة فى سابع شعبان المبارك سنة سبع وسبعمائة للشيخ الامام العالم العلامة شيخ الاسلام وبركة الانام مفتى المسلمين الخ — تقى الدين. Excitantur emîri caet. ad bellum sacrum [2]) contra Tataros gerendum, et publica munera Christianis committere prohibentur. Laudantur permulti loci ex Qorâno, Traditione et historia priorum Khalîfarum, ad utrumque argumentum pertinentes. Sunt 9 pp.

CCCLXIV. (Cod. 951 (9) Warn. fol. 62—67).

a) Libellus supplex ex al-Qâhira ad sultanum Solaimân I^um^, Salîmi filium, scriptus, plenus querelarum de malefactis viri, cujus nomen non commemoratur, Aegypto praefecti.

8 pp. sine nomine auctoris et sine anni nota.

b) Alius libellus quo Nadjm-ad-dîn al-Qibtî as-Schâfiî شيخ

---

1) De voce درج cf. Quatremère, *Hist. des sult. maml.*, I, 1, 175 sq.

2) فهؤلاء التتر الملاعين قد انتسبوا الى الاسلام وان كانوا خارجين عن شرائعه.

الفقراء المجاورين بالجامع الازهر, gratias agit sultano Solaimân I, quod Efendi-Hâmid judicem al-Qahirae constituerat.

Una pagina sine anni nota.

c) Libellus ejusdem argumenti ab Ahmed ibn-Mohammed al-Mâlikî scriptus.

Una pagina sine anni nota.

CCCLXV. (Cod. 2065 = Amîn 342).

Quatuor epistolae quarum prima hanc inscriptionem gerit: من مولانا امير المومنين المنصور بالله الحسين بن القسم عمّ الى عبد الحسن بن احمد بن زيد صاحب مكة. Ahmed ibn-Zaid Meccae regnavit fere ab anno 1082 usque ad annum 1099. Cf. Mohibbî, *Kholâçat al-Athar* I, ١٩. seqq., vel Wüstenfeld, *Die Scherife von Mekka* etc. p. 86 et seqq.

Secunda epistola data est ab eodem ad مبارك بن مضيان وقبائله; tertia ad cives urbis Janbo' (ينبع sic); quarta denique ad Sa'd ibn شبير.

Sunt quatuor folia bene exarata sine anni nota. Sequitur quintum folium prorsus alia manu exaratum neque cum praecedentibus cohaerens. Agit de viro in vicinia urbis Çan'â occiso.

CCCLXVI. (Cod. 2143 = Amîn 424).

Collectio 4 epistolarum quarum prima inscriptione caret. Quum autem secunda hanc habeat inscriptionem: وكتب الى البدر الدماميني من القاهرة المعزية الى الثغر المحروس عند دخوله اليها هاربا من طرابلس الشام et scripta sit ab *Ibn-Hiddja* († 837) nullus dubito quin etiam prima ab eodem ad eundem Badr-ad-dîn *ibn-ad-Damâmînî* († 828) data sit. 3° Epistola data ab *Abd-al-Hâdî-Nadjâ* ad quemdam virum doctum (بعض طلبة العلم من بلده), postquam antea miserat carmen cujus textus post literas in Codice transscriptus est. In margine hujus epistolae multa glossemata addita sunt. 4° Responsum *Mohammed Qotta al-'Adawî*, filii Abd-ar-Rah-

mâni ad quaestiones grammatici argumenti quarum solutionem petiverat quidam vir doctus Europae (من حُذّاق اهل اوربّا) anno 1273 (= 1856). Consuluit hac de re *Qotta* cum *Ibrahîm ad-Dasuqî*. Prima harum quaestionum haec est, utrum si in lexicis notatur nomen agentis vel patientis, verbum subintelligendum sit unde significatio derivetur, an vero horum nominum significatio sit primitiva, cui quaestioni respondetur talia nomina tantum habere formam participiorum (ut v. q. ناجز), ceteroquin autem nomina esse ut omnia alia etc. In explicatione tertiae quaestionis Codex abrupte desinit. Fuit e libris Mahmud Pâschae al-Barudî.

CCCLXVII. (Cod. 1228 Schult.)

»Miscellanea quaedam Arabica et Turcica, in quibus sunt nonnullae epistolae Erpenii atque Golii, et aliorum ad eos; collecta et uno volumine compacta a Io. Heyman." Sic recte liber describitur in Catal. Bibl. Schult. (p. 603, n. 3855). Uberius de eo egit M. Th. Houtsma in Letterk. Verhandel. der Kon. Akad. van Wetenschapp. Vol. XVII.

Continentur hoc Codice nonnulla quae ad historiam Codicum manu scriptorum, a Golio collectorum, pertinent.

CCCLXVIII. (Fasciculus A. Cod. 1365).

1. Epistola Imperatoris Marocani ad Don Anton (دون انطون), in qua sermo est de epistola, ab Angliae Regina ad Imperatorem Marocanum data. Scripta est m. Djomâdâ I anni 996 (1588). Archetypum.

2. Epistola Imper. Marocani ad Don Christoval, Antonii filium, scripta exeunte Moharram 1005 (1596). Duo apographa eadem manu facta.

3. Epistola Mauritii, Principis Arausiaci, scripta ad diversos Dynastas Mauritaniae, 29 Dzu-'l-qa'da 1008 (1600). Archetypum cum Heymanni apographo.

4. Ep. Arabica et Italica ad Josephum Scaligerum, scripta Lutetiae a Josepho Barbato (Abn-Daqn) Jacobita, anno 1608. Archetypum.

5. Mandatum Dynastae alicujus Africani, 27 Moharram 1119 (1707). Archetypum.

6. (Heymanni) *Exercitationes ad literas a Patriarcha Graeco qui Halebi commoratur hodie, ad me datas*, et Heymanni Arabica epistola ad Patriarcham illum Athanasium, scripta Lugduni Batavorum 1 Apr. 1716.

7. Apographa mutila trium epistolarum, in regione Sanctae Crucis scriptarum, 14 Sept. 1716 et 13 Jan. 1717 (1129); interpretationem Hollandicam haud absolutam addidit Heymannus.

8. Ep. Alî-Pâschâi, Domini Algeriani, ad Ordines Generales septem Provinciarum Unitarum, medio Moharram 1125 (1713). Apographum ab Heymanno factum.

9. Epistola Dynastae Tripolitani ad Ordines Generales, ineunte Djomâdâ II 1141 (1728). Archetypum.

10 et 11. 2 Epistolae, altera matris Abdallâhi, Imperatoris Marocani, altera ipsius Abdallâhi, ad O. G., 22 Dzu-'l-qa'da 1141 (1729). Apographa cum interpr. Hollandica A. Schultensii.

12, 13, 14, 15 et 16. Quinque epistolae Abdallâhi, Imp. Mar., una ad O. G. exeunte Dzu-'l-hiddja 1141 (1729), quatuor ad Ministrum suum Abd-al-Qâdir Perez eodem tempore, 23 Moharram, 10 Çafar et ineunte Djomâdâ I 1142 (1729). Sunt apographa ab A. Schultensio facta (14 duplex est), qui n. 12 et 13 vers. Holl. et n. 13 etiam Latinam addidit.

(Fasciculus B. Cod. 1367).

17. Pactum, 15 articulis comprehensum, quo pacem inter se composuerunt O. G. et Abdallah, Imperator Marocanus, medio anno 1142 (acceptum ab A. Schultensio 24 Febr. 1730).

18, 19, 20, 21, 22, 23 et 25. Septem epistolae Abdallâhi, Imp. Mar., ad Ministrum suum Abd-al-Qâdir Perez, 25 Radjab, medio Scha'bân, 17 Ramadhân, 8 Schawwâl, 1 Dzu-'l-qa'da, ineunte Dzu-'l-hiddja 1142 et 12 Dzu-'l-hiddja 1143 (1729—1731).

24 et 26. Ep. Abdallâhi ad O. G., 26 Rabî' 1143, et Abu-'l-Hasani Alî ad eosdem, 23 Schawwâl 1147 (1730 et 1735).

Sunt omnia apographa ab A. Schultensio facta, qui n. 17 et 26 interpretationem Hollandicam addidit.

(Fasciculus C. Cod. 1376).

27. Syngraphus, die 27° mensis Tischrîn II anni 1737 a Jusof-Fâdhil scriptus, ubi testatur se a Thâhir az-Zi'bî (الزعبي) [1]) 40,000 غرش accepisse, et spondet se hanc pecuniam post octo annos restituturum. Apographum factum ab A. Schultensio, cum interpretatione Hollandica.

28. Epistola Abdallâhi, Imperatoris Marocani, ad Principem Arausiacum et Ordines Generales scripta, medio m. Djomâda I a. 1162 (1749). Apogr. ab eodem factum, cum interpret. Latina.

29. *a*) Testamentum Judaei Musâ ibn-Jahjâ, die 23° m. Djomâdâ I anni 1164 (1751) in حصن المنكب, ubi habitabat (دار سكناه), scriptum [2]), quo haeredem omnium quae possideat instituit maritum filiae suae minorennis, Abrahamum ibn-Mas'ud. In subscriptione Imperator Marocanus testatur, Abrahamum istam haereditatem adiisse. — *b*) Aliud documentum ad idem testamentum spectans. — *c*) Apographa [3]) bonorum quae Judaeus ille, Musâ ibn-Jahjâ, possidebat. — Sunt apographa facta a J. J. Schultensio, cum interpr. Holland. (2 exempl. textus et versionis documenti lit. *b*); sed dolendum est, Schultensium, virum linguae antiquae peritissimum, linguam vulgarem non satis cognitam habuisse; quo factum est ut in his documentis describendis (quorum imprimis postremum utilissimum est lexicographo) multas voces omiserit [4]), alias male scripserit, utque versio mendis et lacunis scateat. Caeterum nescio quam ob causam illa Schultensio vertenda tradita sint, sed addidit: »mij toegezonden uit Commissie

1) In versione Hollandica vocatur *princeps*.

2) Schultens: »Afschrift van een Arabisch Instrument uit Sta Crux, zijnde een Testament," caet.

3) Arabice زمام (*inventaire*).

4) Singulis documentis Schultensius verba addidit: »voor zoo verre het mij leesbaar is geweest."

van den Hoove van Holland enz. door den Heer Procr. L. Thomaze sub N. 2. D."

30, 31, 32 et 33. Quatuor epistolae Mohammedis, Imperatoris Marocani, ad Ordines Generales scriptae, 29 Schawwâl 1169 (1756), 29 Çafar 1172 (1758), exeunte Çafar et 12 Djomâdâ ejusdem anni. Sunt apographa J. J. Schultensii, cum interpr. Hollandica. Apographum n. 32 duplex est cum duplici interpretatione.

34. *a*) Epistola Hollandica, scripta a Christiaen van Orsoij en Sonen (Amsterdam 14 Julij 1760) ad J. J. Schultensium, qua hunc rogant mercatores illi Amstelodamenses ut mandatum Imperatoris Marocani interpretari velit. *b*) Apographum Schultensii istius mandati, 17 Scha'bân 1173 (1760), quo jubet Imperator ut Christiani, qui in oppidis Saffi et Santa Cruz degant, causas suas deferant ad judicem Amstelodamensem (ان يتحاكموا فيما يدعيه بعض على بعض مستترهم). *c*) Altera ep. (22 Julij 1760), scr. a Chr. van Orsoij. Patet ex apographo Schultensii, quamquam versio addita non est, eum sensum hujus documenti non satis perspexisse; suasit itaque mercatori Amstelodamensi ut legatum Marocanum, qui tunc Amstelodami erat, de nonnullis consuleret. Fecit van Orsoij, sed aut legatum non intellexit, aut hic mirae erat ignorantiae. Bis v. c. in mandato occurrunt verba فى ذلك اشى (pro فى ذلك الشى *eâ de re*) [1]), quae verba Schultensius non intellexisse videtur. Legatus, teste van Orsoij, dixit, *Dallica* significare *mandatum* (*een gebiedende Ordre*), quod plane ridiculum est. Caeterum hic Chr. van Orsoij Judaeis, qui in oppidis Saffi et Santa Cruz degebant, litem intenderat, cui dirimendae istud Arabicum mandatum inservire debebat.

35. Epistola Mohammedis, Imperatoris Marocani, ad legatum suum al-hâddj Mohammed ar-Razînî, qua omnia portoria emporii Santa Cruz Hollandis concedit. 17 Dzu-qa'da 1173 (1760). Apographum a J. J. Schultensio factum.

36. Epistola ejusdem, ad Ordines Generales scripta, 1 Rabî'

1) ان يحكموا عليهم فى ذلك اشى et ليقع الفصل بينهم فى ذلك اشى.

II 1175 (1761). Archetypum pulcherrimum, nitide charactere Africano scriptum.

(Fasciculus D. Cod. 1377).

37. Epistola, al-Qâhira missa ad Ordines Generales, ineunte Scha'bâne 1178 (1765). Consul Hollandiae, Robertus Hughes, aere alieno perditus est; petunt epistolae subscriptores ab Ordinibus ut ejus debita solvant. Apographum J. J. Schultensii cum interpr. Holland.

38. Epistola ad eosdem, ad eandem rem spectans. Archetypum et apographum J. J. Schultensii.

39 et 40. Epistola Imperatoris Marocani ad eosdem, 16 Rabî' II 1179 (1765), et ad legatum suum, Mohammed ar-Razînî, medio m. Rabî' II ejusdem anni. Apographa ab eodem facta, cum interpr. Holland.

41. Epist. ejusdem ad Consulem Hollandiae, Jacobum Spinozam, medio m. Rabî' II ejusdem anni. Archetypum et apogr. J. J. Schultensii.

42. Epist. Mohammedis ar-Razînî, medio m. Djomâdâ I 1179 (1765). Archetypum cum apogr. ejusdem.

43. Epist. Imper. Marocani ad Ordines Generales, 18 Djomâdâ II 1180 (1766). Archetypum.

44 et 45. 2 epistolae Mohammedis ar-Razînî ad Principem Arausiacum et Ordines Generales. 19 Djomâdâ II et 20 Dzu-'l-qa'da 1180 (1766 et 1767). 44 est apogr. Schult., cum interpr. Holl. quae pro parte duplex est. 45 est archetypum.

46. Epist. Imper. Marocani ad Ord. Gen., 20 Moharram 1183 (1769). Archetypum et apographum J. J. Schult. cum interpr. Holl. haud absoluta.

(Fasciculus E. Cod. 1378).

47. Epist. Imper. Marocani ad Principem Arausiacum, ineunte Rabî' II 1183 (1769). Archetypum, cum apogr. J. J. Schultensii et duplici interpr. Holl.

48. Epist. Arab., pertinens ad epistolam Turcicam Principis Tunetani Alî-Bey (f. Hosain-Bey) et hujus jussu scripta, in gratiam Legati Hollandici. Exeunte Djomâdâ I 1183 (1769). Apogr. duplex J. J. Schultensii, cum duplici interpr. Holl.

49*a*. Epist. Imper. Maroc. ad Principem Arausiacum. 14 Moharram 1184 (1770). Archetypum.

49*b*. Epist. ejusdem ad Ord. Gener. 11 Rabî' II 1186 (1772). Apogr. et interpr. Holl. J. J. Schultensii.

50. Epist. Ministri Marocani ad consulem Holland. 17 Rabî' II 1186 (1772). Archetypum.

51 et 52. 2 epistolae Legati Tripolitani, una ad Ord. Gener., altera ad Principem Arausiacum, utraque d. 15 Dzu-'l-hiddja 1187 (1774) scripta. Apogr. cum interpr. Holl. J. J. Schultensii (52 apogr. duplex.

53. Epist. Imper. Marocani ad Ord. Gener. 12 Scha'bân 1188 (1774). Archetypum.

54. Epist., jussu Alî-Pâschâ, filii Mohammed-Pâschâ, filii Ahmed-Pâschâ, scripta ad Principem Arausiacum ut videtur, anno 1188 (1774). Archetypum cum apogr. J. J. Schultensii.

(FASCICULUS F. Cod. 1379).

55. Epistola, nomine Imperatoris Marocani scripta ad Danielem Beschuit (?) (بشكوط), mercatorem Hollandicum. 24 Djomâdâ I 1191 (1777). Apographum J. J. Schultensii.

56, 57 et 58. Tres epistolae Mohammedis, Imperatoris Marocani, ad Ord. Gener. (56 etiam ad Principem Arausiacum), 1 Scha'bân 1191 (1777), 1192 (27 Apr. 1779) et exeunte Ramadhân 1199 (1785). 56 et 58 sunt apogr. J. J. Schultensii cum interpr. Holl., 57 est archetypum.

CCCLXIX. (Cod. 1353).

Continet apographa et interpretationem Hollandicam 45 diplo-

matum, Arabicorum (32) et Turcicorum (13), facta ab H. A. Schultensio. Omnia haec 45 diplomata diversa sunt ab illis, quae numeris 1354, 1365, 1367 et 1376—1387 comprehenduntur. Sunt autem variae epistolae, instrumenta publica etc. ab Imperat. Maroc., Dynast. Alger. etc. ad Princip. Arausiac. vel ad Ord. Gener. data sub finem saeculi decimi octavi.

CCCLXX. (Cod. Mal. 2241 n. IV).

Sex epistolae ab Imâmo Masqati Ahmed ibn-Sa'îd missae Bataviam 1a ad Gubernatorem generalem data 17 Rabî' I 1213 (eodem anno 1798 accepta), 2a ad eundem data 22 Rabî' I 1215, 3a ad Sabandarum Bataviae eodem die data, 4a ad Gubernatorem generalem data 17 Rabî' I 1216 (anno 1802 accepta), 5a ad Directorem generalem eodem die data, 6a ad Gubernatorem generalem data 15 Çafar 1221 (eodem anno 1806 accepta).

Collectio epistolarum, ad quam hae pertinent, Delphis huc allata est.

CCCLXXI. (Cod. 1340).

هذا ايضاح عذر لجناب المهاب حضرة قيصر اقليم اوستريه وملك هونكريه وفى المجار وملك بوهميه معًا المعروف بالنمسا فى محاربته نابوليون قيصر الفرنساويه سنة ١٨١٣. Apologia Imperatoris Austriae ob bellum, ab eo Napoleonti illatum, anno 1813. E lingua Italica in Arabicam versa.

Ab Humberto huc allatus et a Rege Acad. Leidensi donatus.

VIII.

GNOMAE ET PROVERBIA.

CCCLXXII. (Cod. 607 (3) Warn. fol. 79—95).

Opusculum celeberrimi traditionarii Abu-Abdallah Mohammed ibn-Salâm (s. Salâma) ibn-Dja'far al-Qodhâ'î († 454), quod ab H. Khal. IV, p. 83 vocatur كتاب شهاب الاخبار فى الحكم والامثال والاداب من الاحاديث النبوية, in nostro vero Codice inscribitur كتاب الشهبات[1] فى المواعظ والاداب من حديث رسول الله صلعم. Sunt 17 folia nitide exarata sine anni nota.

Alia exempl.: Mus. Brit. 192, 888 (13) Excerpta; Ind. Off. 148; Bodl. (Uri) 120 (2) cf. II, 592; Bonon. ap. Hammer Lettere VII, p. 4(348), Rosen 448 (1) ubi titulus hic est شهاب الاخبار، فى الاحاديث المروية عن الرسول المختار«; Paris. 449; Escur. 1482 (2); Madrid (Tetuan) 58 (5); cf. Wüstenfeld in *Gött. gel. Anzeigen*, 1837, p. 1109.

CCCLXXIII. (Cod. 607 (1) Warn. fol. 2—73).

كتاب الكوكب الدرى، المستخرج من كلام النبى«, auctore Abu-'l-'Abbâs Ahmed ibn-Ma'add ibn-'Isâ ibn-Wakîl at-Todjîbî al-Iqlîsî[2]) qui anno 549 sive 550 diem obiit. Argumentum libri

---

1) In titulo scribitur الشُّهبَات.

2) Sojutî scribit الاقليشى.

hisce verbis, quae partim H. Khal. (V, p. 263) descripsit, continetur: وبعد فانى لما وضعت كتاب النجم، من كلام سيد العرب والعجم» (H. Khal. VI, p. 305) وضمّنته من احاديث الاحكام والآداب، ما ليس فى كلام الشهاب[1]» لتكون فائدة زائده، وبعود على النفس من بركته اعظم عائده» رايتُ الآن ان اردفه بكتاب يضاهيه، فى اغراضه ومعانيه» ولا اذكر فيه حديثا مما ذكرتُ فيه، الا ان كان يتضمّن مَعْنًا زائدًا ويحويه» فاذكره لتلك الفائدة الواردة فيه» وارتبه على حروف المعجم — وختمته بكلمات عن الله مبروره، وادعية عن نبيّه صلّعم مأثوره» واخرجته من الدواوين المشهوره» وهى عشرة كتب، مُشْرقة انوارها كالشُهُب» الموطا (ط) والبخارى (ب) ومسلم (م) والسنن لابى داود (س) والسنن للنساءى (ن) والسنن للدارقطنى (ق) وكتاب الترمذى (ذ) ومسند ابن ابى شيبة (ى) ومسند البزّار (ز) والمسند المنتخب لعلىّ بن عبد العزيز البغوى (ح) ووسمتُ فى كل حديث بِسِمَه، تدلّ على من خرّجه من الائمّه», quae signa jam in parenthesi adscripsi. Ordo alphabeti, quem sequitur, est vulgaris ab ا ad ز; deinde sequuntur ط, ظ, ك, ل, م, ن, ص, ض, ع, غ, ف, ق, س, ش, ه, و, لا et ى.

Codex nitide exaratus anni nota caret. Alterum exemplar mihi non innotuit.

CCCLXXIV. (Cod. 961 (1) Warn. fol. 1—56).

شرح كلمات الخلفاء الراشدين والمرشدين رضى الله عنهم صد كلمهٔ اوّل حضرت ابو بكر الصديق الثانى عمر الفاروق الثالث عثمان ذو

---

1) Non spectatur, ut Flügel putavit, opus auctore quodam Schihâb-ad-dîn, sed est liber شهاب الاخبار (v. H. Khal. IV, p. 83), hujus Codicis n. 3, de quo vide num. praeced.

النورين الرابع على بن ابو طالب صد كلمه ونثر اللآلى فى ١٥ رجب ١٥ المرجب سنه. Est poëtae Persici Raschîd-ad-dîn, *Watwât* dicti († 578), opus quadripartitum, continens centurias apophthegmatum quatuor priorum Khalifarum, Persice explicatas. Incipit doxologia hoc modo: الحمد لله على تواتر الآئه, et praefatio: چنين كويد محمد بن محمد العمرى الرشيد الطالب الوطواط الخ.

Codex anno 972 exaratus est.

Alia exemplaria: Mus. Brit. 1119; Cat. Pers. p. 553 (b), 790 (b); Vindob. 121 (2), 352 (1); Berol. (Diez); Dresd. 198 (1); Lund. 8; Upsal. 77 (2), 150; Caes. Petrop. (Achalc.); Mus. As. Petrop.; Ambros. 189; Palat. 196, cf. 509 (2); Vatic. 365, 516; Vide porro Stickelii et Fleischeri Praefationes.

CCCLXXV. (Cod. 829 Warn.)

كتاب صد كلمهٔ چهار يار كزين رضوان الله عليهم اجمعين. Idem Watwâti opus a Mostafâ ibn-Mohammed ex Qastamunî, qui anno 978 scripsit, Turcice explicatum. Aliud hujus libri exemplar describitur a Flügel, Cat. Vindob. n. 353.

Codex anno 1048 scriptus est.

CCCLXXVI. (Cod. 79 Gol.)

Apophthegmata 'Alîi quae نثر اللآلى dicuntur et ab ايمان المرء يعرف بايمانه incipiunt.

Hoc pulcherrimo et antiquo Codice usus est Cornelius van Waenen (v. ejus Praefationem ad librum c. t. *Sententiae Ali ebn abi Talebi*).

CCCLXXVII. (Cod. 961 (2) fol. 56 v.—69).

Idem libellus.

De Codice vide ad num. CCCLXXIV.

CCCLXXVIII. (Cod. 671 (2) Warn. fol. 58 v.—60).

Tres paginae, negligenter scriptae, quae complures ex iisdem sententiis continent.

Alia exempl.: Acad. Reg. 48; Bodl. (Nic.) 99, cf. 100 (1 et 3), 113 (1 et 3), (Uri) 309 (cf. 336 et 346); Paris. 969 (2); Goth. 3 (22 et 23), 1246; Berol. (Rav.) 169, 170, (Peterman) 711; Dresd. 198 (2); Lips. 335 (2); Acad. Orient. Vind. 478; Caes. Vind. 352 (2), 2003 (28). Petrop. Mus. As. p. 207; Kasan 162.

CCCLXXIX. (Cod. 28 Gol.)

غُرَرُ ٱلْحِكَم، وَدُرَرُ ٱلْكَلِم،، 'Alîi Sententiae, collectae ab Abu-'l-Fath Abd-al-Wâhid ibn-Mohammed ibn-Abd-al-Wâhid. Libri praefationem et 537 Sententias ex hoc Codice edidit Cornelius van Waenen in libro c. t. *Sententiae Ali ebn abi Talebi*, p. 46 sqq.

Codex, 138 folia continens, anno 960 exaratus est. Alia exempl.: Mus. Brit. 721; Ind. Off. 162; Bodl. (Uri) 327 et Mus. Asiat. Petr.

CCCLXXX. (Cod. 442 (1) Warn. fol. 1—66).

تَلْقِيحُ ٱلْعُقُول auctore Barîja ibn-abi-'l-Josr ar-Rijâdhî, qui, ut ex praefatione patet', hunc librum scripsit regnante successore al-Mançuri, i. e. al-Mo'izz Fatimida († 341). In praefatione enim statim in initio legimus والحمد لله الذى اصطفى من خير خلقه خير خليفة لارث امامته وخلافته معزّ الدين امير المومنين الامام et versus finem haec leguntur: وقد كان عبدُ اميرِ المومنين اعلى الله ذكره الّف كتابا فى الامثال السائره، والابيات النادره،، فى كتاب ممتع وهو الذى كان اهداه الى امير المومنين المنصور بالله قدّس الله روحه، ونوّر ضريحه،، انتهى فيه الى مقدار الطاقة فى ذلك الوقت فلما سافر عبد امير المومنين الى العراق وراى ادبأوه (l. ادباءه) وكتّابه لا يتكلمون

فى معنى من المعانى حتى يقدموا قبل كلامهم مثلا مشهورا، وبيتا مذكورا» ينبى عمّا يريد من الكلام فيه واستحسن ذلك منهم وجعل كلّما سمع مثلا سائرا، وبيتا نادرا» كتبه ووعاه ليكون له ذخيرة الى تاليف كتاب جامع فيه وكانت نفسه تنازعه الى ذلك فى الغربة فحال بينه وبين ذلك تقسيم قلبه فى البلدان، واشتغاله بالتروّح الى الاوطان» فلما استقرّ بعبد امير المومنين القرار، وقعد عن الاسفار، واستوطنت به الدار» استنهض نفسه الى تاليفه فوجد فيها قوة تنهضه الى ذلك فاستعمل رويّته وفكرته فى ذلك مستعينا بالله الخ.

Opus in nostro Codice 157 capita continet (H. Khal. II, 417 ait: 148 capita), omnia brevissima.

Hic Codex, qui unicus in Europa videtur, anno 1033 exaratus est.

CCCLXXXI. (Cod. 640 Warn.)

Liber auctore Ahmed ibn-Mohammed *ibn-Maskawaih* [1]) († 421), quem H. Khal. I, p. 213, II, p. 581 appellat كتاب اداب العرب. والفرس, non prorsus recte, ut jam apparet ex iis quae e praefatione descripsit Pusey in *A. et E.* p. 576 ad Uri p. 86. Liber enim constat sex partibus, quarum prima est pars illa libri c. t. جاويذان خرد, quem al-Hasan ibn-Sahl, frater wazîri al-Fadhl ibn-Sahl, Arabice vertit, teste al-Djâhith in libro استطالة الفهم, qua absoluta haec ait Ibn-Maskawaih: ولولا انا قد احكمنا لك الاصول كلها فى كتابنا الموسوم بتهذيب الاخلاق لاوجبنا لك ايرادها ههنا ولكن هذا كتاب غرضنا فيه ايراد جزئيّات الادب بمواعظ الحكماء من كلّ امة وكلّ نحلة وتبعنا فيه صاحب كتاب جاويذان خرد كما وعدناك به فى اوله والان .(ولانّ .l) الموضوع الاول كتاب فارسى وجب

1) Sive Maskuja ut in initio nostri Codicis scribitur.

ان نبدأ باداب الفرس ومواعظهم ثم نتبعها باداب الامم الاخرين. Tractantur ergo primo Persae (p. 21—111), deinde Indi (p. 111—125), post hos Arabes (p. 126—247), denique Graeci (p. 247—338). Ultima pars libri continet حِكَمٌ للمحدثين من الفلاسفة والعلماء الملتجّجين فى العلم من الاسلاميّين برّزوا فى الحكمة وجمعوا حكمة المتقدّمين الى حكمة المتاخّرين الخ (p. 338—476). Sectioni de Arabibus apposita est collectio proverbiorum (p. 237—251). Ceterum auctor operis argumentum declarat his verbis quibus liber terminatur: قل احمد بن محمد بن مسكويه انى لم اطمع فى استيعاب جميع الحكمة الجزئيّة وكيف اضمع فيما لا نهاية له وانما يطمع العاقل فى الاصول والقوانين التى تجمع الفروع وتحتوى على الجزئيّات بالقوّة وقد احكمت لك ذلك بقدر الطاقة فى غير هذا الكتاب وكان غرضى فى هذا التاليف ما ذكرته فى اوله من اتمام جاويذان خرد بما يليق به من حكم الفرس والهند والعرب والروم الجزئيّات التى ينتفع بها جمهور الناس فيشاركون اعيانهم وخواصّهم وسيمرّ بك المكرّ فى المعنى واللفظ والقصد فى ذلك ان تعلم ان عقول الامم كلها تتوافق على طريقة واحدة ولا تختلف باختلاف البقاع ولا تتغيّر بتغيُّر الازمنة ولا يردّها راّن على الدهور والاحقاب ويصحّ بذلك اعنى جاويذان خرد. فلذلك يجب ان تقتصر على مبلغ ما احصيته ولا تطلب الغاية فيما لا غاية له. والله اعلم

Codex pulcherrime exaratus, fere omnibus vocalibus optime instructus, anno 729 absolutus et cum autographo collatus est ab al-Hasan ibn-Alî at-tabîb as-Sindjârî.

Al. exempl.: Bodl. (Uri) 292; Paris. 891 (v. Sacy in *Not. et Extr.* X, p. 95 annot.). Ex sectione de Graecis edita est *Tabula Cebetis* ab Elichmanno, Lugd. Batav. 1640, v. Schnurrer, *Biblioth. Arab.* p. 472 seq., Wenrich, p. 86 seqq.

CCCLXXXII. (Cod. 655 (2) Warn. fol. 46—114).

الأَمْثَالُ وَٱلْحِكَمُ auctore Abu-'l-Hasan Alî ibn-Mohammed ibn-Habîb *al-Mâwardî* († 450) [1]).

Divisio libri his verbis in praefatione indicatur: وجعلتُ ما تضمّنه من السُّنّة ثلثمائة حديث ومن الحكمة ثلثمائة فصل ومن الشعر ثلثمائة بيت وقسمت ذلك عشرة فصول اودعتُ كل فصل منها ثلثين حديثا وثلاثين فصلا وثلاثين بيتا.

Hic Codex, qui in Europa unicus videtur [2]), nitide exaratus est, sed anni nota caret.

CCCLXXXIII. (Cod. 332 Warn.).

Notissima *al-Maidânî* († 518) collectio Proverbiorum anno H. 1284 Bulâq edita, cujus versionem edidit Freytag annis 1838—1843. Codex anno 1058 exaratus est.

CCCLXXXIV. (Cod. 1604).

Aliud exemplar, anno 1170 exaratum et ex Bibliotheca Sacyana emtum.

CCCLXXXV. (Cod. 1616).

Apographum Codicis de Sacy, a Freytagio anno 1824 factum, et lectionis varietate manu Hamakeri et Weijersii ornatum.

Donum Freytagii.

Alia exempl.: Mus. Brit. 731, 732, 1122, 1427; Bodl. (Uri) 311, 312, 335, (Nic.) 96, cf. n. 106 et 348; Paris 199 (apud Flügel *W. Jahrb.* 92, *Anz. Bl.* p. 35); Escur. 708, 709; Vindob. 337;

---

1) Vide Ibn-Khallicân, I, p. ٣٥, ed. de Slane.

2) In bibl. Bodl. est liber ejusdem tituli et probabiliter argumenti 1268 (5) (Uri), qui autem diverso auctori tribuitur.

Monac. 643—647; Rosen, Ms. Arab. n. 163; von Kremer 95; Alger. cat. p. 13; Constant. (Köprülü) 1369, 1370.

CCCLXXXVI. (Cod. 1368).

Al-Maidânîi Proverbia cum versione E. Pocockii. Ex hujus autographo in Bibl. Oxoniensi descriptum est hoc exemplar. Cf. Cod. Acad. Reg. n. 49, 50.

CCCLXXXVII. (Cod. 1490 Schult.)

H. A. Schultensii Curae autographae in Maidânîi opus.

CCCLXXXVIII. (Cod. 1369).

Indices quatuor Krugeriani in Meidanensem. Exemplar ex auctoris autographo descriptum, quod servatur Daventriae et descriptum est in priore hujus Catalogi editione V, 294 seq. Ex qua descriptione patet hunc J. C. Krügerum Reiskii discipulum jam ante annum 1772 mortuum fuisse. Diem nempe supremum obiit anno 1767 ut docet annotatio Reiskii descripta in Catal. Havn. p. 124 b.

CCCLXXXIX. (Cod. 467 Warn.)

فَرَائِدُ ٱلْخَرَائِدِ auctore Abu-Jaqub Jusof ibn-Tâhir, al-Maidânîi discipulo, qui hoc opus anno 532 absolvit. Cf. H. Khal. IV, 390. Codex noster, ineleganter exaratus, anni nota caret, sed ante annum 1038 scriptus est, ut patet ex annotatione possessoris.

Alia exemplar.: Constantin. (Köprülü) 1346, 1347, 1348, (Abd-al-Hamîd) 1171. Ex hoc libro desumta est collectio عقود العقول inscripta quam descripsit Flügel, *Cat. Vindob.* n. 343.

CCCXC. (Cod. 1044 Warn.)

Proverbia, ab incerto auctore collecta et explicata. Deest ini-

tium proverbiorum a litera ا incipientium, et desinit Codex in ea quae a لا incipiunt.

Est spissum et antiquum volumen. Addo specimen: ان المثل الحديد بالحديد يفلح ❀ اللغة والاعراب الفلح الشق ومنه الفلاح للحراث لانه يشق الارض اى يستعان فى الامر الشديد بمن يشاكله واول من قاله شاعر من بنى تيم الله فى قوله

قد علمت خيلك يا ابن الصحصح   ان الحديد بالحديد يفلح

وقال آخر

قومنا بعضهم يقتل بعضا   لا يفل الحديد الا الحديد

الضرب يضرب للرجل يصادف قرنه ومثله سواء كان داهيا او سفيها حل المثل لا يكدر مشارب النجيد الا مشاكله، ولا يغير مطالب الرجل السديد الا مقابله، ولا يفل غرب الحديد الا معادله « ولا يقارع الليث الهصور، من يصاحب الجبن والضعف والنفور[1] « بل يقارع الاسد الخادر من يساويه فى المراس، ولا ينازع القرم الهادر الا من يوازيه فى الشراس « والحبارى[2] عند رؤية الصقر تسلح، وشارب الخمر اذا عراه الخمار يداوى مزاجه بالخمر ويصلح، والحديد بالحديد يفلح «

Fusius itaque in hoc opere proverbia explicantur quam apud al-Maidânîum, sed recentius est, nam al-Maidânî aliquoties laudatur (v. g. fol. 4 v.). In Codice puncta diacritica saepe omissa sunt. Vocales fere nullae.

CCCXCI. (Cod. 858 (1) Warn. fol. 1—128).

كِتَابُ ٱلسَّوَابِغِ ، فِى شَرْحِ ٱلنَّوَابِغِ « Commentarius quem at-Taftâzânî († 792) conscripsit in opus *az-Zamakhscharîi* († 538) c. t.

1) Haec vox partim a vermibus erosa est.
2) In marg. طير يشبه اللقلق.

نوابغ الكلم. Textum publici juris fecit Barbier de Meynard in J. Asiat. 1875 II, 313—440, secundum duos Codd. Parisinos et editionem Constantinopolitanam (1866). Vid. quae de hac editione scripsi in *Zeitschr. D. M. G.* XXX, 569 et imprimis 577—587. Antea operis majorem partem edidit H. A. Schultens (Lugd. Bat. 1772).

Codex anno 1046 exaratus est.

CCCXCII. (Cod. 814 (8) Warn. fol. 219—243).

Idem opus az-Zamakhscharîi, cum notis marginalibus et interlinearibus, e Commentario at-Taftâzânîi excerptis.

Codex nitidissime exaratus est anno 977 [1]).

CCCXCIII. (Cod. 1493).

In Commentarium ad الكلم النوابغ az-Zamakhscharîi curae autographae Alb., J. J. et H. A. Schultens.

Codex Scheidii, quo H. A. Schultens usus est, nunc servatur in Bibl. Acad. Reg. Neerl. n. 52; alia ex. partim cum Comm. at-Taftâzânîi: Bibl. Caes. Vindob. 348; Berol. (Sprenger) 1156; Lips. (Refaijah) 283, 356; Goth. 1247, 1248; Havn. 231 (4); Dresd. 204 (10).

CCCXCIV. (Cod. 771 Warn.)

المُسْتَقْصَى فِى الأَمْثَال auctore eodem az-Zamakhscharî. Cf. de hac proverbiorum collectione Freytag *Arabum Proverbia*, III, 2, p. 187 sq.

Codex negligenter exaratus est anno 1034.

Alia exempl. Mus. Brit. 730, 1426; Bibl. Caes. Vind. 338; Constantinop. (Köprülü) 1388, 1389.

---

1) Subscriptio habet: تمّ — من شهور سنة سبع وسبعمائة (sic) سبعين وتسعمائة. Cf. Cat. Acad. Reg. Scient. p. 104, ann.

CCCXCV. (Cod. 1073 Warn.)

شَوَارِدُ ٱلْأَمْثَالِ sine nomine auctoris. Initium doxologiae: الحمد لله الذى خلق الانسان، وشرّفه بالنطق والبيان، وصلى الله على نبيه الخ. Post primum folium deperditum est unum saltem folium partem praefationis et initium operis continens. Primum Proverbium quod post hanc lacunam explicatur, est أَسْوَأُ القول الافراط; sequuntur complura alia, ordine alphabetico disposita. Tum: الامثال الشِّعْرِيّة التى تشتمل على حِكَم الامثال.

Antiquus et nitidus hic Codex, multis vocalibus instructus, exaratus est ut in bibliotheca Saladini asservaretur (بخزانة مولانا السلطان الملك الناصر صلاح الدنيا والدين ابى المظفر يوسف). Subscriptio est simpliciter تمّ المجموع بحمد الله ومنّه. Alius mihi non innotuit.

CCCXCVI. (Cod. 359 Warn.)

«غَايَةُ ٱلْكَمَالِ، فِى سَوَائِرِ ٱلْأَمْثَالِ auctore, ut contendit Freytag [1]), Scharaf-ad-dîn Ismâ'îl al-Ma'arrî. »Quo tempore auctor opus composuerit," ait idem »quo tempore vixerit, non habeo quod dicam, nam et nostra et amicorum opera in detegendis illis rebus frustranea erat. Eum et Samachschario et Meidanio seriorem fuisse, ex operis locis conjicere licet." Sed suspicor nomen istud falsum esse. Legitur quidem in folio, caeteroquin vacuo, كتاب غاية الكمال فى سوائر الامثال وذكر انساب العرب الجاهلية لشرف الدين اسمعيل ابن المقرى (quae verba non ab eodem librario qui caetera scripsit, exarata videntur), in margine folii primi (ubi annotatur quoque primum Codicis folium desiderari) للفقيه شرف الدين ا.... المقرى, et in subscriptione للفقيه شرف الدين اسمعيل المقرى; sed in Scheidii Catalogo (p. 95, n. 50) commemoratur Codex, sic

1) *Arabum Proverbia*, III, 2, p. 191.

inscriptus: كتاب غاية اللمال في سائر الامثال وانساب العرب الجاهلية والتبيين في انساب الصحابة القرشيين لابي محمد عبد الله (adde بن) احمد بن محمد بن قدام (l. قدامة) المصرى (l. المقدسى). Satis probabile videtur hic verum operis auctorem indicatum esse, nempe Mowaffaq-ad-dîn Abu-Mohammed Abdallah ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn-Qodâma al-Maqdisî, qui anno 620 obiit: vide H. Khal. II, 188 ubi de nostro opere sermo est sub titulo: تبيين في انساب القرشيين.

Haec mutatis mutandis scripsit Dozy in priore editione hujus Catalogi. Conjecturam ejus impugnaverunt Rödiger in *Zeitschr. d. D. M. Ges.* XIII, p. 229 ann. et Aumer in *Catal. Codd. Ar. Bibl. Monac.* p. 187. Attamen etiamnunc non improbabilis videtur. Titulus enim in primo folio nostri Codicis cum titulo Codicis Monacensis n. 453, olim Scheidii, mirifice convenit et duplex argumentum promittit. Codex Monacensis tantum genealogicam partem offert, non igitur continet opus integrum. Codex vero Leidensis praefatione carens statim incipit hac inscriptione الباب الاول فيما جاء من الامثال في اوله همزة; secundum subscriptionem volumen (جزء) sequens contineret proverbia quae incipiunt litera ب, et sic porro. E loco p. 80 concluendum videtur volumen 23ium continuisse proverbia quae litera ن incipiunt. Probabile ergo videtur Codice Monacensi contineri portionem ex parte priore sive introductione operis ingentis, cujus e parte posteriore nos hic possidemus particulam. Obstat tantum quod in nostro Codice auctor appellatur Scharaf-ad-dîn Ismâ'îl ibn al-Moqrî, notus jurisconsultus, auctor operis encyclopaedici, supra p. 18 descripti, qui anno 836 s. 837 obiit. Notandum vero est, nomen hoc non ab eodem librario qui caetera scripsit, esse adscriptum, ut jam observavit Dozy. Et, quod non parvi est, in titulum Codicis Monacensis quoque nomen Ismâ'îl irrepsit [1]). Unde hoc nomen fluxerit, difficile dictu est.

---

1) Sic audit secundum Aumer: تصنيف الشيخ الامام العلامة النسابة شيخ الاسلام موفق الدين اسمعيل ابو محمد عبد الله الخ.

Utut est, spissum hoc volumen proverbia continet quae a litera ا incipiunt, estque, ut ait Freytag (l. l.) »opus maximi momenti.”

Codex antiquus est, sed anni nota caret.

CCCXCVII. (Cod. 951 (7) Warn. fol. 39—55).

أَخْبَارٌ وَأَشْعَارٌ وَنَوَادِرُ وَمُلَحٌ وَفِقَرٌ وَحِكَمٌ وَوَصَايَا مُنْتَخَبَةٌ, anno 662 collecta a notissimo calligrapho Jâqut al-Mosta'cimî, qui anno 698 obiit. In fine reperitur sequens annotatio de hoc auctore: وجد فى آخر الكتاب [1]) بخطّ آخَرَ الحمد لله صاحب هذا الخط هو جمال الدين ابو الدرّ ياقوت بن عبد الله المستعصمىّ الكاتب الاديب البغدادى ذكره الذَّهَبِىُّ فى العِبَرِ وارّخ وفاته سنة ثمان وتسعين وستمائة [2]) وقال انه احد من انتهت اليه رياسة الخط المنسوب انتهى ولم يذكره ابن خلّكان لتاخُّر وفاته عنه بنحو سبع عشرة سنة رحمهم الله تعالى اجمعين امين حسبنا الله ونعم الوكيل. In alia annotatione, ibidem in fine adscripta, tempus indicatur quo compositum est hoc opus (فى العشر الاوسط من شعبان سنة ٦٦٢).

Continet hic liber circiter 125 concisa et acuta dicta variorum virorum, et narratiunculas cum his conjunctas. Praefatione caret, et post *bismillam* statim haec dicta occurrunt: قال رسول الله صلّعم نعمتان مغبونٌ فيهما كثير من الناس الصحّةُ والفَراغْ ۞ قال ابو عبد الله الناجى الامر امران فامر لا مَصْدَرَ له فمُعَوَّلُه الصبر وامر له مصدر فَاقْمَعِ الحُزْنَ بالحَزْمْ وفَرِّغ القلب للاحتيال ۞ قال ابو مُسْلِم قيل لابرهيم ما البلاغة فقال معرفة الفصل من الوصل.

Codex, 32 pp. continens, descriptus est e Codice, ab ipso

1) Nempe in fine Codicis autographi; cf. infra.

2) Ibn-Habîb (*Orient.* II, p. 297) addit eum obiisse in urbe Bagdâdi.

auctore exarato. In titulo enim, praeter verba من خطه, haec leguntur: هاتان الكراستان نقلتا من نسخة بخط ياقوت المستعصمى رحمه الله تعالى وكأنه هو الجامع لها. Omnes fere vocales additae sunt.

CCCXCVIII. (Cod. 2061 = Amîn 338).

زبدة الأمثال sive Proverbiorum cremor, quem redegit Mostafâ ibn-Ibrâhîm ex urbe Gallipoli anno 999. Opus jam fuse descriptum est a Nicoll, Cat. Bodl. II, n. 114, et a Flügel, Cat. Vindob. n. 339. Alia exemplaria: Havniae n. 242 (12); Monac. n. 648 (1); Petropol. n. 236 (1) apud Dorn; Cat. Lee n. 68.

Apographon literis minutis, sed eleganter et perspicue exaratum sine anno. (59 folia).

CCCXCIX. (Cod. 1526 (15) Testa fol. 169—177).

العقد النفيس ، ونزهة الجليس « sine nomine auctoris.

Libellus in 8 capita divisus est et complures sententias continet. Sunt 15 pp., anno 1172 exaratae. Additae sunt duae paginae similis argumenti. Idem opusculum est in Bibl. Paris. 224 (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 37); Bibl. Goth. 1249; von Kremer n. 202.

IX.

PROSA ORNATA.

CCCC. (Cod. 817 Warn.)

شَرْحُ [1] ٱلْعُيُونِ، فِى شَرْحِ رِسَالَةِ ٱبْنِ زَيْدُونَ. Celebratissima epistola, quam Abu-'l-Walîd *ibn-Zaidun* († 463), Wallâdae nomine, ad Ibn-ʿAbdusum scripsit, cum Commentario Ibn-Nobâtae († 768). Liber anno H. 1278 et saepius Qâhirae et alibi editus. Cf. Pertsch, *Cat. Goth.* ad num. 2830.

Codex (186 pp.) anno 969 exaratus est.

CCCCI. (Cod. 705 (1) Warn.)

Alterum exemplar ejusdem operis. Codex (158 pp.) anno 973 exaratus est.

CCCCII. (Cod. 1605).

Tertium exemplar, anno 1826 descriptum in usum Sacyi, ex cujus bibliotheca (Catal. n. 192) emit illud bibliotheca nostra.

---

1) Perperam Weijers legit شرح العيون (vide v. g. *Orient.* I, p. 411, vs. ult. annot.), quae phrasis Arabica non est. Quod ad سرح العيون attinet, cf. titulus operis Ibn-Khâcânis: «مَطْمَحُ الانفس، وَمَسْرَحُ التَّأَنُّسِ، فى ملح اهل الاندلس».

Praemissa est haec Sacyi annotatio: »Cette copie a été faite par Mohanna, réfugié égyptien, sur un manuscrit faisant partie de la collection vendue, en 1825, par M. Rousseau à l'Empereur de Russie. Le copiste étant un homme illettré, a souvent mal lu le manuscrit qu'il copiait et dont l'écriture était difficile: il doit avoir fait des fautes innombrables." De meliore apographo Codicis illius qui nunc Petropoli est, v. ad. n. CCCCVI.

CCCCIII. (Cod. 1104[a] Warn.)

Quartum exemplar, Arabice et Latine. Warneri autographon.

Alia exempl. hujus Ibn-Zaiduni epistolae, cum Commentario Ibn-Nobâtae: Mus. Brit. 1679; Bodl. (Uri) 1240 (1) (qui Codex minime continet aç-Çafadîi Commentarium ad hanc epistolam, ut perperam in Catalogo Oxoniensi traditur; v. infra ad n. CCCCVI), 1241, 1281 et 1282; Berol. (Ahlw.) 1110—1114; Goth. 2830, 2831; Caes. Vind. 391 (Hammeri 88); Havn. 229, 230; Mus. Asiat. Petr. (n. 780; est inter illos quos Rousseau Imperatori Russiae vendidit); Escur. (Derenb.) 358; de Sacy 191—193; al-Bakheterzi (v. *Cat.* de Slane, p. 4 et 16). In Bibl. Caes. Vind. n. 392 (Hammeri 89) est versio Turcica, quae Constantinopoli, anno Hidjrae 1257, edita est.

CCCCIV. (Cod. 791 Warn.)

„تَمَامُ ٱلْمُتُونِ، بِشَرْحِ رِسَالَةِ ٱبْنِ زَيْدُونَ" Altera Ibn-Zaiduni epistola, quam carcere inclusus ab Ibn-Djahwar [1]), ad hunc recuperandae libertatis causa perscripsit, cum Commentario Çalâh-ad-dîni aç-Çafadî († 764).

Codex 314 pp. continet et anno 1000 exaratus est. Alia exempl.: Paris. 247 (2 exempl. apud Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 40); Bodl. (Uri) 1240 (2); Mus. Asiat. Petr.; Escur. (Derenb.) 497, 543.

1) Errorem Weijersii putantis Ibn-Zaidunum non ab hoc, sed a rege Omaijada in carcerem fuisse conjectum, refutavit Dozy in priore hujus Catalogi editione I, p. 257 seqq.

CCCCV. (Cod. 1630).

Parabat Weijers editionem duarum Ibn-Zaiduni epistolarum et Commentariorum quibus ab Ibn-Nobâta et aç-Çafadî singulae illustratae sunt, addita cum versione Latina tum annotatione. Simul animo proposuerat omnia publici juris facere, quae de vita tum Ibn-Zaiduni, tum interpretum, qui utramque ejus epistolam explicuerant, passim prodita invenerat. Exigua tantum pars magni hujus operis prodiit, nempe *Specimen criticum*, *exhibens Locos Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno* (*Prolegomena ad editionem duarum Ibn Zeidouni epistolarum et Commentariorum quibus ab Ibn Nabata* (l. *Ibn Nobata*) *et Safadio singulae illustratae sunt*), Lugd. Bat. 1831.

Continentur hoc Codice 1630 ea quae ad *Prolegomena* pertinent [1]), nempe: *a*) Collatio locorum Ibn-Khâcânis de Ibn-Zaiduno, quos Weijers in *Specimine critico* ediderat, cum duobus Codicibus Parisiensibus (n. 734 et 1415), facta a Josepho Müller. Variantes lectiones ex Codice A. (Leidensi 306), et additamenta (cum nonnullorum locorum versione Latina et annotatione) quae hoc Codice continentur. Annotatio ad *Specimen Criticum* (inedita). Propositum erat Weijersio, hos locos, ex quinque Codicibus studiose inter se collatis, emendatius edere (cf. *Orient.* I, p. 385). *b*) Locus Abd-al-Wâhidi al-Marrâkoschîi de Ibn-Zaiduno, cum versione et annotatione (totus hic liber a Dozyo editus est). *c*) Caput Ibn-Khallicânis de Ibn-Zaiduno cum versione Latina et annotatione Weijersii et Hamakeri. *d*) Duo poëmatia Ibn-Zaiduni ex كتاب فى علم الفلاحة, cum versione et annot. *e*) Quaedam de vita Ibn-Zaiduni (quae Dozy edidit in priore hujus Catalogi editione I, p. 241 seqq.) *f*) Locus H. Khal. (رسالة ابن زيدون) cum versione et annot. *g*) Indicatio locorum libri حَلْبَة الكُمَيْت (ex Codd. nostris 42 et 746), qui versus vel prosam orationem Ibn-Nobâtae continent. *h*) Indicatio locorum ejusdem libri, qui versus aç-Çafadîi continent. *i*) Elegia Ibn-Nobâtae in obitum as-Sobkîi († 756),

1) De fatis harum chartarum egit Dozy in priore hujus Catalogi editione I, p. 239.

descripta ex as-Sojutîi *Hosn-al-mohâdhara.* *k*) Loci Ibn-Habîbi (in درة الاسلاك) de aç-Çafadîo et de Ibn-Nobâta, cum versione Latina, passim ab Hamakero emendata. *l*) Excerpta ex Catalogis Codicum Orientalium et ex H. Khal., quae ad Prolegomena pertinent.

CCCCVI. (Cod. 1631).

a) Apographum, a Weijersio factum, Codicis Sacyani, qui continet Ibn-Zaiduni epistolam cum Ibn-Nobâtae Commentario. Codex ille Sacyanus ex eodem Codice descriptus est atque Codex noster 1605 (supra p. 224, n. CCCCII) (»copié sur un manuscrit faisant partie de la collection vendue en 1825 par M. Rousseau à l'Empereur de Russie. Cette copie a été faite en 1827 par MM. Kunkel et Fleischer, deux de mes auditeurs. Le B[on] Silvestre de Sacy"). Weijers variantes lectiones adjecit ex alio Codice Sacyano (v. Sacyi *Catal.* n. 191), qui anno Hidjrae 960 scriptus est Locos qui jam a Rasmusseno et Hirtio editi erant, non descripsit; sed horum virorum editionem cum utroque Codice Sacyano contulit et variantes lectiones enotavit. *b*) Versio Latina prioris partis Ibn-Nobâtae Commentarii (Cod. 705, p. 1—81), ex utroque Codice Leidensi, cum annotatione. Lacunae complures et saepe integri loci omissi. Textus ex utroque Leidensi, cum versione Latina et annotatione, p. 81 usque ad finem ejusdem Commentarii. Longa annotatio (8 pp.) Hamakeri ad verba Ibn-Zaiduni: وكِسْرَى حَمَلَ غاشِيَتَك. *c*) Apographum initii (2 pp.) Codicis Oxoniensis 1240 (1), factum ab Ottomaro Behnsch mense Maji anni 1837; ex quo jam statim hoc patet, perperam in Codicis titulo et in Catalogo Oxoniensi tradi, hunc librum esse Commentarium aç-Çafadîi; est enim Commentarius Ibn-Nobâtae. Caeterum H. Khal. et al-Maqqarî errare videntur, dicentes aç-Çafadîum Commentario illustrasse epistolam, quam Ibn-Zaidun Wallâdae nomine ad Ibn-ʿAbdusum scripsit (Catalogo Oxoniensi deceptus, idem dixit Weijers in *Spec.* p. 3); non ad hanc epistolam Commentarium scripsit aç-Çafadî, sed ad epistolam ad Ibn-Djahwar.

CCCCVII. (Cod. 1632).

Exigua pars Commentarii aç-Çafadîi ad epistolam, quam Ibn-Zaidun ad Ibn-Djahwar scripsit (nempe praefatio et ipsa epistola, Cod. 791 p. 1—14), a Weijersio ex Cod. nostro 791 descripta, cum versione Latina et annotatione Weijersii et Hamakeri. In hoc loco duo, ut videtur, folia in nostro Codice (qui praeterea male ligatus est) desiderantur, quae ex Codice Oxoniensi descripsit Bernstein; longum carmen cujus initium est:

الهوى فى طلوع تلك النجوم والمنى فى هبوب ذاك النسيم

etiam ex Cod. Paris. descriptum est, a Sprengero ut videtur.

CCCCVIII. (Cod. 632 (1) Warn. fol. 1—146).

مَقَامَاتُ ٱلْحَرِيرِىّ. Consessus *al-Harîrîi* († 516) cum paucis scholiis marginalibus.

Codex, charactere Africano exaratus et vocalibus instructus, anno 598 scriptus est. Subscriptio haec est: وكان الفراغ منه فى غرة رجب الفرد سنة ثمان وتسعين وخمس مائة على يدى عبد الرحمن بن محمد بن عبد الرحمن بن محمد بن الورّاق القيسى لنفسه نفعه الله به ووفّقه لطلب العلم بمنّه, et in margine: بَلَغَتْ بالمقابلة والتصحيح من اصل قوبل باصل الفقيه الاستاذ المُقْرى ابى بكر محمد بن خَيْر بن عمر الاشبيلى رضوان الله ومغفرته عليه وكان قابَلَها باصل الفقيه الاستاذ الفاضل ابى الحجاج يوسف بن على بن محمد ابن عبد الله القصاعى ثم الأَنْدَلسىّ رحمه الله وكان ابو الحجاج هذا قابَلها باصل الشيخ الامام الرئيس ابى محمد القاسم بن على[1] ادام الله نعمته وكانت مقابلتى اياها فى رجب الفرد سنة ثمان وتسعين وخمس مائة.

Summi pretii est hic Codex, verosimiliter in Hispania scriptus.

---

1) I. e. ipsius al-Harîrîi.

De editionibus hujus libri et Codicibus fere in quavis Bibliotheca obviis cf. Pertsch ad num. 2767 in Cat. Goth.

CCCCIX. (Cod. 1584).

Idem opus cum nonnullis scholiis marginalibus. Codex valde perspicuus et optimae notae, scriptus anno 611.

Emtus ex Bibl. Palmianâ (Catal. p. 188, n. 21).

CCCCX. (Cod. 56 (1) Gol. fol. 1—200).

Idem opus cum scholiis marginalibus.
Codex optime scriptus anno 664.

CCCCXI. (Cod. 1505).

Idem opus. Codex anno 1107 scriptus est.

Hunc Codicem, olim Scheidii, tum Paravii, in auctione publica, Amstelodami a. 1839 habita, emit Bibl. Leidensis.

CCCCXII. (Cod. 1258 (3) Schult. fol. 79—86).

Harîrîi Consessus 48us. Nitidissimus libellus, sed recentioris aetatis.

CCCCXIII. (Cod. 522 Warn.)

Tribus Commentariis al-Harîrîi Consessus illustravit Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Abd-al-Mumin al-Qaisî *as-Scharîschî* († 619), magno scilicet, mediocri et parvo. Hic Codex primum volumen continet Commentarii magni (initium: الحمد لله الذى اختصّ هذه الامة بافصح الالسنة), et explicantur hic 12 priores Consessus. Editus est hic Commentarius Bulâqi a. 1284 et 1300 (Brill 369).

Spissum et antiquum volumen, sed sine anni nota.

CCCCXIV. (Cod. 44 *a* et *b* Gol.)

Pars ejusdem Commentarii. Cod. 44 *a* continet particulam ex Commentario ad Consessum 10um, tum Commentarium magnum ad Cons. 11–25; Cod. 44 *b* ad Cons. 26—33.

Uterque Codex charactere Africano exaratus est; Codex 44 *b* scriptus est anno 987 ut asservaretur in Bibl. sultâni Sa'îd ibn-Mas'ud.

Alia exempl.: Mus. Brit. 667, 668; Paris. Suppl. 1610 et seqq.; Vindob 374; Monac. 563; Petrop. 141; Mus. As. Petr. 96; Rosen, Ms. Ar. 118; Upsal. 84; Escur. (Derenb.) 495, 512; *Vatic. 773; *Cid Hammouda (Cat. p. 16); *Fez., Bulletin de Corr. Afr. 1883. n. 4. Cf. Lee 53; Scheidius 36 (p. 93), Rödiger Z. d. D. M. G. 1859 p. 232.

CCCCXV. (Cod. 470 Warn.)

Commentarius mediocris (المتوسط) as-Scharîschîi (initium: الحمد لله الذى علمنا ما لم نكن نعلم). Continet commentarium ad omnes al-Harîrîi Consessus. Codex anni nota caret.

Hujus Commentarii medii exemplaria rarissima sunt.

CCCCXVI. (Cod. 44 *c* Gol.)

Tertium volumen ampli Commentarii in al-Harîrîum, auctore Abu-Dja'far ibn-Dâwud al-Bâghî (الباغى) i. e. ut videtur oriundo ex urbe باغة de qua vide ann. ad Edrîsî, Descript. de l'Afrique et de l'Esp., p. 251 n. 1. Auctorem nullibi laudatum vidimus, neque H. Khal. Commentarius ejus innotuit; Cons. 31—50.

Nitidus et antiquus Codex, Africano charactere (fortasse in Hispania) exaratus.

---

1) Codices asterisco notati nescio an re vera majorem Commentarium contineant, sed probabile videtur.

CCCCXVII. (Cod. 911 (1) Warn. fol. 1—263).

Commentarius, الأوضح dictus, in al-Harîrîum. Initium est: أحقّ ما تلهج بذكره اللهجات فى كل زمان، ولا تعشق المسامع الا اياه فى كل اوان، حمد الله سبحانه الخ. In praefatione ait auctor: فهذا مختصر موسوم بالاوضح جمعتُ فيه من شروح المقامات ما هو كالاوضح. Deinde sermo est de Commentariis الايضاح (auctore al-Motarrizî † 610), التوضيح (auctore, ut ait H. Khal., Qâsim ibn-Hosain al-Khowârizmî † 617), vulgo Çadr-al-afâdhil dicto) et الموضح (auctore Tâdj-ad-dîn az-Zarnudjî † 645), quibus usus est auctor ad hunc Commentarium componendum.

Finito operi alia manu subscriptum est: تم الكتاب بعون الله تعالى الملك الوهاب على يد الشيخ سعد الدين التفتازانى. Scriptus igitur foret Codex noster a celebrato Saʿd-ad-dîn at-Taftâzânî († 792), cujus certe aetate exaratus est; utrum vero at-Taftâzânî Commentarii *auctor* sit, dijudicare non ausim.

CCCCXVIII. (Cod. 883 Warn.)

Commentarius in al-Harîrîum, المظهر dictus, sine auctoris nomine. Praefationem recentior manus in charta priori folio Codicis agglutinata addidit praemissis verbis: هذا ديباجة هذا الشرح المسمى بالمظهر. Incipit autem: الحمد لله الذى تلألأت شواهد قدرته على وجنات الموجودات ex quibus verbis collatis cum exordio Cod. Vindob. 375 jam statim patet ambos Codices eundem Commentarium continere, ita ut saltem titulus Commentarii in Cod. Vindob. obvii, de quo Flügel ubivis frustra se sciscitasse affirmat, innotuerit. Absoluta praefatione ipse Commentarius generis mixti ita incipit: الحمد لله ربّ العالمين والعاقبة للمتّقين وصلواته على خير خلقه محمد وآله واصحابه الطاهرين اجمعين ✿ اللّهمّ اصله عند البصريّين يا الله فحُذف يا وعُوّض عنها ميمان الخ.

Codex dividitur in duas partes separata subscriptione munitas unde patet priorem esse exaratam anno 703, posteriorem autem anno 705 characteribus minutioribus sed nitidis. In marginibus ultimorum foliorum exstant variae annotationes partim persicae e quibus haec arabica transscribo: هذا الكتاب مسمى بالمظهر والشروح التى رايت احسنها الايضاح ثم التوضيح ثم الموضح ثم المتوضح ثم غرر المعانى.[1]

CCCCXIX. (Cod. 136 Gol.)

Commentarius in 14 priores Consessus al-Harîrîi, auctore Abu-Abdallah Mohammed ibn-Mohammed al-Maghribî at-Taballabi (الطبلبى)[2]. In praefatione nostri Codicis legitur, auctorem (qui anno 907 natus erat) anno 962 morte impeditum fuisse quominus Commentarium absolveret; tunc temporis 23 priores Consessus et tertiam partem Consessus 24i commentario illustraverat (بلغ الرابعة والعشرين مقامة وثلثها). H. Khal. eadem refert, additque discipulum at-Taballabîi, Abu-'l-Mas'ud ibn-Mohammed ibn-Alî, Commentarium ad Consessum 24um anno 966 absolvisse. Attamen Codex noster, ut dixi, tantum commentarios in 14 priores Consessus continet; praefatio autem scripta est ab Abu-'l-Mas'ud, qui ibi de vita at-Taballabîi refert sequentia, in quibus sermo est de expeditione Tunetanâ, a Carolo V anno 1535 suscepta: اقول وسبب مهاجرة المؤلف رح من تونس هو ان حاكمها كاتب صاحب اسبانيا الفرنجى فخرج هو وشيخه المولى مغوش قاصدين دار السلطنة العثمانية قسطنطينية فلما بلغا بلد رودس مرض المولف فتوجه المولى مغوش نحو قسطنطينية وذلك عام ٩٣٩ ثم ورد الخبر ان فى المحرم * سنة اثنتين

1) Hic Commentarius cujus mentio exstat H. Khal. IV, 321 et VI, 64 servatur in Bibl. Bodl. (Uri) 401. Cf. Pusey II, 567.

2) Literam ط taschdîdo instruendam esse, patet ex metro (الطويل) carminis quod exstat in Codicis nostri p. 4:

الى عالم الشرق المقامات تنتمى كما ألّف الشرح الامام الطبلبى

واربعين (1) استولى الكافر الفرنجي على تونس ونهب وسبا من المال والنساء
ما لا يحد بوصف وفي رمضان منها كان وفود المرحوم المولف الى
طرابلس باهله وعياله واقام ثلاث سنوات ثم حضر المولى مغوش بعد ما
حصل له من انواع الاكرام فتوجه صحبته المولف الى مصر مهاجرا
واستمر بها الى عام ٤٥ وفيه حج الشيخ مغوش ووالد المولف رح
الى طرابلس باذن شيخه المولى مغوش واستمر هو بمصر لما تقرر له
من المعلوم بها وترجم في البراءة السلطانية بعالم الربع المسكون وفي
شهر ربيع الاول سنة ٤٨ توفي الشيخ مغوش بمصر واستمر المولف بطرابلس
الى ان مات رح وعمره خمس وخمسون سنة وعشرون يوما.

Codex (325 folia) anno 999 exaratus est. Videtur unicus in Europa.

CCCCXX. (Cod. 1502).

Al-Harîrîi Consessus, solo excepto primo, integri Arabice descripti, cum Commentario ad nonnullos eorum, itemque cum ejusdem auctoris الرسالة السينية et الشينية, e Codd. manu scriptis Lugd. Bat., manu Alb. Schultensii.

CCCCXXI. (Cod. 1491).

A. Schultensii Curae autographae in al-Harîrîum, exhibentes versionem Latinam Consessuum priorum a septimo inde ab eo factam.

CCCCXXII. (Cod. 1492).

In eundem auctorem Curae autographae J. J. Schultensii et H. A. Schultensii.

---

1) Perperam in Codice scriptum est اربعين سنة. Etenim Tunetum captum est duodecimo Calend. Augusti anni 1535 (942). V. *Diarium Expeditionis Tunetanae* in libro c. t. *Rerum a Carolo V in Africa bello gestarum Commentarii* (Antverpiae, 1554), fol. 41 v. sqq.

CCCCXXIII. (Cod. 1345).

Schroederi annotatio ad al-Harîrîum.

CCCCXXIV. (Cod. 632 (2) Warn. fol. 147—149).

Harîrîi الرِّسَالَةُ ٱلسِّينِيَّةُ et الرِّسالَةُ ٱلشِّينِيَّةُ. »Prior epistola in omnibus verbis literam س habet, posterior literam ش. Prior beneficia petit et gratias laudesque promittit, posterior has persolvit [1].”

De praestantissimo hoc Codice jam dixi supra ad. n. CCCCVIII.

CCCCXXV. (Cod. 56 (2) Gol. fol. 202—204).

Eadem opuscula. De Codice jam dixi supra ad n. CCCCX.

Alia exempl.: Acad. Reg. Neerl. 60; Bodl. (Nic.) 103 (2); (Uri) 357, 361; Berol. (Ahlw.) 298, 1034 a; Lips. 286 (2); Escur. (Derenb.) 493; cf. etiam supra n. CCCCXX.

CCCCXXVI. (Cod. 1704).

مقامات auctore Abu-'l-Faradj Abd-ar-Rahmân ibn-Alî *ibn-al-Djauzî* († 597). Liber a H. Khal. non memoratur, sed aliud exemplar (I voluminis) descriptum est a H. Derenbourg, *Les Manuscrits arab. de l'Escurial* sub numero 542, in quo titulus ita audit: المقامات الجوزية فى المعانى الوعظية وشرح اللمات اللغوية sed dubito an ab ipso auctore ita scriptus sit. Codex noster continet quinquaginta مقامات cum explicatione vocabulorum difficiliorum. In introductione haec auctor de suo opere scripsit: وكنت كثيرا ما اخلو بالعقل فى بيت الفكر فاحرى سواله ويجيب ويجرى لى وله كلّ عجيب والاخبار بتلك الاخبار على الحقيقة عثرٌ لانه منبع السوال والجواب منى فاحببتُ ان أُولّف فكرة استظرف مقامة لاعرف شرف

1) Sunt verba Fleischeri in *Catal. Lips.* p. 527 sq.

العقل الذى اعرف مقامه وقد كنيته ليعرف ابا التقويم لانى رايته قد تلطّف مـنى الى التقويم وانـه يتفاوت فى ضـرب الامثال العالمون وما يعقلها الا العالمون.

Codex 234 foliis constans satis bene exaratus est anno 1168.
Alia exemplaria praeter Escurial.: Cantabr. (Preston) p. 34 n. 237.
Emtus Beryti anno 1878.

CCCCXXVII. (Cod. 1545 (4) Testa fol. 44—62 r.)

Titulo et nomine auctoris caret, sed est كَشْفُ الأَسْرَارِ، عَنْ حِكَمِ الطُّيُورِ والأَزْهَارِ", auctore *'Izz-ad-dîn* ibn-Abd-as-Salâm ibn-Ahmed ibn-Ghânim *al-Moqaddasi* († 678), quem librum anno 1821 Parisiis edidit Garcin de Tassy (*Les Oiseaux et les Fleurs*). Codex anno 1165 incomte exaratus est.

De quatuor Codd. quibus ad editionem suam usus est, exposuit Garcin (p. xx—xxiii); de duobus Paris. (de Slane 1641 (3)) cf. Flügel (*W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 37; cf. p. 39); alii: Mus. Brit. 751 (1), 1527 (4); Bodl. (Uri) 429, 850 (3), 304 (3); Cantabr. (Preston p. 58) 229; Tübing. 134; Goth. 2693, 2694, 2695; Upsal. 90; Escur. 1832 (1).

CCCCXXVIII. (Cod. 1545 (3) Testa fol. 35—43).

"الجَوْهَرُ الفَرْدُ، فِى مُنَاظَرَةِ النَّرْجِسِ وَالوَرْدِ" auctore *'Alâ-ad-dîn* Abu-'l-Hasan *'Alî* ibn-Mohammed ibn-al-Moscharraf [1]) *al-Mâridînî* († 772).[2]), خدم بها قاضى القضاة شهاب الدين ابـن الكشك. Est disputatio 15 paginarum narcissum inter et rosam. Codex anno 1167 exaratus est. — Additae sunt tres paginae quae versus, acute dicta et alia quaedam continent. Rebus mirificis annumeratur

---

1) H. Khal. (II, p. 655) habet بن شـرف, sed in nostro Codice est ابى بـن بن (sic) المشرّف.

2) Cf. Ibn-Habîb in *Orient.* II, p. 429.

ludi magister qui cibum puerorum non comedit, Christianus qui stupidus non est, mulier quae sapit, Hispanus (اندلسى) qui munificus est. »Ubi virum audis dicentem, abstinentiam omnibus virtutibus esse anteponendam, scias illum foedam habere uxorem." »Ubi virum audis dicentem: »Deus plus valet quam isti!" scias illum deverberatum esse."

CCCCXXIX. (Cod. 456 Warn.)

فَاكِهَةُ ٱلْخُلَفَا ، وَمُفَاكَهَةُ ٱلظُّرَفَا ،، auctore *Ibn-'Arabschâh*, qui hunc librum (quem Freytag edidit) anno 852 scripsit. Codex anno 944 exaratus est.

CCCCXXX. (Cod. 135 Gol.)

Idem opus. Codex anno 996 scriptus est.

CCCCXXXI. (Cod. 731 Warn.)

Tertium exemplar, eodem anno 996 exaratum.

CCCCXXXII. (Cod. 808 Warn.)

Quartum exemplar, sine anni nota.

Alia exempl.: Acad. Reg. Neerl. 61; Paris. 1509, 1510, 1511; praeterea 206 (3 exempl. apud Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 35); Mus. Brit. 752; Bodl. (Uri) 354; Goth. 2696, 2697, 2698; Monac. 610; Caes. Vind. 398 (Hammeri 73); Mus. Asiat. Petr. p. 208; Vatic. 774; Escur. (Derenb.) 513, 514, 515; Cid-Hammouda (p. 16); de Sacy 142 (2), 179. Cff. quae de variis Codd. monuit Freytag (*Praef.* p. xxxv sqq.), qui Codd. nostris 456 et 731 usus est.

CCCCXXXIII. (Cod. 814 (10) Warn. fol. 251—254).

رِسَالَةُ ٱلْبَرَاعَةِ auctore Djalâl-ad-dîn Mohammed *ad-Dauwânî* († 907)

(cf. H. Khal., III, p. 430, in v. رسالة القلمية). Est tractatus de calamo scriptorio, prosa ornatiore scriptus. 7 pp. nitide exaratae.

CCCCXXXIV. (Cod. 958 (17) Warn.)

Alterum exemplar ejusdem opusculi. 5 pp.

Alia exempl.: Havn. 231 (5); Vindob. 2003 (40); Brill (Houtsm.) 84 (3).

CCCCXXXV. (Cod. 1526 (7, 10 et 11) Testa fol. 110—114 et 119—127).

Tres ex *as-Sojutîi* († 911) مقامات, nempe *prima* (cf. H. Khal. III, 572, VI, 55 seq.). «ساجعة الحرم، في فضل مكة والمدينة والحرم», *decima septima*, المقامة اللولوية, et *vigesima quinta* (cf. H. Khal. IV, 570) «قمع المعارض، في نصرة ابن الفارض». Codex anno 1172 exaratus est.

CCCCXXXVI. (Cod. 2092 = Amîn 369).

«الفارق، بَيْنَ المُصَنِّف والسَّارِق», *maqâma* as-Sojutîi vigesima sexta. Cf. H. Khal. IV, 344 n. 8683. Male quidam titulum inscripsit: المقامة المسماة بالبارق في قطع يمين السارق qui pertinet ad aliud opusculum a nostro diversum. Cf. H. Khal. II, 5. Codex subscriptione caret et ultimam paginam aliud excerptum implet.

Alterum exemplar describitur in Cat. Mus. Brit. n. 1404 (10).

Totum opus vel ejus partes: Mus. Brit. 1404; Cantabrig. (Preston 35) 140 et 180; Paris. 1590; Goth. 2771, 1 (8), 58 (3), 2049 (2), 2772, 2773; Caes. Vind. 401 (Hamm. 67); Monac. 891, 893; Caes. Petr. (Dorn) 232 (1), (Achalc.) ap. Frähn, p. 10; Vatic. 361 (3–6); Escur. (Derenb.) 535, 564.

Lithographia anno H. 1275 prodiit, editio anno 1298 (1881) Constantinopoli.

CCCCXXXVII. (Cod. 630 (5) Warn. p. 262—283).

«رَشْفُ الزُّلَالِ مِنَ السِّحْرِ الحَلَال», *maqâma* Sojutti *vigesima octava*, cujus argumentum bene indicavit H. Khal. III, 464, VI, 56, praeterquam quod non 22 sed 21 viri docti loquentes introducuntur.

Sunt 21 pagg. currente calamo exaratae sine anni nota:

Eadem maqâma continetur Cod. Goth. 2049 (2) ubi cf.

CCCCXXXVIII. (Cod. 2081 = Amîn 358).

Haec quatuor folia a Codice quodam majore separata sunt ita ut in folio primo recto finis exstet tractatus et alius incipiat cum inscriptione: ويتلوه المقامة المنظرية والفاكهة الخبرية من صنعة السيّد الافضل الصدر الاجلّ الاعلم الاعمل صارم الدين ابى محمد ابرهيم بن محمد بن عبد الله بن الهادى بن ابرهيم عليه السلام ورحمة الله وبركاته. Habemus igitur *maqâmam* eandem cujus pleniorem titulum dedi in Catalogo Mss. Brill, n. 67 auctore *Çârim-ad-dîn* Abu-Mohammed Ibrâhîm ibn-Mohammed ibn-Abdallah ibn-al-Hâdi, qui ut in eodem Catalogo sub num. 98 scripsi, anno 914 diem supremum obiit.

Anni nota est 1067.

CCCCXXXIX. (Cod. 814 (5) Warn. fol. 199—205).

الرِّسَالَةُ ٱلسَّيْفِيَّةُ auctore Alî Tschelebi, vulgo *Qinâlî-zâdeh* dicto († 979) [1]. Prosa ornatiore gladius describitur et laudatur. Initium est: الحمد لله الذى سنّ بمفروض توفيقه سيوف الافكار الصائبة. 13 pp. nitide exaratae. Glossae margini adscriptae sunt. Aliud exemplar mihi non innotuit.

1) Cf. Hammeri *Gesch. der Osman. Dichtkunst*, II, p. 341 sqq.

CCCCXL. (Cod. 814 (6) Warn. fol. 207—213).

الرِسالَةُ القَلَمِيَّةُ auctore eodem Qinâlî-Zâdeh. In Codice nec titulus nec nomen auctoris reperitur; sed quum tractatus incipiat a verbis: لك الحمد يا من اكرم الانس, de utroque certiores fimus collato H. Khal. (III, p. 430). Caeterum male apud H. Khal. pro الانس legitur الانسان; est enim versus metri الطويل:

لك الحمد يا مَنْ أَكْرَمَ الانْسِ بعدما هَداهُ الى التَقْوَى وعلَّم بالقَلَمِ

Sequuntur tres alii versus quos excipit oratio soluta, incipiens a verbis: «صَلَاتُ الصلوة والسلام، عليه وعلى آله الكرام». 12 pp. et dimidia.

Al. exempl. Havn. 231 (6); Brill (Houtsm.) 84 (6).

CCCCXLI. (Cod. 814 (7) Warn. fol. 215—217).

رِسالَةُ ٱلْقَلَمِ auctore Mohammed ibn-al-Barda'î نظيرةٌ للدوانى, ut est in titulo. Initium est: «الحمد لله الذى علّم بالقلم، وخطّ به ما قدّر وقسم». 5 pp.

Alia exempl.: Vindob. 2003 (39). Tres qalamîjas, praeter alia opuscula, continet Cod. Dresd. 204; cf. quoque Bodl. (Uri) 145 (3). Etiam Codex Brill quem descripsi sub n. 84 praeter qalamîjas jam laudatas tres alias continet.

CCCCXLII. (Cod. 1735 = Amîn 379).

أَقْرَاطُ الذَّهَبِ، فى المُفاخَرَةِ بَيْنَ الرَّوْضَةِ وبِئْرِ ٱلْعَزَبِ» auctore *Abd-allah ibn-Alî al-Wazîr*, poeta Jemanensi qui vixit ineunte saeculo duodecimo [1]). Intelliguntur duo loca in vicinia Çan'âae sita quorum saepe mentio fit in historia Zaiditarum. Initium post doxologiam: فقد انبانا سلطان الجراكسة الامير فرج قال نبأنى بسندها

1) Possidemus diwânum ejus, de quo vide in capite de poesi.

الجرّة مدرج قالت حدثنا الشريف احمد بن عنبه (sic) وكان فى الاسناد عالى المرتبة قال سمعت فى عنفوان الطلب ما اتفق من المفاخرة بين الروضة وبئر العرب[1] وذلك حين تضاحكت ازهارها وتباكت انهارها واستوى فى الطيب ليلها ونهارها حين وافا سلطان الربيع واستكمل روضة التدبيج والتوشيع وانشد طائره الذلق بلسانه الملق

ان فصل الربيع فصل عجيب يضحك الارض من بكاء السماء
ذهبت حيثما ذهبنا ودارت حيث درنا وفضّه فى الفضاء

Haec pauca sufficiunt ut de stylo quo utitur poeta judicare possimus.

Apographon negligenter exaratum est anno 1183 et fortasse non integrum. Sunt 9 folia, nam ultimum folium ad librum non pertinet et varia excerpta continet.

---

1) Cod. h. l. العزب.

X.

ANTHOLOGIAE. ECLOGAE ETC.[1]

CCCCXLIII. (Cod. 1012 Warn.)

ٱلْجُزْءُ ٱلثَّانِي مِنَ ٱلْمَحَاسِنِ وَٱلْأَضْدَادِ وَٱلْعَجَائِبِ وَٱلْغَرَائِبِ auctore Amr ibn-Bahr *al-Djâhitz* (الجاحظ) († 255).

Prior hujus voluminis pars agit de virtutibus et vitiis mulierum. Incipit a capite de الاعرابيات (initium: حدثنا ثعلب عن الفتح ابن خاقان قال لما خرج المتوكل الى دمشق كنت عديله فلما صرنا بقنّسرين قطعت بنو سليم على التجّار); sequitur fol. 3 r. المتكلمات; 9 v. محاسن النساء; 14 r. محاسن التزويج; 20 r. امثال في التزويج; 23 r. ما قيل في الناشز; 27 r. نساء الخلفاء; 31 v. المطلقات; 37 r. محاسن وفاء النساء; 46 r. ضدّه; 51 v. حديث الزبّا; 57 r. محاسن مساوى شدة الغيرة والعقوبة; 65 r. مكر النساء; 84 r. محاسن الغيرة; 89 r. ضدّه; 93 r. عليها محاسن القيادة; 135 r. محاسن الدبيب;

---

1) Anthologias mere poeticas vide in capite Poeseos. — Ceterum hoc capite descripturi sumus omnia opera hujus generis quae ad علم الآداب et علم المحاضرة pertinent sive auctor sibi proposuerit ut lector historiolis ejus delectaretur sive voluerit ut ingenium mores exemplis et fabulis a se propositis exerceret. Hanc ob causam nonnulla opera quae in priore editione in capite de Arte politica et Ethica descripta sunt hic recensuimus.

138 v. ضده مساوى الدبيب; 142 r. محاسن الباه; 143 v. ضده في العلة مساوى العنّين; 145 v. محاسن النيروز والمهرجان; 150 r. في صبّ الماء; 151 r. صفة الايام; 151 v. في البرد et محاسن الهدايا; 155 r. التلطّف ومن الهدايا التى لم تسمع السامعون بمثلها; 159 r. في الهدايا; 159 v. هدايا النيروز; 162 r. هدايا الفصد.

Codex currente calamo exaratus est al-Qâhirae anno 830. Descriptus est e Codice, qui scriptus erat in Jemanae urbe Zabîd anno 615. Alia exempl.: Mus. Brit. 722, et cod. olim Kremer 98; Caes. Vindob. n. 356; Mus. Asiat. Petrop.

CCCCXLIV. (Cod. 587 Warn.)

الكامل فى اللغة auctore Abu-'l-'Abbâs Mohammed ibn-Jazîd, vulgo *al-Mobarrad* [1]) († 275), liber a W. Wright editus qui nostris Codicibus usus est.

Codex noster (915 pp.) a duobus librariis exaratus est. Paginae enim 333—904 exaratae sunt valde antiqua manu; omnibus vocalibus sunt instructae et textum optimum offerunt. Reliquae antiqua quidem, attamen recentiori manu exaratae sunt; vocales hic sunt rariores textusque minus emendatus.

Liber sine titulo, qui diversas narrationes in modum MI Noctium compositas continet ut: حديث الرجل العاشق مع الجارية أملح الناس[1] جارية امير المومنين هارون الرشيد حديث اسحاق ابن ابراهيم الموصلى مع ابنة امير المومنين المامون وفروان (l. وبوران ut recte infra) ابنة الحسن بن سهل[2] حديث الفتى مع امير المومنين الرشيد[3] حكاية المامون مع شجرة الدر حديث عمر ابن الربيعة (l. ابن ابى ربيعة) مع مروة بنت الحكم وما جرى بينهما. حديث الفتى والجارية وهو خبر النخلة. Tempus compositionis recens est, nam coffeae usus quotidianus in libro supponitur.

Codex, Africana manu exaratus, a fine mutilus est.

---

1) املح الناس hic nomen proprium est.

2) Initium est: قال ابو الحسن الكاتب السجستانى قال قال محمد الشعبى ثم الوراق قال كان عند باب الخراسان على الجسر الاول قال قال حماد الوراق عن ابيه قال اسحاق بن ابراهيم الموصلى قال وذلك انى جالس ذات يوم النخ.

3) Incipit: قال ابو بكر مات رجل من رجال الرشيد.

DXLVII. (Cod. 1194 (3) Warn. fol. 53—62).

Fragmentum fabulae Milesiae, in qua agitur de amoribus Bischri et Hindae. Initium desideratur, et fragmentum in nostro Codice incipit a verbis: عسى يردّ لنا الجواب قال فمضت الجارية الى بشر وناولته الكتاب فقراه وفهم معناه واذا فيه هذه الابيات يقول شعر

هويتك دون الناس يا بشر كلهم وغيرك يهواني فيمنعه صدي

Hinda, amore Bischri succensa, complura carmina ad eum mittit; sed Bischr peccare nolit, nam Hinda maritata est mulier. Tandem Meccam migrat ut ab Hindae efflagitatione se liberet. Hinda vero marito suadet, se in somno angelum audivisse, jubentem ut Meccam se conferat; qua in urbe, amorum copulatrice opem ferente, Hinda cum Bischro congreditur. Surdo canit. Supervenit maritus; repudiat Hindam, quam, a marito digressam, expetit Bischr. Vice sua repulsam fert. In gravem incidit morbum. Morte illi appropinquante, soror ejus Hindae suadet ut Bischrum conveniat. Facit illa; sed conspecta Hinda Bischr extremum halitum efflat. Dolore correpta, Hinda quoque animam profundit. In uno sepeliuntur sepulchro, cui duae arbores contortae inseruntur, quae in posterum *amans et amata* vocabantur.

Lingua hujus libelli ad vulgarem vergit, sed versus non inelegantes sunt. 19 pp., incomte exaratae.

Alia exemplar.: Goth. 2754; Monac. 632; Cantabrig. (Preston p. 15) 173, 4; Havn. 234 (3).

DXLVIII. (Cod. 1339).

Continet historiam mercatoris ex ʿOmân Abu-'l-Hasan quam Khalîfae ar-Raschîd narrat, historiolam tonsoris loquacis, et tres alias, singulas unius aut duarum paginarum, denique notissimam

illam ex MI Noctibus (انس) حكاية السورد في الاكمام مع انيس الوجود. Codex anni nota caret.

Ab Humberto huc allatus et a Rege Acad. Leidensi donatus.

DXLIX. (Cod. 1543 (1) Testa fol. 2—16).

Titulus est: هذا كتاب سمر وفيه حكاية العريف والشاهد والحاجب والوالي والوزير وما معه. Est historia ex MI Noctibus desumta.

Codex olim fuit e libris al-Hâddji Ahmed ar-Ribât al-Halabî et anno 927 scriptus est.

DL. (Cod. 1646 (2) fol. 143—180).

Continet 1° (f. 143) historiam Wazîri cum decem puellis harumque historiam; 2° (f. 162) historiam Qâdhîi cum tribus puellis; 3° (f. 170) narrationem de singularibus fatis mercatoris cujusdam; 4° (f. 176) post carmina breviora in laudem prophetae ejusque filiae, lepidam narrationem de Hârun ar-Raschîd cum uxore amata et carmina de nictu oculorum amoris indice etc.

Codex, exaratus characteribus Maghribinis, anni nota caret sed recens est.

Emtus Amstelodami anno 1860 e bibliotheca van Voorst Cat. p. 2 n. 7.

DLI. (Cod. 1734 = Amîn 378).

Fragmentum operis cui auctor anonymus in praefatione titulum dat «نُزْهَةُ ٱلْمُشْتَاقِ، فِي أَخْبَارِ ٱلْمُتَيَّمِينَ وَٱلْعُشَّاقِ» et quod dicit continere historias amantium. Prima harum inscribitur حكاية لحسن الملقب المجنون البصري ابو (sic) et narrationibus 1001 Noctium simillima est. Incipit more solito ذكر والله اعلم فيما مضى وتقدّم وسلف من احاديث الامم قبل ان امير المومنين هرون الرشيد ارق ذات ليلة ثم خرج على عادته في زيّ التجار. In media hac historia Codex abrupte desinit. Sunt 15 pagg. Quae sequuntur quinque folia varia continent ex Ibn-Khallikân, Makrîzî aliisque

petita de al-Malik aç-Çâlih, cujus vitam vide apud Ibn Khall. n. 310 (Wüstenfeld).

Codex anno 1151 scriptus est.

DLII. (Cod. 1194 (9) Warn. fol. 134—144).

Sunt proprie duo opuscula. Prius agit de opera quam adhibent amici et fautores Arabis cujusdam nomine الذغبى دياب بن غانم, propter malefacta in carcer abrepti, apud emîrum Abu ʿAlî Hasan ibn-Sirhân ut eum liberum dimittat. Frustra primum conatur فكرون بن ثور بن ناهض, melius succedit طوى بن مالك. Ipsorum orationes et responsa hic habemus. Sunt 12 pagg. Alterum opusculum est fragmentum narrationis de puella Arabica campestri nomine جليلة بنت مرة quae eloquentia et venustate fascinat regem Jamani (الملك التبع), quem deinde monet ut eam caveat patrui filius al-Khâfiq ibn-Solaimân. Narrator (الراوى) est Kaʿb. Sunt 20 pagg. Anni nota non exstat, sed recens est.

DLIII. (Cod. 1545 (7) Testa fol. 111—122).

Libellus 23 paginarum, qui facetias complectitur. Initium est: وقيل لبعضهم ايسرّك ان الله ادخلك الجنّة وانت شاة قال نعم بشرط ان لا يذهبوا بى الى التياس. Finis: وحُكِىَ ان زاهدا كان بمدينة فرُفع الى ملك المدينة انه قدح فى ملكه فاراد قتله فاستتر فامر بغلق ابواب المدينة ووكّل بها اصحابه وخواصّه ثم امر ان يطلب ذلك الزاهد فلمّا ضاقت عليه المذاهب لبس ثياب الفُسّاق واخذ طنبورة فى صدره وخرج اواخر النهار الى باب المدينة وهو يتمايل وهَمّ بالخروج فاعترضه الموكّلون به وقالوا له مَنْ انت قال انا فلان الزاهد الذى يطلبه الملك فضحكوا منه واستهزوا

وصاروا يعيدون القول عليه فيقول لهم كما تقدّم وهم يضحكون عليه الى ان خرج من المدينة فكان سبب نجاته صدقه.

Codex anno 1170 incomte exaratus.

DLIV. (Cod. 951 (8) Warn. fol. 56—60).

Encomium partim soluta, partim ligata oratione compositum a Djalâl-ad-dîn ibn Khair-ad-dîn al-Hanafî [1]), in honorem qâdhîi supremi exercitus Otzmânici (قاضى العسكر المنصور) a quo nummos petit اما من دراهم حجّج السلطان ابى يزيد، او محمود باشا والامر لما يختار مولانا ويريد». Est libellus 9 paginarum. Initium doxologiae est «الحمد لله الذى جعل محمدا خير من قضى وحكم، ومنحه اعظم خُلق واكمل خلق واشرف حكم». Ipse incipit a verbis: «وبعد فانه لما كان الادب اشرف صناعة، واربح بضاعة». Anni nota addita non est.

DLV. (Cod. 2099 = Amîn 376).

«الأَغْلَالُ وَٱلسَّلَاسِلُ، فى مَجْنُونٍ اسمُهُ عَاقِلٌ» auctore Hasan Qowaidir al-Khalîlî qui in hoc opusculo ostendit ʿAqilum Efendî († 1270) sibi adscripsisse carmen quod non fecerat. Res inter professores al-Azharîjae cum magno studio agebatur donec noster ignorantiam impostoris detexit.

Apographon sine anno, sed medio hoc saeculo recentius.

1) Dozy hujus libelli indolem non bene perspexit ideoque alio loco ejus descriptionem inseruit quam aliarum hujus Codicis partium, quod autem non perspectum habuimus antequam descriptio nostra illarum partium (supra CCCLIX—CCCLXIV) jam typis expressa erat. Proprie ibi inserenda fuerat.

XII.

POESIS [1].

DLVI. (Cod. 1258 (2) Schult. fol. 61—77).

Textus septem *Mo'allaqât* sine commentario scholiisve. Nitidus Codex, recentiore tempore exaratus.

De Codicibus et editionibus horum poëmatum copiose exposuit Pertsch ad Cod. Goth. n. 2191.

DLVII. (Cod. 628 Warn.)

Commentarius in septem *Mo'allaqât*, auctore Abu-Dja'far Ahmed ibn-Mohammed ibn-Ismâ'îl [2]), vulgo *an-Nahhâs* s. *Ibn-an-Nahhâs* dicto († 338). Codex bene exaratus sed non antiquus est; anni nota non additur.

DLVIII. (Cod. 1500).

Apographum Codicis praecedentis, ab A. Schultensio factum.

Exemplaria hujus Commentarii enumeravit Pertsch l.l. p. 212; adde: Constant. (Köprülü) 1328.

---

1) Anthologias poeticas, paucis v. g. *Mo'allaqât*, *Diwân Hodzail*, exceptis, ad aetatem collectoris retulimus, ita ut Hamâsa apud Abu-Tammâm, Bohtorî etc. quaerenda sit.

2) In titulo nostri Codicis احمد بن اسماعيل بن محمود, in praefatione احمد بن اسماعيل, ad calcem احمد بن محمود, sed vid. Ibn Khallic. n. 39, Sojutî *Tabaqât*, e quo in fronte Codicis vita descripta est, cet.

DLIX. (Cod. 1509 Testa).

Codex sine titulo, nam initium desideratur. Est Commentarius in sex priores *Mo'allaqât* (septima enim, Hâritzi, in hoc Codice desideratur), incipitque in nostro Codice a versu 15to. Mo'allaqae Amru-'l-qaisi. Nomen Commentatoris latet. Leguntur quidem in capite folii 11 r. haec verba, fortasse ab eodem homine qui totum Codicem exaravit, scripta: شرح سبعيات معلقة للنحاسى, et praeterea in ultimo folio, absoluto Commentario subjunguntur haec: قال ابو جعفر فهذه اخر السبع المشهورات على ما رايت اهل اللغة يذهبون اليه منهم ابو الحسن ابن كيسان وليس لنا ان نعترض فى هذا فنقول من الشعر ما هو اجود من هذا الخ; ex quibus efficias, Commentarium conscriptum esse ab Abu-Dja'far ibn-an-Nahhâs, vel an-Nahhâs, ut etiam appellatur. Obstat vero quod hic Commentarius alius est atque ille, qui Codice 628 continetur. Noster itaque liber alium habet auctorem, qui scilicet Ibn-an-Nahhâsi Commentario usus est. Ex collatione Codicis, titulo instructi, qualis fortasse in alia Bibliotheca adest, patere poterit quis revera auctor sit hujus Commentarii. Hanc ob causam describo Commentarium ad vs. 15 Mo'allaqae Amru-'l-qaisi: اذا لم يحلل ويروى لم يحرك ويروى انحرفت له وقال ابن الانبارى تقول (l. يقول) كانت تحته فاذا بكى الصبى انصرفت له بشقّ ترضعه وهى تحته وانما تفعل هذا لان هواها معه ويروى اذا ما بكى من حبّها وقال ابو جعفر النحاس معنى البيت انه لما قبّلها اقبلت تنظر اليه والى ولدها وانما يريد بقوله انصرفت له بشقّ يعنى انها امالت طرفها اليه وليس يريد ان هذا من الفاحشة لانها لا تقدر ان تميل الى ولدها بشقّها فى وقت يكون اليها منه ما يكون وانما يريد انه يقبّلها وخدّها تحته.

Verba an-Nahhâsi quae hic laudantur, revera leguntur in Codice nostro 628, in quo praeter illa nihil ad vs. 15 adscriptum est.

Codex bene exaratus est et antiquus videtur, sed octo folia ultima recentiore et incomta manu scripta sunt.

DLX. (Cod. 1504).

Commentarius in septem *Mo'allaqât*, auctore Abu-Abdallah al-Hosain ibn-Ahmed ibn-al-Hosain *az-Zauzanî* († 486). Additum est Ka'bi ibn-Zohair carmen panegyricum in Mohammedem cum Commentario. Codex negligenter exaratus est anno 1044.

Alia exemplaria enumeravit Pertsch l.l. Adde: Berol. (Landberg) 195; Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 254, 255, 256.

Hunc Codicem, olim Scheidii (Catal. n. 17), tum Paravii, in auctione publica, Amstelodami a. 1839 habita, emit Bibl. nostra.

DLXI. (Cod. 292 Warn.)

Commentarius in septem *Mo'allaqât*, auctore Abu-Bakr Jahjâ ibn-Alî *at-Tibrîzî* († 502).

Codex negligenter exaratus est anno 1016.

De apographo hujus Codicis quod Ultrajecti servatur cf. Cat. (editio prior) V, p. 265. Apographon Reiskii: Havn. 241. De aliis exemplaribus vide Pertsch l.l.

DLXII. (Cod. 68 Gol.).

Commentarius in septem *Mo'allaqât*. »Inspexi semel," ait Reiskius in Prologo ad Tarafam (p. xi), »ut viderem quid libri esset. Sed offendi nudas et jejunas difficiliorum verborum explicationes, praeter ultimum Haretz ibn Heltza, quod egregio, ut videbatur, et densis poëtarum citatis gravi, commentario instructum eminebat."

Additum est Ka'bi ibn-Zohair carmen panegyricum in Mohammedem, cum Commentario. In ultima pagina scripti sunt octo versus priores carminis as-Schanfarâi, addito Commentario.

Codex bene exaratus est anno 883.

DLXIII. (Cod. 1103 Warn.).

Sunt duo volumina, quorum alterum (1103 (1)) Mo'allaqae Amru-'l-qaisi textum Arabicum cum versione Latina nonnullisque

notis, alterum (1103 (2)) annotationes ad eandem Mo'allaqam exhibet. Libelli, Warneri autographon offerentes, a G. J. Lette in usum adhibiti sunt, v. ejus *Caab ben Zoheir*, *item Amralkeisi Moallakah*, Lugd. Bat., 1748.

In Codice 1496 exstant, praeter alia, H. A. Schultensii versio Latina et explicatio Mo'allaqae Amru-'l-qaisi et apographum τῶν *Mo'allaqât.*

DLXIV. (Cod. 901 (1) Warn. p. 1—119).

شعر امرئ القَيْس بن حُجْر جَمْعُ ابى سعيد السُّكَّرىّ. Dîwân poëtae Amru-'l-qais, qui sexto post Christum saeculo floruit, collectus ab as-Sokkarîo († 275). Nihil fere praeter nudum textum hoc Codice continetur, nam glossae rarissime additae sunt. Poëmata (quorum primum est Mo'allaqa) plane diverso ordine collocata sunt ac in editione Slaneana; numero sunt 67.

Codex antiquissimus et optimus est, quum anno 545 a doctissimo grammatico, 'Alî ibn-Thirwân, descriptus sit ex exemplari ab al-wazîro al-Maghribî exarato de quo vid. infra quae scripta sunt ad n. DCVI, Cod. 901 (2), quod ipsum ex quonam exemplari descriptum fuerit, annotatum fortasse est in pagina prima; sed quae ibi sunt scripta (incipiunt نقلته من نسخة بخطّ الوزير الكامل ابى القسم لحسين بن على ووجدت على وجهها مكتوبا) nunc situ et vetustate adeo evanuerunt ut vix ac ne vix quidem legi possint. Subscriptio vero haec est: قال الوزير الكامل هذا آخر ما وجدتُّ من شعره فى جمع السُّكَّرىّ وفى آخره بخطّه قراتُه على ابى أُسامة اعزّه الله حفظًا وهو ينظر فى الاصل فى سنة ثلث وثمانين وثلثمائة تجز الديوان ولله المنّة ونقلتُه من خطّ الوزير الكامل رحمه الله بثغر عسقلان حماه الله وكتب على بن ثروان بن لحسن الكندى فى مستهلّ المحرم سنة خمس واربعين وخمس مائة وهو يحمد الله وحده ويصلّى على نبيه محمد وعلى آله عورض الاصل بخط الوزير ولحمد لله دائما.

Ex his verbis apparet, al-wazîrum al-Maghribîum Amru-'l-Qaisi Dîwânum edidicisse et anno 383 memoriter recitasse praeceptori suo Abu-Osâmae (i. e. Djonâda ibn-Mohammed al-Azdî al-Harawî, de quo doctissimo philologo, anno 399 ab al-Hâkimo, Aegypti Sultâno, ad necem dato cf. Ibn-Khallicân I, p. ١٧٣ ed. de Slane), qui librum, a discipulo exaratum, manu tenebat; hinc explicandum quod liber, statim post *bismillam*, incipiat a verbis: قرانا على ابى اسامة اعزّه الله قال امرؤ القيس الـخ. Simul nunc intelligitur, Reiskium in gravissimum incidisse errorem quum in *Prologo* ad Tharapham (p. xxvi) diceret, nostrum Codicem exhibere editionem poëticorum operum Amru-'l-Qaisi *ex recensione Abi Osamah*; dicere enim debuisset: *ex recensione as-Sokkarîi.* — Opus 118 paginas octuplicatas continet.

Alia exemplaria praeter tria illa de quibus egit de Slane in praef. operis c. t. *Le Diwan d'Amro-'l-kais*: Cantabrigiense, quod, teste Reiskio (l.l.) olim Erpenii fuit (cf. Catal. Erpenii, Orationi Vossianae adjunctus, p. 3, et Dozyi Prologus ad Catalogum); cf. Bodl. (Uri) 1223 (cf. Add. et emend. p. 613) et Caes. Vind. 446 (1); (Hammeri 64); Alger. (p. 13). Nostrum Codicem transscripsit Reiskius (cf. ejus Vita p. 169), nunc Havn. 248; Mus. Brit. 576; von Kremer 160 (1); Goth. 2223; Caussin 457. Duo comment. Constant. (Köprülü) 1314, 1315. Ceterum cf. Praef. Ahlw. ad opus suum *Six ancient arab. poets.*

Etiam Qâhirae anno H. 1282 hic dîwân editus est cum Comm. al-Bataljusî. Habemus hic quaedam poëmata ex nostro Codice 901 descripta a I. I. Schultensio (Cod. 1494, de quo vide inter Collectanea), et praeterea:

DLXV. (Cod. 1344).

Apographum Codicis nostri 901 (1), factum a Schroedero.

Emtum Groningae e Bibl. Schroederi.

DLXVI. (Cod. 2024 = Amîn 301).

Dîwân poëtae *Labîd.*

Plura addere supervacaneum videtur quum ex hoc nostro Co-

dice anno 1887 A. Huber ediderit illa carmina quae in prioribus editionibus non legebantur. De Codice nostro hoc illius opus conferatur. (*Das Leben des Lebîd mit einem Theile seiner noch nicht veröffentlichten Gedichte*).

Codicem anno 1297 exaravit Mohammed as-Sa'îd ibn al-Kâfî at-Tughurti (التغرتي) al-Maghribî tunc temporis urbis Medinae incola.

DLXVII. (Cod. 1926 = Amîn 198).

Carmen بانت سعاد dictum commentario illustratum ab *at-Tibrîzîo* († 502). Cf. supra sub numeris DLX et DLXII et imprimis *Cat. Ind. Off.* (Loth) 802 (2), ubi aliud exemplar describitur, necnon *Cat. Berol.* (Ahlwardt) 99 et 100, ubi quoque alia exemplaria enumerantur. *Isnâd* idem est ac in Cod. Londinensi, sed inserendum est nomen Abû-Bakr ibn-Mohammed ibn al-Qâsim al-Anbârî († 328) inter Ibn-Haijawaih et Abdallah ibn-'Amr.

Sunt 18 folia anno 789 exarata.

De aliis exemplaribus praeter ea quae supra laudavi cf. Pertsch ad Cod. Goth. 2225.

DLXVIII. (Cod. 2025 = Amîn 302).

Dîwân poëtae celeberrimi A'schae, Maimun ibn-Qais, de quo vide *Morgenländische Forschungen* p. 235 seqq. Continet 15 carmina majora et minora.

Apographon recens 12 foliis constans anno H. 1297 scriptum est a Mohammed as-Sa'îd ibn al-Kâfî at-Tughurtî qui etiam diwânum Labîdi exaravit. Partem Dîwâni continent Cod. Paris., *Suppl. Ar.* 2168 fol. 21—30; Argentor. (Spitta) 28.

DLXIX. (Cod. 2116 (3) fol. 71—78 = Amîn 397).

لاميّة العرب, pulcherrimum *as-Schanfarâi* (qui Mohammedis fere tempore florebat) carmen anno 982 Commentario illustratum a

Mowaijad ibn-'Abd-al-Latîf ibn-Sa'îd al-Naqdjowânî (النقجوانى) [1]. Hic Commentarius cujus mentio exstat apud H. Khal. V, 295 rarissimus est, quapropter dolendum est nostrum exemplar anno 1077 demum exaratum malae notae esse. Commentarius brevis est et fere unice versatur in explicatione grammaticali. Initium:

حدثنا عمارة بن عَقيل قال حدثنا مساور الازدى قال اخبرنا ابن صاح (sic) الازدى قال الخ.

DLXX. (Cod. 527 (2) Warn. fol. 38—40 r.).

Ejusdem carminis aliud exemplar. De hoc malo Codice, cui paucae glossae marginales additae sunt, dixit de Sacy (*Chrest. arabe*, II, p. 350 sq.). Tertium exemplar est in fine Codicis 2053.

Alii Codd. Acad. Reg. 81; Paris. 1455 (de quo retulit Sacyus in *Notices et Extraits*, IV, p. 313 sqq.); Mus. Brit. 366 (3), 1100 (7, 3); Ind. Off. 801 (4); Bodl. (Uri) 1266 (1), (Nic.) 335; Berol. (Ahlw.) 80, 81; Monac. 577 f. 243; Goth. 2224; Havn. 250 (2); Rosen (Ms. Ar.) 72 (4); cf. etiam Fresnel in *Lettre à M. B. Duprat* et Nöldeke, *Beiträge* p. 200 seqq.

Varii commentarii: az-Zamakhscharîi: Escur. (Derenb.) 462 (4); Lips. (Refâij.) 32; Ibn-Doraidi: Berol. (Ahlw.) 82; al-Halabîi: Escur. (Derenb.) 314; as-Sowaidîi: Mus. Brit. 1415 (4); az-Zauzanîi: Vatic. 364; anonym.: Oxon. (Nic.) 305; al-'Okbarîi: Berol. (Landberg) 559, cf. ibid. 850.

Textus cum Comm. al-Mobarradi, cujus exemplar recensui: Brill (Houtsm.) 654, typis expressus est Cpoli A. H. 1300, cf. Brill n. 95.

DLXXI. (Cod. 824 (8) Warn. fol. 134—140).

Commentarius ad fragmentum poëmatis celeberrimi Hâtim at-Tâ'i, metro الطويل, quod hic sequitur:

لحى الله صعلوكا مناه وهمه من العيش ان يلقى لبوسا ومطعما

1) Sic Codex, cf. Jâqut sub نخجوان.

ينام الضحى حتى اذا ليله انى   تنبّه مسلوب الفؤاد مورّما
ولله صعلوك يساور همّه   ويمضى على الاحداث والدهر مقدما
فتى طلبات لا يرى الخمص ترحة   ولا شبعة ان نالها عدّ مغنما
اذا ما راى يومًا مكارم اعرضت   تيمّم كبراهنّ ثمّت صمّما
يرى رمحه او نبله ومجنّه   وذا شطب عضب الضريبة مِخْذما
واحناء سرج قاتر ولجامه   عتاد اخى هيجا وطِرفا مسوّما
ويغشى اذا ما كان يوم كريهة   صدور العوالى وهو مختضب دما
اذا الحرب ابدت ناجذيها وشمّرت   وولى هدان القوم اقبل معلما
فذلك ان يهلك فحىّ[1] ثناؤه   وان عاش لم يقعد ضعيفا مذمّما

Hi versus exceptis 3 ultimis leguntur in edit. Londiniensi Dîwâni p. ٢٥ et duobus primis exceptis in *Schawâhid al-Kasschâf* p. ٢٩٣. Lectio nostri interdum differt et plus semel praeferenda est.

In subscriptione docemur haec esse a manu ʿAlîi ibn-Khosraw cui memoriter dictávit magister anonymus; deinde neminem hos versus Commentario illustrasse praeter illum, nonnullos tantum explicatos fuisse ab at-Taftâzânîo († 792) et as-Sajjido as-Scharîf al-Djordjânî († 816) in Commentariis ad *Kasschâf*. Cf. H. Khal. V, 187.

Currente calamo exaratae 12 pagg. sine anni nota.

DLXXII. (Cod. 2026 = Amîn 303).

Dîwân poëtae *Abû-Mihdjan* quem Commentario illustravit Abû-Hilâl al-Hasan ibn-ʿAbdallah ibn-Sahl al-ʿAskarî († 382), Ibn-Doraidi discipulus. Nuper bis editus est, primum a Landberg in opere collectaneo *Primeurs arabes* (طُرَف عربيّة L. B. 1886), qui compluribus emendationibus additis Codicem nostrum ad verbum imprimi curavit, deinde a L. Abel (L. B. 1887), qui etiam Codice

1) Var. l. فكسبى. In *Schaw. al-Kasschâf* male فكسبى.

Vindobonensi aliisque subsidiis usus textum cum versione latina et brevi annotatione edidit. In praefatione hic de poëta et de commentatoribus egit.

Apographon anno H. 1296 in urbe Medinae factum et hac subscriptione munitum est: نقل من نساخة بخط اديب زمانه ووحيد عصره الشيخ محمد محمود بن التلاميد الشنقيطى وهو نقل من خط ياقوت ولفظه كتبه ياقوت المُسْتَعْصِمِىُّ فى شوّال سنه ٦٨١ حامدا الله. Hoc a Jâquto scriptum exemplar, teste Landberg, Constantinopoli asservatur. Codicem quoque possidet A. Socin, quo Abel usus non est.

DLXXIII. (Cod. 115 Gol.)

Titulus, aureis literis scriptus, est ديوان شعر الحادرة املاء ابى عبد الله اليزيدى, et in prima pagina post *bismillam* leguntur haec: قال ابو عبد الله محمد بن العباس اليزيدى قرأتُ على عبد الرحمن بن عبد الله بن قريب بن اخى الاصمعى قال الحادرة واسمه قُطبة بن أَوْس بن مَحْصَن بن جَرْوَل بن حبيب بن عبد العُزّى ابن خُزَيْمة بن رزام بن مازن بن ثَعْلبة بن سعد بن ذُبْيان وانما سُمّى الحادرة لقول زَبّان بن سَيّار الفزارى

كانّك حادرة المَنْكِبَيْن رَصْعاء تُنْقِضُ فى حاير

qui versus commentario illustratur.

Continet igitur Codex Dîwânum, Commentario illustratum, poëtae antiquissimi Qotba ibn-Aus, qui vulgo *al-Hâdira* dicebatur, et qui ut ex ejus genealogia, quam integram in Codice traditam esse vides, apparet, anno circiter 600 post Chr. natus est; nam Tzaʿlaba (rotundis utimur numeris) anno circiter 330 natus est (cf. Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'Islamisme*, tableau X, B). Haec ex computatione genealogica hausta opinio confirmatur loco qui in Commentario legitur,

ex quo patet, poëtam Hassân ibn-Tzâbit (quem, 120 annos natum, anno H. 54 (post Chr. 674) diem supremum obiisse tradunt) poëmata al-Hâdirae jam cognita habuisse. Locus est hic (p. 8 sq. p. ٥ in ed. Engelmann): قال عبد الرحمن قال ابو سعيد عمّى (1 سمعت شيخا من بنى كنانة من اهل المدينة قال كان حسّان بن ثابت اذا تنوشد الشعر قال هل أُنْشِدَتْ كلمة الحُوَيْدِرة قال ابو سعيد يعنى هذه وفى اختيار المفضّل والاصمعى

بكَرَتْ سُمَيَّةُ غُدْوَةً فتَمَتَّعِ وغدَتْ غُدُوَّ مُفَارِقٍ لم يرجعِ ✿

Quod ad Commentarium attinet, videantur quae disputavit W. H. Engelmann in Prolegomenis ad editionem hujus Dîwâni, qui anno 1858 Leidae prodiit. Idem de nostri Codicis valore retulit.

DLXXIV. (Cod. 2028 = Amîn 305).

Alterum hujus dîwâni exemplar, quod eandem redactionem offert, sed haec verba praecedunt: رواية ابى عبد الله محمد بن العبّاس اليَزِيدىّ رحمة الله عليه حدّثنا ابو القاسم عمر بن محمّد بن سَيْف فى شهر رمضان سنة ٣٦٥ قال حدّثنا ابو عبد الله محمّد بن العبّاس بن محمّد بن ابى محمّد يحيى بن المبارك اليزيدىّ املاء من لفظه فى شهر ربيع الآخر سنة ٣٠٩; deinde sequuntur ea, quae initio Cod. 115 leguntur قرات على الحج.

Apographon hocce recens est, sed optimum textum offert. Factum est nimirum in urbe Medinae ex exemplari, quod possidebat Mohammed Mahmud ibn-at-Talâmîd as-Schinqîtî (الشنقيطى), qui ipse hoc descripsit ex alio a celeberrimo calligrapho Jâqut al-Mosta'çamî anno H. 684 exarato, ut docet nos Codicis subscriptio.

---

1) I e. al-Açma'î

Aliud exemplar describitur apud Ahlwardt sub n. 73 (vide apud eundem etiam n. 74 et 75), necnon in Cat. Mus. Brit. n. 1525. Apographon Codicis 115 est in Bibl. Acad. Reg. Neerl. 82.

DLXXV. (Cod. 2031 = Amîn 307).

Dîwân *as-Schammâkhi* Ma'qil ibn-Dhirâr, de quo vide *Aghâni* VIII, 101 seqq. Redactoris nomen latet; Codex 24 carmina continet, nullo commentario addito.

Codex ab eodem eodemque loco et tempore exaratus est ac Codd. 2024, 2025 et 2029. Aliud exemplar mihi non innotuit. Sunt 15 folia.

DLXXVI. (Cod. 549 Warn.)

Dîwân Hodzailitarum. Titulus in Codice est: كتاب شرح اشعار الهذليين ممّا صنعه ابى (sic) سعيد الحسن بن الحسين السكّرى ۞ رواية ابى الحسن على بن عيسى بن على النحوى عن ابى بكر احمد بن محمد الحلوانى عنه.

Banu-Hodzail, virtute bellica et poëtico ingenio clari, pertinent ad Arabes Modharitas. Ab antiquis inde temporibus in vicinitate Meccae habitabant et nostra aetate eadem adhuc incolunt loca [1]. Multa poëmata antiquorum poëtarum hujus tribus hoc Codice continentur, Commentario as-Sokkarîi illustrata, veteris et de antiqua Arabum poësi optime meriti philologi, cujus vitam, ex as-Sojutîi *Vitis Grammaticorum* (Cod. Doct. Lee fol. 93 v.) descriptam, hac data opportunitate publici juris faciam:

الحسن بن الحسين بن عبيد الله[2] بن عبد الرحمن بن العلاء بن

1) V. Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes*, I, p. 193.

2) Al-Qiftî (Cod. 654, 3) habet عبيد الله. Anbârî, *Nozhat al-alibbâ*, p. ٢٧٤ eum appellat ابو سعيد عبد الله بن الحسن بن الحسين.

ابى صُفْرة[1] بن المهلب العتكى المعروف بالسكرى ابو سعيد النحوى اللغوى الراوية الثقة المكثر كذا ذكره ياقوت وقال سمع يحيى بن معين وابا حاتم السجستانى والرياشى وخلقًا واخذ عنه محمد بن عبد الملك التاريخى وكان ثقة صدوقا يقرى القران وانتشر عنه من كُتُب الادب ما لم ينتشر عن احد من نظرائه وكان اذا جمع جمعا فهو الغاية فى الاستيعاب والكثرة وصنّف النقائض ' النبات ' الوحوش ' المناهل والقرى ' الابيات السائرة ' وجمع شعر جماعة من الشعراء منهم امرؤ القيس والنابغة الذبيانى والجعدى وزُهَير ولبيد وغيرهم وعمل من اشعار القبائل شعر بنى هذيل وبنى شيبان وبنى يربوع وبنى ضَبّة والازد وبنى نهشل وغيرهم مولده سنة ٢١٢ ومات سنة ٢٧٥ وقال الزبيدى ٧٠[2].

Ex as-Sokkarîi exemplari descripsit poëmata et Commentarium Abu-Bakr Ahmed ibn-Mohammed ibn-ʿAçim al-Holwânî, qui discipulus erat as-Sokkarîi, et, quamquam incomtam scribebat manum, praeceptoris sui opera accurate describere solebat; ait enim al-Qiftî in *Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dzahabîo facta (Cod. 654, 3): احمد بن محمد ابن عاصم الحلوانى قريب ابى سعيد السكرى روى عنه كتبه واخذ عنه الادب وله خط قبيح الا انه صحيح. Ex al-Holwânîi exemplari suum descripsit grammaticus ar-Rommânî i. e. Abu'l-Hasan ʿAlî ibn-ʿIsâ († 384), cujus vitam scripserunt Ibn-Khallikân, al-Qiftî et as-Sojutî. Hic itaque in libro nostro constanter loquitur.

Codex noster optime scriptus et antiquus est, anno scilicet 539 absolutus. Omnes fere vocales versibus additae sunt, complures

1) Sic legitur apud al-Qiftîum (qui post المهلب addit بن ابى صفرة). In as-Sojutîi Codice pro صفرة perperam legitur صفر.

2) Al-Qiftî itidem refert, as-Sokkarîum anno 275 diem supremum obiisse; sed Ibn-Qâniʿ quem laudat (in Codice ابن فانع scriptum est), anno 290 eum mortuum esse statuit. Anbârî utrumque memorat.

quoque Commentario. Continet folia 204 formae quae in folio dicitur minoris. Librarii subscriptio haec est: تمّت اشعار الهذليين عن ابى سعيد السُّكّرى رحمه الله والحمد لله اولا وآخرا وصلى الله على سيّدنا محمّد النبى وآله وسلّم تسليما كنتُ ابتدأتُ بكتابة هذا الكتاب منذ مدّة طويلة فكتبتُ المجلد الاول وقرأته على شيخنا ابى منصور بن الجواليقى امتع الله به ثم تركتُ وعدت الى الكتابة والقراة فكان مدّة ذلك بضع عشرة سنة اخرها اخر شعبان من سنة تسع وثلثين وخمس مائة وكتب محمد بن على العتابى, et in nota marginali: كتبتُه من خط السمسمى وقابلت به نسخة للحميدى وبعضه مقابل بنسخة شيخنا التى بخط يده وبغيرها من النسخ الموثوق بها فصحّت بحمد الله ومنّه. Codex itaque exaratus est, decem circiter annorum spatio (nam absoluto volumine primo librarius laborem suum aliquamdiu intermisit), a Mohammed ibn-'Alî al-'Attâbi. Erat hic doctissimus philologus Baghdâdensis, qui, testibus al-Qiftîo et as-Sojutîo, in *Vitis Grammaticorum*, pulchre quoque et emendate a se exaratis Codicibus inclaruit; postremi auctoris verba, ex Codice Doct. Lee (fol. 30 r.) descripta, hac data opportunitate publici juris faciam: محمد بن على بن ابراهيم بن زبرج العتابى[1] ابو منصور بن ابى البقا قال ابن النجار كان اماما فى النحو ومعرفة العربية متصدّرا[2] لاقراء الناس ويكتب خطًّا مليحا صحيحا[3] قرأ النحو

1) من اهل محلّة العتابيين احدى محالّ الجانب الغربى, ait al-Qiftî (*Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dzahabîo facta, Cod. 654, 3). Intelligenda est pars occidentalis *Baghdâdi*: cf. *Lobb-al-lobâb*.

2) Dozy: Quod ad significationem attinet, quae h. l. 5ae formae verbi صدر propria est, cf. locus Ibn-al-Khatîbi (Cod. de Gayangos fol. 26 r.): تصدّر للاقراء ببلده على وفور اهل العلم فكان سابق الحلبة. Vid. porro *Supplém. aux dict. ar.* I, 822.

3) Al-Qiftî: وله الخط المليح وكتب الكثير على الشريف ابن الشجرى وعلى الشيخ ابى منصور بن الجواليقى.

على ابى السعادات ابن الشجرى واللغة على ابى منصور الجواليقى وسمع الحديث من جدّه لامّه ابى العباس احمد بن الحسين بن قريش وابى القاسم هبة الله بن الحصين وابى بكر محمد بن عبد الباقى الانصارى وغيرهم وحدث باليسير سمع منه القاضى ابو المحاسن عمر بن على بن الخضر القرشى وابو المفاخر محمد ابن محفوظ التجْبَاذقانى وعبد الرحمن بن يَعيش بن سعدان القواريرى وكانت بينه وبين ابى محمد بن الخشاب مناقرات ومنافرات ولد فى ربيع الاول سنة ٤٨٤ ومات يوم الثلاثا خامس عشر جمادى الاولى سنة ٥٥٩. Descripsit porro hunc Codicem Mohammed ibn-ʿAlî al-ʿAttâbî e Codice ab as-Simsimîo exarato, qui et ipse celebratus grammaticus saeculo quarto floruit, multisque emendate a se scriptis Codicibus inclaruit (صاحب خط متقن فى الصحّة كتب الكثير, ait al-Qiftî, et as-Sojutî: صحيح الخط) et anno 415 diem supremum obiit [1]). Contulit praeterea Mohammed ibn-ʿAlî Codicem, ab as-Simsimîo exaratum, cum alio quem exaraverat al-Homaidî (fortasse Mohammed ibn-Fotuh, qui in Hispania natus erat, sed anno 448 patria relicta in Orientem profectus Baghdâdum sedem transtulit); partem contulit cum Codice exarato ab Abu-Mançur ibn-al-Djawâlîqî [2]), celebrato itidem philologo Baghdâdensi, qui nitide et accurate a se scriptis Codicibus clarum nomen adeptus est (مليح الخط والضبط, ait as-Sojutî) et anno 539 obiit [3]), eodem illo quo Mohammed

---

1) Proprium ejus nomen erat: Abu-'l-Hasan ʿAlî ibn-ʿObaidallah ibn-ʿAbd-al-Ghaffâr. Anbârî p. ۴۱۳ male عبد الله الشمسى.

2) Proprium ejus nomen erat Mauhub ibn-Ahmed. Lexicon vocum peregrinarum, ab eo compositum, supra descripsimus, p. 50

3) In as-Sojutîi Codice quo utor, scripsit Dozy, mense Moharrami anni 465 obiisse legitur; quod admitti nequit, nam ex subscriptione Codicis Diwâni Hodzailitarum patet, eum anno 539 adhuc inter vivos fuisse; ubi enim Mohammed ibn-Alî de eo loquitur, ait: امتع الله به; quae formula nonnisi de vivis usurpatur. Confusus vero est, aut ab as-Sojutîo, aut a Codicis librario, annus quo natus cum illo quo mortuus est Ibn-al-Djawâlîqî, ut patet ex al-Qiftîo et ex Ibn-Khallikâne (Fasc. IX, p. ۴۲), qui eum anno 466 (non 465) natum, et mense Moharrami anni 539

ibn-ʿAlî apographum suum absolvit. Hoc Ibn-al-Djawâlîqîo, discipulo at-Tibrîzîi hujusque successore in Academiae Nithâmiticae cathedra, praeceptore usus erat Mohammed ibn-ʿAlî in literis humanioribus addiscendis; huic Codices a se scriptos praelegere solebat (cf. supra pagina 356 ann. 3) et hunc quoque, ut ipse testatur, praelegit. Alios praeterea Codices fide dignos se contulisse affirmat.

Accuratissimis itaque Codicibus quos Lugduni Batavorum habemus, hic Codex, quem a multis librariis ex praeclara schola Baghdâdensi expolitum dixeris, summo jure annumerandus est. Accedit, quod opus continet praestantissimum et rarissimum. Sed quo major cum operis tum Codicis est praestantia, eo magis dolemus, hoc volumine dimidiam tantummodo operis partem contineri [1]).

Elenchus capitum hujus voluminis est: fol. 1 v. شعر مالك بن الحرث. — 3 r. شعر صخر الغى وشعر ابى المثلم. — 24 v. شعر الاعلم. — 30 v. شعر ساعدة بن العجلان. — 33 v. شعر ابى جندب. — 41 r. شعر معقل بن خويلد. — 49 v. شعر ابى العيال وبدر بن عامر. — 58 v. شعر مالك بن خالد الخناعى. — 70 r. شعر أمية بن ابى عائذ وشعر سهم بن أسامة واياس بن سهم بن اسامة مع شعر امية فى باب واحد. — 88 v. شعر حذيفة بن أنس. — 92 v. شعر عمرو ذى الكلب عن ابى عمرو والاصمعى وشعر ابن ترنى

mortuum esse tradunt. De anno obitus fortasse recte traditum est, non ita de mense; nam ex subscriptione Dîwâni Hodzailitarum patet, Ibn-al-Djawâlîqîum mense Schaʿbâni adhuc in vivis fuisse. Abulfeda (*Ann.* III, p. 495) eum anno 540 obiisse statuit, Anbârî anno 539 regnante al-Moqtafî. Caeterum non *totum* librum Ibn-al-Djawâlîqîo praelegit Mohammed ibn-ʿAlî, nam fol. 178 r. exstat hujus viri glossa marginalis: بلغت قراءة الى هاهنا انتهت قراتى عليه رضى الله عنه, quam quum scriberet jam mortuus erat Ibn-al-Djawâlîqî.

1) In priore editione Dozy exposuit quomodo detegerit fraudem bibliopolae qui verba الجزء الثانى charta agglutinata obtegit, ut emtori persuaderet *totum* Dîwânum hoc volumine contineri.

الهذلى وشعر جَنُوبَ اخت عَمْر وشعر سَرِيع بن عِمْران الهذلى وشعر
— شعر قيس بن العَيْزارة. 99 r. — عمرة اخت عمر فى باب واحد
شعر ابى ذَرّة الهذلى. 108 v. — شعر الداخل بن حزام 105 v.
— شعر المعطّل الهذلى (يوم وَكَف الرِّماء وهو يوم المَرخة) 110 r.
شعر رجل من هذيل لم 115 r. — شعر ربيعة بن الجحدر 112 v.
شعر عُرْوة بن مُرّة 117 r. — شعر ربيعة بن الكَوْدَن 115 v. — يُسَمّ.
شعر الأَبَحّ وسارية 117 v. — اخى ابى خِراش ويقال هو لابى ذُوَيب
123 v. — شعر عبد مناف بن رِبْع 118 r. — ابن زُنَيْم فى باب واحد
شعر ابى ضَبّ (يوم 125 v. — شعر ابى شِهاب المازنى (يوم البَوْباة)
شعر 131 r. — شعر ابى قِلابة (يوم الأَحَثّ) 126 v. — الحُلَيْت)
شعر البُرَيْق 133 v. — شعر ابى أُراكة 133 r. — ابى بُثَيْنة
— شعر العَجْلان بن خُلَيْدة (يوم ظَهْر الحَرّة) 139 v. — الخُنَاعى.
شعر ابى المُوَرِّق 142 v. — شعر عبد بن حَبيب (يوم سُمَىّ) 140 v.
— شعر ابى الرَّعّاس 143 v. — ورجل اخر من هذيل (يوم المُغَمَّس)
شعر سَلْمى بن المُقْعَد وشعر عمر بن ابى جَمْرة وشعر عَمْر بن 144 r.
شعر عَمْر بن 149 r. — قيس وشعر ساعدة بن عَمْر (يوم ذى حَمَاط)
شعر 152 v. — شعر عامر بن سَدوس 151 v. — هُمَيْل (يوم غَزال)
شعر 153 v. — شعر اياس بن جُنْدَب 153 r. — مُرّة بن عبد الله
يوم نُمار لبنى قُرَيْم فيه شعر رجل من 154 r. — خالد بن زهير
— يوم ثَنِيّة العَقيق 156 r. — يوم صُورة 155 v. — بنى قريم
158 r. — يوم الغار 157 r. — يوم الحِقاب وهو يوم نَعْمان 156 v.
يوم عن الجُمَحى 158 v. — يوم (proelii nomen additum non est).
شعر ابى عُمارة بن ابى 163 v. — فيه شعر المُذال بن المعترض
حديث 166 r. — شعر عبد الله بن ابى ثعلب 164 v. — طرفة.

شعر عِياض 167 r. — شعر ابى الحَنَّان. 166 v. — رجل من هذيل.
شعر 168 v. — ابن خويلد ورجل من هذيل وقيس بن العَجْوة
— شعر ابى صَخْرٍ الهذلى 169 v. — عبد الله بن مُسْلِم بن جندب.
187 r. شعر مُلَيْح بن الحَكَم.

Priorem partem ex hoc nostro Codice anno 1854 Kosegarten typis mandavit, quae restant J. Wellhausen anno 1884 edidit in libro c. t. *Skizzen und Vorarbeiten.* Idem deinde scholia dedit in Zeitschr. d. D. M. G. XXXIX, 411—480. Cf. porro ib. p. 104—106, 151—164. Partem voluminis secundi hujus Dîwâni possidet Bibl. Paris, Suppl. ar. 1427.

DLXXVII. (Cod. 1501).

Apographum Codicis praecedentis, factum ab Alberto Schultensio; Commentarius decurtatus est, liberque pessima manu, utpote Alberti Schultensii, scriptus. Ex hoc apographo factum est apographum Reiskii, ex quo factum est apographum Lettii, quod servatur in Bibl. Gissensi (cf. Adriani *Catal.* p. 44). Fragmenta quaedam, ex nostro Codice descripta, possidet Bibl. Acad. Reg. Neerl. (n. 78 et 79).

DLXXVIII. (Cod. 2399).

Alterum apographon ejusdem Codicis manu Schroederi.
E libris A. Rutgers.

DLXXIX. (Cod. 525 Warn.)

Dîwân qui tribuitur khalîfae ʻAlî ibn-abî-Tâlib († 40), cum amplo Commentario *Persico*, ab Hosain ibn-Moʻîn-ad-dîn Maibodî composito, qui hoc opus anno 890 aut 870 absolvit; cf. Pertsch Cat. Goth. ad n. 2228.

Codex anni nota caret, sed decimo Arabum saeculo scriptus mihi videtur. Scriptura est *neskhî*, ad *nestalîk* vergens.

DLXXX. (Cod. 2041 = Amîn 317).

Ea redactio ejusdem Dîwâni quae inscribitur: أَنْوَارُ الْعُقُولِ فِي أَشْعَارِ وَصِيِّ الرَّسُولِ [1]", de qua disseruit Ewald, *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes* II, 2 p. 192 et seqq.

Codicem anno 1035 exaravit سعد بن محمد بن على بن محمد بن الورد الحصنينى الشّحامى الخولانى.

Exemplaria Dîwâni cum Comment. enumeravit Pertsch, Cat. Goth. ad n. 2227 *a* et 2228.

DLXXXI. (Cod. 2027 = Amîn 304).

Dîwân poëtae *al-Hotaia* Djarwal ibn-Aus († 69) de quo vide *Aghâni* II, 43 seqq. XVI, 39, Ibn-Hadjar, *Içâba* I, 777 n. ١٩٨١ etc., secundum traditionem Ibn-al-Aʿrâbî († 231) et Abû-ʿAmr as-Schaibânî († 213), a quibus per Mohammed ibn-Habîb († 245) illam tenuit as-Sokkarî († 275), hujus dîwani redactor et commentator. Cf. *Fihrist* ١٥٧, 28.

In fronte Codicis poëma legitur quod Hotaiae adscribitur, sed in dîwâno non est receptum secundum annotationem.

Codicem anno 1296 in urbe Medinae idem ille exaravit qui dîwânum Abu-Mihdjani transscripsit et quidem ex exemplari, quod possidebat as-Schenqîti (vide supra n. DLXXII) et hic descripserat ex altero antiquo, bonae notae asservato in Bibliotheca Sultani Mohammed Expugnatoris in urbe Constantinopolis. Sunt 70 folia. Editionem dîwâni e nostro Codice parat H. Thorbecke.

DLXXXII. (Cod. 657 (4) Warn. fol. 52—71).

Dîwân poëtae Tahmân (طهمان) ibn-ʿAmr al-Kilâbî [2]), commen-

---

1) Pro فى vulgo legitur من et pro اشعار interdum كلام. In fronte nostri Codicis etiam additur البتول فاطمة وزوج.

2) In marg. paginae primae legimus ad primum poëma ع قال ابو مُحَلِّم لطهمان وزعم ابن علاق انها لفاقة بن حيّان من بنى عمرو بن كلاب.

tario illustratus ab as-Sokkarî († 275), quem integrum ex hoc Codice edidit W. Wright, *Opuscula Arabica* p. ٧٩—٩٥.

Pertinebat Tahmân ad Banu-Abu-Bakr ibn-Kilâb, familiam gentis ʻAmir ibn-Çaʻçaʻa, et vixit tempore khalîfae ʻAbd-al-Malik ibn-Marwân, ut ex ipso Codice patet. Haec enim scribit as-Sokkarî: وحدثنى ابن حبيب عن يحيى بن بَيْهَس ويعقوبَ عن الكلابيين قالوا اخذ نَجْدَةُ الحَرُورِىُّ طهمانَ بن عمرو فجعله دليلا فسار معه حتى اذا كان فى بعض الليل اخذ طهمانُ نجيبةً فالقى عليها رَحْلَها وأداتها وركبها ومضى يطِمُّ فاصبحتْ راحِلتُه تُقلقل به فى الفلاة وكان مع نجدة رجلٌ من بنى جعفر بن كلاب يقال له عبد الله بن سُرَاقة فقال لنجدة هذا أَثَرُ طهمانَ فوَجِّهْنى فى جند لعلّى الحقه فآتيك به (deest) فوجّهه فى طلبه ورجلًا من اهل اليمامة يقال له عاصم فلحقاه فاخذاه فاتيا به نجدة فقطع يَدَهُ فلما استقام الامر لعبد الله (l. لعبد الملك) بن مروان اتاه طهمانُ فشكا اليه ما صُنِع به وانشده

يَدِى يا امير المومنين أُعِيذُها بِحَقْوَيْكَ أَنْ تُلْقَى بِمُلْقًى يُهِينُها

Descripto carmine as Sokkarî ait: فجعل له عبد الملك أَيْمانَ مائة من بنى حَنِيفة فمات قبل ان يصل الى اليمامة. Tum vero diversam traditionem refert his verbis: وقال غيرُ ابى محلّم دخل طَهْمانُ بيتَ خَمّارٍ فشرب فلمّا اخذ منه[1]) الشرابُ قام الى صندوق للخمّار فيه نفقة له فكسره واخذ ما فيه واستغاث الخمّارُ فأُخِذ طهمانُ فرُفِع الى الوليد بن عبد الملك فهمّ بقطعه فلما قال هذا الشعر يدى يا امير المومنين اعيذها خَلَّى عنه. Ex hac itaque traditione Tahmân adhuc inter vivos fuisset regnante al-Walîdo, Abd-al-Maliki filio,

1) Huic vocabulo superinscripta est varians lectio فيه.

qui anno 86 regnum adeptus est. Caeterum alia de Tahmâni vita passim in Commentario occurrunt, et multa ex poëmatibus quae hoc Dîwâno continentur, sunt satyrae quibus Tahmân perstrinxit Mauzunum ibn-ʿOmair, qui itidem Kilâbita erat.

Codex, 40 paginis constans et omnibus fere vocalibus instructus, anno 571 optime exaratus est.

Inter hoc et praecedens, quod hoc Codice continetur, opus (Ibn-Kaisâni تلقيب القوافى, hujus Çatal. p. 136, n. CCLXIV), exstat carmen 43 versuum, c. t. هذه القصيدة للشيخ العارف يحيى بن يوسف [بن] يحيى الصَّرْصَرِىّ قدس الله روحه. Primus versus est:

انا العبد الذى كسب الذنوبا وصدّته الامانى ان يتوبا

Hic Jahjâ aç-Çarçarî anno 656 diem supremum obiit. Carmen igitur non ab eodem librario exaratum est, qui totum Codicem anno 571 scripsit, sed a possessore Codicis qui eo, ut videtur, consilio hoc carmen addidit, ut tres vacuas paginas impleret. Idem carmen etiam exstat in Cod. 1284 (1) ubi pro الامانى legitur المطامع.

Hunc Codicem transcripsit Reiskius (cf. ipsius Vita p. 169). Aliud apographum est in Bibl. Acad. Reg. Neerl. 83.

Aliud carmen ejusdem poëtae Oxon. (Nic.) 315 (1); Escur. (Derenb.) 363 (1); cf. ibid. 466 (dîwân) et Berol. (Ahlw.) 496—498.

DLXXXIII. (Cod. 2398).

Apographon hujus dîwâni manu Schroederi et alia excerpta ejusdem e Motanabbîo et scholiasta Wahidaeo, e lexicis Djauharîi et Firuzâbâdîi necnon apographon historiae cujusdam brevissimae prophetarum.

Sunt IV fasciculi olim e libris A. Rutgers.

DLXXXIV. (Cod. 2032 = Amîn 308).

Dîwân poëtae celeberrimi *ʿOmar ibn-abi-Rabîʿa* al-Makhzumî († 93) de quo vide *Kitâb al-Aghânî* I, ٣٠ et seqq., Ibn-Khallikân, Vita n. 501.

Praemissa est brevis praefatio de poëta cujus exordium est زعم الهيثم بن عدى قال اخبرنا الخ. Utrum hinc efficiendum sit, ut putavit Landberg, nos hic habere dîwânum e redactione al-Haithami ibn-ʿAdî († 207) dubium est; in *Kitâb' al-Fihrist* nihil hac de re legimus; H. Khal. III, 298 verbo tantum dîwânum ʿOmari recenset.

Quidquid hujus rei sit, Codex noster 85 foliis constans sat multa poëmata continet sine ullo commentario; singulis carminibus tantum praemissa sunt verba وقال vel وقال ايضا et similia.

Codicem anno 1297 idem ille exaravit qui Codices Labîdi, Aʿschae et as-Schammâkhi descripsit.

DLXXXV. (Cod. 1021 (5) fol. 22 v.—33 v. Warn.)

Carmen قصيدة العروس dictum poëtae Khâlid ibn-Çafwân al-Qannâç, qui hoc composito, quo puellam celebrat, nullum aliud composuit, ut discimus ex titulo, qui hic est: قال بعض اهل الادب كفى عنا ومن (l. مِنْ) حفظ قصيدة خالد بن صفوان القناص فى وصف جارية ثم لم يقل الشعر وذلك جمع فى قصيدته التى سميتها العرب العروس. Hunc Khâlid ibn-Çafwân aequalem fuisse nobilissimi Jazîd ibn-al-Mohallab († 102) atque igitur primo Ar. saeculo floruisse, discimus ex annotatione marginali, cujus prima verba sunt: قال ابن حُميد اللَّلابُزىّ قال كان خالد بن صفوان فصيحا قال دخلتُ على يزيد بن المهلّب وهو يتغدّى فقال ادْنِ فكُلْ قلتُ فانى قد اكلتُ قال وما اكلت, tum cibos quos sumserat elegantissimis verbis describit.

Primus versus est:

عوجا على طلل بالقفص خلّانى اقوى فقُطّانه ازآل هيبغان

Ultimus:

قالوا لذى طربٍ بالقول لا كذبٍ ان كنت ذا ارب فاخلع لقمصان

Deinde librarius scribit هذا ما انتهى الناس من هذى القصيدة ولا اعلم بقى منها شىء ام لا.

Carmini commentarius additus est.

Sunt 23 paginae, ineleganter scriptae. Idem carmen cum Commentario exstat in Mus. Brit. 565 (3); Ind. Off. 1043 (14); Berol. (Ahlw.) 132; Escur. (Derenb.) 371 (5); Vatic. 364 (in fine).

DLXXXVI. (Cod. 2029 = Amîn 306).

Dîwân poëtae *Dzu-'r-Romma* Ghailân ibn-ʻOqba († 101 vel 117), de quo cf. Aghâni XVI, ١١٥. Quis hunc dîwânum redegerit, in Codice, qui nil nisi nudum textum offert, non dicitur. Cf. *Fihrist* p. ١٥٨, 20. Primum carmen est notissimum illud ما بال عينك منها الماء ينسكب quod anno 1874 edidit et annotationibus instruxit R. Smend.

Apographon recens anno 1297 in urbe Medinae idem ille fecit qui Cod. 2024, 2025, 2031 et 2032 exaravit.

DLXXXVII. (Cod. 2030 = Amîn 201 *a*).

Idem dîwân et quidem multo locupletior plus quam octoginta diversa poëmata continens. Nomen Dzu-'r-Rommae nusquam in Codice legitur et folia olim ligata erant in fasciculo infra describendo variorum poëtarum carmina continente cum inscriptione plumbeo exarata هذه حماسة (sic) جمعها الفاضل محمود باشا البارودى المصرى. Mox autem vidi folia illa continere dîwânum alicujus poëtae et quum saepius ميّة cujusdam mentionem invenirem non dubitavi illum Dzu-Rommae adscribere, quae conjectura instituta collatione mox comprobata est. Folia autem misere permixta erant, neque sciebam quemnam ordinem sequi deberem; hoc tantum certum erat primum carmen idem fuisse, quod etiam in altero exemplari praecedit, quum huic tantum praemissa sit formula بسم الله الرحمن الرحيم. Dîwanum secundum homoeoteleuta ordinari ob varias causas non poterat et quum priora folia numero

distincta essent haec praemisi, cetera quo ordine ea inveni subjunxi. Apographon recens est magna cura, sed non sine vitiis Constantinopoli factum ut videtur; vocalium signa fere ubivis adsunt sed Commentarius nullus additus est.

DLXXXVIII. (Cod. 1021 (6) fol. 33 v.—35 v. Warn.)

Carmen ex hoc Dîwâno, cujus primus versus est:

خليلىّ عوجَا من صدور الرواحلِ بجمهور[1]) حزوى فابكيا فى المنازلِ

4 paginae, negligenter exaratae. In fine librarius scripsit هذا ما ورد من هذه القصيدة.

Totum Dzu-'r-Rommae Dîwânum possident de Gayangos et Mus. Brit. 580; quaedam hujus poëtae carmina continentur Codice Acad. Reg. Neerl. 211 et Mus. Brit. 561 (5). Bibl. Berol. possidet duo ex. carminis primi (134 et 135 ap. Ahlwardt).

DLXXXIX. (Cod. 633 Warn.)

Partes prima et secunda Dîwâni poëtae *Djarîr* († 110), Commentario illustratae.

Hujus Dîwâni fata (sit venia verbo) apparent ex nota marginali quae in pagina prima exstat. Est haec: كان بخطّ عبد الواحد ابن عيسى النَّجيرَمى مكتوبا فى طُرّة كتابه ما مثاله بدأتُ بقراءته على الشيخ ابى لحسين على بن احمد بن محمد المهلبى ادام الله عزّه لِلّيلتين بقينا من رجب سنة خمس وثمانين وثلثمائة وقال النخ[2]) قرائتُه على ابى اسحق ابرهيم بن عبد الله النجيرمى رحمه الله وقراه ابو اسحق على ابى عبد الله محمد بن العباس البزيدى ورواه

1) Ibn-Khallikân (ed. de Slane p. ٣٨٢) بهجور.

2) Ne quis putet, hoc النخ a me profectum esse, moneo illud in ipso Codice esse scriptum.

محمد عن عمّه عبيد الله بن محمد ورواه عبيد الله عن محمد بن حبيب. Djarîri igitur poëmata in unum corpus collegisse videtur Mohammed ibn-Habîb, doctissimus philologus Baghdâdensis, qui Sâmarrae anno 245 obiit [1]); hic, teste as-Sojutîo, praeter alia opera etiam edidit نقائض جرير والفَرَزْدَق, i. e. satyras illas quibus Djarîr et al-Farazdak se invicem perstrinxerunt; exstat opus in Bibl. Bodl. (Uri) 1224; cf. Add. et Emend. p. 613. Coram Ibn-Habîb Dîwânum legit 'Obaidallah ibn-Mohammed, quo coram eundem legit hujus fratris filius, Abu-Abdallah al-Jazîdî († 310), qui, ut supra (p. 352 sqq.) vidimus, Dîwânum al-Hâdirae commentario illustravit. Quis Commentarium scripserit, non commemoratum video, sed verosimile est, conscriptum esse a Dîwâni collectore, Mohammed ibn-Habîb.

Non .opus est, scripsit Dozy, ut longus sim de hoc Dîwâno, quandoquidem de Djarîro poëta tam eleganter et copiose egit Caussin de Perceval in doctissima scriptione, Novo Diario Asiatico Parisiensi inserta, ut Iliadem post Homerum canere viderer, si fuse de Djarîri Dîwâno exponere vellem; dubium tamen non est quin multifarie hoc editione dignissimo Codice accurate perlecto locupletari possit scriptio Caussini, qui Djarîri Dîwâno usus non est. De multis praeterea rebus historicis in Commentario mentio fit. Editionem libri parat W. Wright.

De Codice, optime, omnibus fere vocalibus additis, scripto et 237 foliis quadruplicatis constante, monenda sunt haec: duobus constat tomis, uno volumine compactis, quorum singulis titulus praefixus est, aureis literis Cuficis nitidissime pictus. Subscriptio tomi primi, ex qua apparet illum anno 591 scriptum esse, haec est: نقلتُه [2]) من خطّ عبد الواحد بن عيسى بن موسى بن اسحق النّجيرمى وذكر انه نقل نسخته من خطّ الشيخ ابى الحسين على بن احمد بن محمّد المهلّبى وقرأها عليه سنة خمس وثمانين

1) Vid. al-Qiftî et as-Sojutî in *Vitis Grammaticorum*.

2) Ex notis marginalibus apparet, librarii nomen fuisse Mohammed an-Nawâdjî.

وثلثمائة وكتب هذا الجزء سنة احدى وتسعين وخمس مائة والحمد
لله كما هو اهله وصلى الله على سيدنا محمد وعلى آله وسلم. Est itaque hoc exemplar summi pretii, quippe ex exemplari descriptum antiquissimo, anno 385 exarato; eo magis vero dolendum est, integrum eo Dîwânum non contineri. Legitur quidem in subscriptione voluminis secundi: وبتمامه تم الديوان, sed subscriptionem inspicienti statim apparet, haec verba, antiquioris librarii verbis erasis, recentiori manu exarata esse; est fraus bibliopolae, emturo persuadere cupientis, integrum opus hoc Codice contineri, et ex verbis antiqui librarii quae a recentiori isto bibliopola erasa non sunt, luculenter apparet, secundum volumen non esse Dîwâni ultimum, quum iis argumentum initii voluminis tertii indicetur. Sunt haec (verba a recentiori manu antiquis substituta uncinis inclusi): اخر الجزء الثانى من شعر جرير [وبتمامه تم الديوان] ون
(s. ول) جرير لطعمة بن قرط العنبرى وزعم ا . . . . . ى جريرا نزل
ببنى العنبر فلم يقروه وقالوا ما لك عندنا قرى الا بثمن فقال يا طعم
يابن . . . . والحمد لله وحده وصلى الله تعالى على سيدنا محمد
وعلى آله وسلم تسليما. Magnum praeterea damnum passus est hic Codex, non adeo a blattis tineisque Orientalibus, nonnullarum paginarum margines, non vero ipsas literas, corrodentibus, sed ab imprudenti bibliopega Leidensi, cujus curae Codex, ante mea tempora, commendatus fuit; qui quum eum fugisset, summa cura tractandum esse hunc Codicem (cujus charta non melioris est notae, singulaeque paginae gummi Arabico adeo laevigatae sunt ut facillime inter se adhaereant et agglutinentur), Codice nimis compresso, fecit ut ego paginas nonnullas inter se agglutinatas, paucas etiam a quodam, qui agglutinatas separare voluit, dilaceratas, invenerim. Longe meliori eum nunc gaudere conditione quam exspectare ausus eram, industriae et dexteritati debetur viri honesti, deque Codicibus Orientalibus bene meriti C. A. Emeis, cujus nomen silentio premere nolui [1]). Nihilominus

1) Obiit eodem anno 1883 quo ipse qui haec scripsit Dozy.

nonnulla, quamvis pauca, non amplius legi possunt; quam ob causam utile esse poterit apographum a Reiskio, credo antequam Codex damnum passus est, factum (cf. ejus Vita p. 164), quod nunc verosimiliter in Bibl. Havn. servatur [1]). Primam praeterea Codicis partem quum turbato ordine paginarum ligatam invenissem, singulas paginas suo loco collocans, vidi aliquid desiderari inter folium 6 et 7, unumque praeterea folium deperditum esse inter fol. 15 et 16, illud scilicet quod secundae *korrâsae* ultimum erat et cum folio, quod nunc septimum est, cohaerere debuisset. In Bibl. Acad. Reg. Neerl. est unius carminis apographum, totus autem Dîwân Djarîri est in Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 262, qui Codex praeter duas priores sectiones etiam tertiam continet sed hanc imperfectam.

DXC. (Cod. 1828 = Amîn 97).

Carmen *al-Farazdaqi* († 110) celeberrimum, quod dixit in honorem Zain-al-ʿÂbidîn ʿAlîi, filii Hosaini, filii ʿAlîi, cum commentario historico, qui per longam catenam traditionariorum refertur ad Ibn-ʿÂïscha (Abdallah ibn-Mohammed), patris aliorumque auctoritate narrantem.

Scripsit Ahmed ibn-Khalîl vulgo *Ibn-al-Lobudî* anno 865.

Idem carmen invenitur in Cod. Goth. 14 (26).

DXCI. (Cod. 1021 (7) fol. 35 v. et 36 Warn.)

Carmen poëtae Basschâr ibn-Bord († 167), cujus primus versus est:

غمض الحديد بصاحبيك فغمضا   وبقيتُ بعدهما. تحاول منهضا

Una pagina et dimidia; librarius se haec tantum reperisse affirmat, seque nescire utrum hoc carmen pluribus constet versibus (habemus 15, quorum ultimus incipit a verbis: سبحان من

---

1) Est ibi n. 250 (1), Cat. p. 145. Inde autem patet Codicem jam Reiskii tempore, anno 1739, tristi illa conditione fuisse.

خلق الشقاء لذى الهوى) necne. Carmen ineleganter exaratum est. Sequuntur versiculi et narratio de plebejo (حرفوش) coram Khalîfa Raschîd et Masrûr.

DXCII. (Cod. 2033 = Amîn 309).

Dîwân summi poëtae *Abu-Nowâs* al-Hasan ibn-Hâni al-Hakamî († 195) et quidem secundum redactionem Abu-Bakri Mohammed ibn-Jahjâ *aç-Çuli* († 335). Hic carmina disposuit in decem capita, ut scimus e descriptione exemplaris Vindobonensis apud Flügel, Cat. III, 549 n. 2016; decem capita quoque in hoc Codice distincta sunt, etsi in praefatione ipse Çulî dicat se dîwânum in 9 capita distribuisse. Omissum nempe est caput المؤنث, quod in titulo partis quartae memoratur, et ubi hoc caput in Codice incipit, nescio quis adscripsit تابع للمذكر. Ceterum ordo idem est ac in Cod. Vindobonensi; singula carmina in diversis capitibus secundum homoeoteleuton disposita sunt, adjectis inscriptionibus et nonnullorum verborum explicatione. Vocalium signa fere ubivis desunt, sed ceteroquin Codex antiquus est et bonae notae; 14 autem priora folia et 32 folia in medio libri et in fine, a manu recentiore scripta sunt. Codex constat 4 partibus et olim fuit e libris as-Saijid Ishâk Naqîb al-Aschrâf in urbe Meccae (anno 1268).

DXCIII. (Cod. 1695).

Ejusdem Dîwâni exemplar aliud sed e diversa redactione. In hoc exemplari carmina secundum homoeoteleuton disposita sunt et nullum capitum divisionis vestigium exstat. Codex sine ulla praefatione incipit a carmine:

يا مدير السُلافة الصهباء لا تكدّر صفايها (sic) بالماء

Longe abest ut in hoc Codice omnia carmina legantur quae in Codice praecedenti inveniuntur.

Apographon recens est sine anni nota, ineleganter et festinanter exaratum. Fuit olim e libris Mohl. Emptus Parisiis anno 1876.

Hujus Dîwâni Codices non rari sunt in bibliothecis. Redactio aç-Çulîi quoque offertur in Cod. Vind. n. 2016 supra jam laudato, deinde in Cod. Berol. 142 apud Ahlwardt; Cod. Vatic. 456; Cod. Bodl. 1217.

Aliam redactionem offerunt Codd. Mus. Brit. 1067 et 1408 (Cf. H. Khal. III, 259) et Cod. Escur. 311; Cod. Paris. 1438 (antiq. Catal.); Mus. Asiat. Petrop. n. 263 apud v. Rosen; Constant. (Köprülü) 1250, 1251, p. ١٥٧ n. 267. Lithographia prodiit anno 1277 et anno 1861 Ahlwardt edidit primum fasciculum hujus libri s. t. *Diwân des Abu nowas. I Die Weinlieder.* Cf. porro editionem Beryti anni 1301 (Brill 505).

DXCIV. (Cod. 908 (6) fol. 47).

Nonnulla carmina *as-Schâfi'ii* († 204), quorum primum est idem quod exstat in Codd. Berol. (Ahlwardt) 145—147, nisi quod in nostro Codice incipit versu

النعم عيشا بعد ما حلّ عارضى   طلائعُ شيب ليس يُغنى خضابها

deinde sequitur خبت نار الخ.

Inter haec carmina non exstat unum eorum quae dedit Ibn-Khallikân in vita n. 569.

Alia carmina eidem adscripta vide in Cod. 2129.

DXCV. (Cod. 888 Warn.)

Dîwân poëtae Moslim ibn-al-Walîd al-Ançârî († 208), qui ab ipso Khalîfa ar-Raschîd, ut fertur accepit cognomen صَرِيع الغَوَانِى *a puellis prostratus*, propter versum (edit. p. ٣٧)

هلِ العيشُ الّا أَن أَروح مع الصِبَى   واغدو صريعَ الراح والاعيُنِ النُجْلِ

Totum hunc dîwânum anno 1875 ex hoc Codice edidi, adjunctis locis e variis libris ad vitam et carmina poëtae pertinentibus.

Commentatoris nomen latet. Codicem exaravit Abu-'l-'Abbâs Walîd ibn-'Isâ Tingitanus. Anni nota deëst, sed Codex Africana

manu scriptus, valde antiquus est. Unicus est, quapropter dolendum est, eum aliquod damni a vermibus esse perpessum.

DXCVI. (Cod. 899 Warn.)

Dîwân poëtae *Abu-Tammâm* Habîb ibn-Aus ex tribu Tai († 231), anno H. 1292 Qâhirae editus.

Opus in octo libros divisum est, ex redactione aç-Çulîi, على الترتيب الذى رتّبه ابو بكر الصولى رحمه الله وشرحه وجعله ثمانية اصناف.

Liber *primus* continet carmina quae composita sunt in laudem virorum quorum nomina sequuntur: Khâlid ibn-Jazîd as-Schaibânî; Jahjâ ibn-Tzâbit; Mohammed ibn-Hassân ad-Dhabbî; al-Mo'taçim billah; Mâlik ibn-Tauq at-Taghlibî; 'Omar ibn-Tauq; al-Hasan ibn-Wahb; al-Hasan ibn-Sahl; Solaimân ibn-Wahb; 'Abbâs ibn-Lahî'a al-Hadhramî; Abu-Sa'îd Mohammed ibn-Jusof at-Tzaghrî; Abu-Dolaf al-Qâsim ibn-'Isâ al-'Idjlî; Abu-'l-'Abbâs 'Abdallah ibn-Tâhir, Ishâq ibn-Ibrâhîm; Mohammed ibn-'Abd-al-Malik aç-Çaijât; Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-Abd-al-Malik ibn-Çâlih al-Hâschimî, caet. — Liber *secundus* continet carmina funebria; *tertius* carmina amatoria (الغزل); *quartus* carmina reprehensoria (المعاتبات); *quintus* variarum rerum descriptiones (الاوصاف); *sextus* فى الفخر والطلب; *septimus* carmina satyrica; *octavus* فى الزهد. Singulorum librorum carmina secundum homoeoteleuta ordinata sunt. In fine librarius nonnulla poëtae carmina supplevit quae in Dîwâno non invenerat.

Codex satis bene exaratus est anno 1033. Vocales rariores sunt.

Alia exemplar.: Mus. Brit. 581, 582; Ind. Off. 806; Bodl. (Uri) 1255 (cum paucis glossis); Mus. As. Petrop. (v. Rosen) 265, 266; Escur. (Derenb.) 290, 291, 415; Soc. Asiat. Calc. p. ٣٢, Berol. (Ahlw.) 160; Brill (Houts.) 6.

DXCVII. (Cod. 403 Warn.)

Idem Dîwân cum Commentario, qui (ut certum est collato H. Khal. III, p. 254, vs. 8) est Commentarius minor at-Tibrîzîi

(† 502). In hoc Codice Dîwân, non in octo, sed in septem libros divisus est, nam carminibus illis quae in Codice praecedente liber octavus complectitur, hic separatus locus non datus est. Initium Praefationis Commentatoris post doxologiam hoc est: قد وفيتُ اسعدك الله واسعد بك بما وعدتُك من عمل اخبار ابى تمام وتبيين فضله فى شعره والاحتجاج له والردّ على عائبه والجهل (l. والجاهل) بمقداره وارجو ان اكون قد نلتُ رضاك وانتحيتُ الى غرضك الخ.

Spissus hic Codex, in quo vocales sunt rarissimae, satis bene exaratus est. Librarii subscriptione, titulo et possessoris nota destitutus quum sit et saeculo decimo septimo exaratus videatur, verosimile censeo, illum Warneri jussu descriptum esse ex exemplari quod in publica quadam Bibliotheca Constantinopolitana asservabatur. Quod si ita est, archetypum nostri exemplaris antiquissimum erat, anno scilicet 501 exaratum, ut patet ex ultimis nostri Codicis verbis; sed librarius ille Constantinopolitanus haud pauca corrupisse videtur, nam liber justo mendosior est.

DXCVIII. (Cod. 2037 = Amîn 313).

Ejusdem Commentarii alterum exemplar, sed longe abest ut hoc Codice totus Dîwân contineatur, quum tantum in eo inveniantur carmina laudatoria, neque haec integra, et carmina satyrica (باب الهجاء). Haec addidit Mohammed Sa'îd, idem ille qui Codicem Dîwâni A'schae exaravit anno 1297 teste subscriptione. Idem etiam in prioribus foliis nonnulla supplevit (18 folia). Quae restant antiqua sunt et optimae notae et abrupte desinunt in explicatione primi versus dicti in laudem Ishâq ibn-Ibrâhîm qui ita sonat: (Ed. Qâhirensis p. ١٥١, Cod. 403 f. 250 r.

اصغى الى البين مغترّا فلا جَرَمَا   ان النوى اسأرت فى قلبه لممـا

Desunt igitur carmina desinentia in م (partim), ن, ه et ى capitis I, e capitibus II—VI nihil restat.

In priore pagina inter alia brevis annotatio de poëta exstat.

Ceteroquin hic Commentarius rarus est nam praeter nostra exemplaria aliud non innotuit.

DXCIX. (Cod. 1928 = Amîn 200).

Additamenta ad Dîwânum praecedentem. Praefatio e Commentario at-Tibrîzî desumpta est, sed carmina quae sequuntur in 7 capita divisa et singula secundum ordinem alphabeticam homoeoteleuti disposita non exstant in pluribus libris manuscriptis. Codicem exaravit ipse Mahmud Pâschâ al-Bârudî anno 1279 qui haec carmina supplevit, teste Landberg, e Codicibus Constantinopolitanis. Sunt 228 paginae currente calamo exarata.

DC. (Cod. 87 Gol.)

Al-Hamâsa; notissima illa fragmenta antiquorum poëtarum, quae ab Abu-Tammâm Habîb ibn-Aus Tâjensi collecta sunt.

Hic Codex, nudum textum continens, optime et omnibus fere vocalibus additis scriptus est, anno 699. Bernstein, cui aliquando hic Codex commodatus fuit, jam vidit, lacunam esse in hoc Codice post carmen 41um; carminis 42i inscriptionem tantum superesse et quae sequi deberent desiderari usque ad carminis 58i ultimum versum.

DCI. (Cod. 181 Gol.)

Aliud exemplar ejusdem operis, cum glossis marginalibus. Cf. quae de hoc Codice monuit Dozy in Prologo ad edit. priorem hujus Catalogi.

Aliud exemplar cum scholiis margin. est in Bibl. Bodl. (Uri) 1207.

DCII. (Cod. 2077 = Amîn 354).

Fragmentum ejusdem operis, quod incipit a capite inscripto باب الادب (p. ٤٩٨ in edit. Freytag) et explicit in carmine Abu-

Mohammedis al-Jazîdî (ibid. p. ٩٨٣). Commentarius non additus est, sed in margine recentior manus scholia nonnulla adscripsit.

Codex satis bene exaratus recentioris aetatis est.

DCIII. (Cod. 569 Warn.)

Quartum exemplar ejusdem operis, cum Commentario al-Marzuqîi († 421), de quo cf. Freytag in Praefatione ad al-Hamâsae versionem Latinam, p. xviii sq. Apud al-Qiftîum, in *Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dzahabîo facta (Cod. 654, 3) haec tantum de eo leguntur: احمد بن محمد بن الحسن المرزوقى ابو على النحوى الاصبهانى احد علماء وقته فى الادب والنحو مات فى ذى الحجة سنة ٤٢١; sed apud as-Sojutîum in *Vitis Grammaticorum* (Cod. Lee fol. 67 r.) haec occurrunt: احمد بن محمد بن الحسن الامام المرزوقى ابو على من اهل اصبهان كان غاية فى الذكاء والفطنة وحسن التصنيف واقامة الحجج وحسن الاختيار وتصانيفه لا مزيدَ على حسنها قرأ على ابى علىّ الفارسىّ ودخل عليه الصاحب ابن عبّاد فلم يقم له فلمّا ولى الوزارة جفاه، صنّف شرح الحماسة، شرح الفصيح، شرح المفضّليّات، شرح اشعار هذيل، شرح الموجز وغيرها ومات فى ذى الحجة سنة ٤٢١.

De ipso Comment. et de hoc Cod., anno 704 exarato, cf. Freytag l.l. Alia exempl.: Mus. Brit. 568, 569; Bodl. (Uri) 1199, 1218; Berol. (Ahlw.) 1005; de Sacy 145; Constantin. (Köprülü) 1308—1311; Alger. (p. 8).

DCIV. (Cod. 396 Warn.)

Quartum exemplar ejusdem operis, cum Commentario at-Tibrîzîi († 502), a Freytag e nostro Codice edito. Codex descriptus est ex auctoris autographo, anno 560.

Alia exempl.: Groning. a F 5; Paris. 50 (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 58); Bodl. (Uri) 1228 (2) (fragmentum); Berol. (Ahlw.) 1006; Monac. 501, 502; de Sacy 146.

DCV. (Cod. 1472 fol. 1—55).

Fragmentum apographi *Hamâsae*, probabiliter a Golio facti, et quidem p. 272—367, incipiens a versu لا يبعدن الخ in edit. Freyt. p. ٤١٠, desinens versu فويل امه الخ ib. p. ٦٣٧. Commentarius non post singulos versus, sed post singula poëmata scriptus, excerptus est e Commentario Tibrîzîi. — Alterum fragmentum continet florilegium ex *Hamâsa*. Incipit versu كأنّ فؤادى الخ ed. Freyt. p. ٥٨٩, sequitur versus Abu-'l-Aswadi ad-Dowali p. ٥٩١, et sic porro. Sunt 13 pagg. Commentarius a Tibriziano diversus. Fuerunt olim e libris S. F. J. Ravii.

DCVI. (Cod. 1346).

Schroederi versio et explicatio carminum *al-Hamâsae*, illorum scilicet quae a Schultensio edita non sunt.

Emtus Groningae ex Bibl. Schroederi.

Exempl. *al-Hamâsae* sine Commentario: Paris. 49 (apud Flügel l.l.); Mus. Brit. 567, 1054 (2), 1064, 1417, 1664; Cantabrig. (Preston 25) 213, 296; Bodl. (Uri) 1207, 1251, (Nic.) 309, 310, 311, 326 (parvum fragmentum), 335 (7) (fragmenta); Berol. (Ahlw.) 1002—1004; Monac. 499, 500; de Sacy 143, 144, etc.; Havn. 237, 238; Mus. Asiat. Petr. p. 206 (2 expl.); Escur. (Derenb.) 480; Cid-Hammouda (p. 16); Soc. Asiat. Calc. (p. ١٧), Constant. (Köprülü) 1237, 1238. Commentarius Ibn-Djinnîi est in Bibl. Paris. (191 ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 10) et in Bibl. Qâhirensi; in Bibl. Escur. est Comment. Abu-'l-Fotuh Tzâbit al-Djordjânî (Derenb.) 289 et Comment. Ibn-Malkun (Derenb.) 312; Comm. Fadhl-allâh ibn ar-Râwandi Mus. Brit. 1663; al-Astarabâdîi Alg. p. 8; al-ʿOkbarî Constantinop. (Köprülü) 1307.

DCVII. (Cod. 901 (2) Warn. p. 120—177).

Fragmenta diversarum elegiarum, ab antiquis poëtis compositarum. Collecta sunt a doctissimo philologo Ibn-al-Aʿrâbî (ابن

الاعرابى) (qui anno circiter 230 octoginta annos natus obiit), cui, utpote praeceptori, ea recitavit Tzaʿlab, omnium grammaticorum scholae Kufensis princeps († 291). Ex Tzaʿlabi exemplari descripta sunt ab al-wazîro al-Maghribî; sic enim vulgo vocabatur Abu-'l-Qâsim al-Hosain ibn-ʿAlî († 418), vir, cum propter personam et partes quas in rebus politicis sustinuit, tum propter doctrinam et multa quae composuit opera, celebratissimus (vide ejus vitam apud Ibn-Khallikânem, I, p. ٢٣٩ sqq. ed. de Slane). Nostrum denique exemplar anno 545 descriptum est ex exemplari al-wazîri al-Maghribî a viro doctissimo ʿAlî ibn-Tzirwân ibn-al-Hasan al-Kindî, de quo in al-Qiftîi *Epitome Vitarum Grammaticorum*, ab ad-Dzahabîo facta, leguntur haec (Cod. 654, 3): (¹على بن ثروان بن زيد ابن الحسن الكندى ابو الحسن ابن عم ابى اليمن زيد بن الحسن الكندى كانت له معرفة حسنة بالادب ويقول الشعر اصله من بلد الخابور وقدم بغداد واقام بها وقرا الادب على ابن الجواليقى وسمع الحديث وانتقل بعد ذلك الى دمشق وسكنها وتوفى بها قريبا من (² سنة ٥٤٥ وكان يكتب خطًّا حسنا صحيحا; quibus haec addo, ex as-Sojutîo (Cod. Lee, fol. 142 r.) desumta: (³قال فى الخريدة اصله من الخابور ورايته بدمشق مشهورًا له بالفضل مشهورا بالمعرفة موثوقا بقوله — — — وله شعر كثير. Nimirum hic Codex 901 continet *primo* loco Dîwânum Amru-'l-qaisi, de quo vide supra n. DLXIV, ubi subscriptio data est; *secundo* loco continet opus de quo agimus, cujus primae paginae (totius Codicis p. 119) haec inscripta sunt: كان بخط الوزير ابى القسم المغربى على وجه الجزء ما هذا حكايته جزء جميعه منسوخ من خط ابى العباس احمد بن يحيى (i. e. Tzaʿlab)

1) ابن زيد nec in subscriptione nostri exemplaris Dîwâni Amru-'l-qaisi nec apud as-Sojutîum legitur.

2) Pro قريبا من as-Sojutî habet بعد.

3) I. e. ʿImâd-ad-dîn Ispahanensis.

ونسخةٌ ترجمته بخطّه رحمه الله مقطّعات مَرَاثى (صحّ .adscr) قُرِئَتْ كلّه على ابن الاعرابىّ. Maximi igitur pretii est hic Codex, unicus in Europa quantum scio, quandoquidem ipse antiquus ex antiquo exemplari descriptus est a docto grammatico qui, teste al-Qiftîo, cum eleganter tum emendate aliorum opera describere solebat. Optime revera scriptus est Codex et omnibus fere vocalibus instructus.

Jam quod ad ipsum opus attinet, ejus initio post *bismillam* haec leguntur: نقلتُ[1] من خطّ الوزير الكامل ابى القسم الحسين ابن على بن الحسين المغربىّ رحمه الله سمعتُ[2] ابن الاعرابىّ يقول العربُ تقول من كلّ شىء تحفظ اخاك حتى يأخذ القناةَ، يعنون قضيبه الذى يُشير به اذا تكلّم وخطب، تقول اذا اخطأَ فى المحْفل لم تحفظه منه. Tum sequuntur elegiarum fragmenta, et quidem post verba igitur quae supra descripsi, leguntur haec: وانشد[3] لهِنْد بنت معبد بن خالد بن نَضْلَةَ ترثى خالد بن حبيب بن خالد بن نضلة. — p. 122 وقال ابو الشُّعْب العبسى; margini antiquus librarius adscripsit: فى الحماسة هذه الابيات منسوبة الى عكرشة العبسى وهو يكنى ابا الشغب; est quidem carmen quod legitur in *al-Hamâsa* p. ۴۷۲, sed in nostro Codice decem versus descripti sunt, in *al-Hamâsa* quinque tantum. — p. 124 وقال عَقيل بن عُلَّفَةَ. — ibid. وقال اخر ويروى لنُصَيْب ولعُرْفُطَةَ يرثى ابنه جَثّامَةَ وقال محمد بن عبد الله بن المقفّع 125 — .ابن الطِّمّاح الاسدى — ibid. وقال ابو نَدْبَةَ 128 — .يرثى عبد الكريم بن ابى العَوْجاء — .وقال ابو عَطاء يرثى ابن هُبَيْرةَ 129 — .وقال عمرو بن يزيد يرثى اخاه

1) Loquitur hic 'Alî ibn-Tzirwân.
2) Sunt verba Tza'labi.
3) I. e. Ibn-al-A'râbî.

وقال سُوَيْد 131 — .وقال خُصَيْن بن عُبَيْد الرِّبْعى يرثى اخاه 130
وقال سُلَيْم 133 — .وقال جَوّاب السُّلَمى يرثى اخاه 132 — .العُكْلى
وقال حارثة بن بدر 134 — .ابن رِبْعىّ يرثى اخاه مُضَرِّس بن ربعى
وقال البَعِيث 136 — .وقال العتّابى 135 — .الغُدانى يرثى زياد بن ابيه
وقال الفرزدق يرثى وَكِيع .ibid — .يرثى الهِلْقام بن نُعَيْم بن القَعْقاع
وقال الحرث 139 — .وقال رجاء بن لقيط 138 — .ابن ابى سُود الغدانى
.ابن عمرو الفزارى يرثى بنى خالدة كَرْدم واخوته وهم بنو سعد بن
وقال جرير يرثى 141 — .وقال ابن الحنّاط يرثى رجلا 140 — .حرام
— .وقال يحيى بن زياد يرثى اخاه عمرًوا[1]) 142 — .الوليد بن عبد الملك
انشدت 146 — .وقال الأُبَيْرِد اليربوعى 144 — .وقال متمّم بن نُوَيْرة 143
وقالت 148 — .ام طَيْبة لقيس بن الصَّرّاع يرثى اخاه جارية بن الصراع
انشد ابو 149 — .زينب بنت الطثرية ترثى اخاها يزيد بن الطثرية
عبد الله[2]) لرجل من بنى حَنيفة يقال له مُحْرِز بن علقمة يرثى اخاه
— .وقال أيمن بن حريم الاسدى 151 — .وقال الفرزدق 150 — .شريكا
— .وقال نُصَيْب 152 — .وقال البراء بن رِبْعىّ يرثى اخاه سُليما .ibid
وقال خالد بن 154 — .وقال رافع بن هزيم اليربوعى يرثى خارجة 153
يرثى اخاه عمرا (sic) نحل, quod carmen, Ibn-al-A'râbîo incognitum,
a Tza'labo additum est (بخطّ ثعلب لم يعرفها ابن الاعرابى). —

1) Huic voci صح adscriptum est, et antiquus librarius praeterea margini haec adscripsit: قال ابو القسم كذا كان بخطه يعنى ثعلب. Non tantum talis irregularis orthographiae exempla interdum occurrunt, sed etiam vitia ut in versu ed. Wright p. ١٠٩, ubi Codex sic habet يَدٌ مَسْحُهُ المعروفِ cum صح ad vocalem *dhamma* vocali *fathae* superscriptam. Sine dubio autem legendum est بِهِ مَسْحَةٌ المعروف.

2) I. e. Ibn-al-A'râbî.

155 وقال مطر بن جُبَيْر العجلى يرثى اخاه. — 157 وقالت ام الضّريح الندبة. — 159 وقال الضحّاك العقيلى. — 163 وقال ابو السّقّاح التغلبى احد ولد بنى عُميرة بن طارق بن حَصبة يرثى يحيى بن مبشّر اليربوعى وقُتل مع المُصْعَب. — 165 وقال مُرّة يرثى صُباح. — ibid. وقال بشير بن النّكْث يعنى الملْواح بنت هلال. — 166 وقال معبد بن طَوْق بن معبد يرثى المنْجاب بن المُعْتَمِر. — 167 وللرُّقَيْع بن عُبَيْد الاسدى. — ibid. وقالت مفضّلة الفزارية ترثى محمدا الطاءى. — 168 وقال القُلاخ يرثى قبيصة بن ضرار بن عمرو الضّبّى. — 170 وقال عبد الله بن همّام السلولى. — 172 وقال تميم بن بدر يرثى ابن عم له. — 173 وقال متمم بن نويرة يرثى مالكا اخاه. — 174 وقال عمرو بن مَعْديكَرِب. — 175 وقال عطاء الشاعر يرثى يحيى بن زياد. — 176 وقال جَوّاب السُّلَمى يرثى اخاه. — 178 ومن شعر مرداس بن عبد منية المُرّى من مُرّة بن عُبيد السعدى قال وبعض الناس يرويها لعبدة بن الطبيب.

Primo hujus carminis versu descripto, Codex abrupte desinit; ultima praeterea pagina situ et vetustate adeo detrita est ut nonnulla in illa scripta vocabula non amplius legi possint. Opus igitur imperfectum est, et nunc 59 paginas octuplicatas continet. Monendum restat, praeter illa carmina quorum argumentum descripsi, alia quoque Codice contineri quorum auctores vago tantum modo indicantur, veluti وقال اخر, وقال اعرابى; glossas denique perraro esse additas.

Anno 1859 edita est haec collectio a W. Wright, *Opuscula Arabica*, p. ٩٨ seqq.

Apographum hujus Codicis, a Schroedero factum, est in Bibl. Acad. Reg. Neerl. (n. 80).

DCVIII. (Cod. 2034 (1) = Amîn 310 (1) fol. 1—154).

جَمْهَرَة العَرَب s. plenius جَمْهَرَة أَشْعَارِ العَرَب auctore Abu-Zaid Mohammed ibn-abi-'l-Khattâb al-Qoraschî aequalis poëtae Abu-Tammâm ut fertur [1]). Quum hic Codex prorsus eandem redactionem offerat ac Cod. Mus. Brit. MLXIII ampliorem descriptionem in Cat. hujus bibliothecae jam datam et accuratiorem apud Hommel in libro infra laudato hoc loco repetere nihil prodest. Ambo Codd. praeter الجمهرة continent الهاشميّات sive elogia Haschimitarum quae dixit *al-Komait* († 126) (f. 115—149), sed praeter carmen Di'bili etiam in Cod. Mus. Brit. obvium in nostro jam sequuntur: 1° carmen *Tarafae* (25 vers.) cujus initium est:

يا خَلِيلَيَّ قِفَا أُخْبِرْكُما بأَحاديثَ تَفَشَّتْنى وَهَمّ

2° carmen 'Antarae (28 vers.) ita incipiens:

بين العَقيق وبين بُرْقَة تُهْمَد طَلَلٌ لِعَبْلَة مُسْتَبِيرُ المَعْهَد

3° carmen الدُّرَّة اليَتيمَة dictum, cui praecedunt haec verba التى تمارى عليها الشعراء وادّعى عليها اكثرهم الى ان غلب عليها اثنان احدهما ابن الشيص والثانى العَكَوَّك اليمنىّ الكندىّ وتماريا وتمارى ايضا الرواة لايّهما هى الى ان صحّ انها للعكوّك وقيل حلف عليها اربعون.

Initium hujus poëmatis (61 vers.) est:

هَلْ بالطُّلُولِ لِسائِلٍ رَدٌّ أَمْ هَلْ لَها بِتَكَلُّمٍ عَهْدُ

4° carmen Abu-Tâlibo adscriptum notissimum (79 vers.) quod ita incipit:

ولَمَّا رَأَيْتُ القَوْمَ لا وُدَّ فيهِم وقد قَطَعُوا كُلَّ العُرَى [2]) والوسائل

Praecedit introductio Ibn-Ishâqi (ed. Wüstenfeld p. ١٧٣).

---

1) Cf. quae hac de re disputavit F. Hommel in libro: *Actes du sixième congrès international des Orientalistes*, IIième partie, section 1, p. 387—408, qui ejus aetatem inter annos 145—220 definivit. Miramur autem quo factum sit ut nullibi hujus viri nec operis ejus mentio exstet ita ut omnis suspicio operis pseudepigraphi nondum sublata sit. 2) Cod. القرى.

Carmina quae sub 1° et 2° recensui non leguntur in editione sex poëtarum quam edendam curavit Ahlwardt, sed carmen secundum etiam offertur in Cod. Berol. Pet. 196 apud Ahlw. n. 1007, fol. 258ª et seqq., ubi 461 versibus constare dicitur et inscribitur القصيدة العقيقية. Tertium carmen mihi incognitum est, sed ابن الشيص corruptum est ex ابو الشيص de quo vide *Aghânî* XV, 108 et al-'Akauwak est poëta celeber 'Alî ibn-Djabala († 213), *Agh.* XVIII, 100 seqq., Ibn-Khallikân n. 472. In aliis Codicibus *Djamharae* de quibus vide ad num. seq. haec non leguntur. Quae deinde sequuntur سير العرب العرباء وقصصهم revera aliud opus efficiunt cujus descriptionem supra dedimus (p. 337 n. DXLIV).

Djamharam edidit Abkarius in libro c. t. تزيين نهاية الاعراب فى اخبار الاعراب p. 76 et seqq., editionem notis et lexico locupletatam F. Hommel parat.

Codex malus non est, attamen recentioris aevi et carmina carent vocalium signis. Quis illum exaraverit et quo anno, ex Codice effici nequit, nam in inscriptione carminis laudatorii, cujus mentionem fecit Landberg, dicitur quidem 'Abd-al-Qâdir ibn-abî-Bakr Efendi, juris consultum (مفتى) Meccae, carminis auctorem exemplar pretiosum hujus libri Scharîfo Mobârak ibn-Ahmed ibn-Zaid obtulisse circa 1050, sed nulla causa est quare hoc ipsum illud esse statuamus quod nostris manibus versavimus.

DCIX. (Cod. 2035 = Amîn 311).

Ejusdem libri alia redactio, cui desunt *al-Hâschimîjât* et quae ceteroquin in Codicis praecedentis descriptione recensuimus, sed accedit aliud additamentum, scilicet nonnulla carmina poëtae celeberrimi Amru-'l-qaisi et quidem num. 52, 4, (Suppl. p. 197, n. 6 et) 19, 10, 55, 29, 30 et 14 in editione Ahlwardt. Haec vero carmina a textu edito magnopere discrepant, ita ut v. g. carmen, quod apud Ahlwardt 45 tantum versibus constat (n. 19 et p. 197 n. 6) h. l. 51 versus amplectatur. Secundum inscriptionem sunt ex traditione grammaticorum Abû-'Amr (as-Schaibânî), al-Mofaddhal et al-Açma'î. Singula commentario illustrantur. Quod ad ipsam Djamharam attinet qualis in hoc Codice legitur, ab omnibus aliis

hujus libri redactionibus quas novimus differre videtur; neque enim cum Cod. Mus. Brit. 1662, neque cum Cod. Berol. Sprenger 1215 (= 1000 apud Ahlwardt), neque cum Cod. Bodlei. (Uri n. 1298, 3), omnino convenit, quantum e descriptione judicari licet; illam diversam esse a Cod. praecedenti et Cod. Mus. Brit. 1063 jam supra observavimus. Cf. Ahlwardt, *Six poets*. Pref. XIX et XX.

Djamharam exaravit nescio quis anno 1081; carmina Amru-'l-qaisi duobus annis post (1083) scripta sunt. Codex constat 216 foliis e quibus 184 pertinent ad-Djamharam, cetera ad Amru-'l-qaisum.

De aliis exemplaribus vide Hommel l.l. Adde: Brill (Houtsm.) n. 4.

DCX. (Cod. 2145 = Amîn 426).

Diwân poëtae ʿAlî *ibn*-al-ʿAbbâs ibn-Djoraidj *ar-Rumî* († 283) alphabetice dispositus. Hicce diwân rarissimus est, quapropter dolendum est apographon nostrum, recenti tempore factum, non nisi exile fragmentum continere, quum abrupte desinat Codex in carmine homoeoteleuton ن habente. Codex noster nihilominus 100 folia numerat unde patet poëtam nostrum vix ab ullo alio superari quod attinet ad numerum carminum. Cf. Ibn-Khallikân n. 474.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

DCXI. (Cod. 1757 = Amîn 22).

Dîwân poëtae celeberrimi *al-Bohtorî* († 284) et quidem eadem illa recensio, quae offertur in Codice Vindobonensi secundum Flügel, *Catal.* I, 436 n. 450 et in editione Constantinopolitana. Cf. H. Khal. III, 266, ubi dicitur ʿAlî ibn-Hamza al-Isfahânîum carmina ordinasse non alphabetice sed secundum genera ut dîwânum Abu-Tammâmi disposuit. Codex hicce partem priorem dîwâni continet ut recte in margine legitur الجزء الاول من ديوان البحترى. Schaikh Amîn in primo folio annotavit Codicem descriptum esse manu as-Schihâb al-Khafâdjî (i. e. Schihâb-ad-dîn Ahmed † 1069). Codex partim aqua laesus est.

De altero exemplari ejusdem Dîwâni vide numerum seq.

DCXII. (Cod. 2036 = Amîn 312).

Alterum exemplar Dîwâni ejusdem recensionis integrum ut recte in fine testatur librarius ʿAbd-al-Qâdir ibn-as-Saijid ʿOmar Efendî al-Mâlikî al-Hosainî as-Schâmî, qui hoc apographon absolvit die 21° mensis Rabiʿ I anni 1288, هذا اخر ما وجد من شعر البحترى فى جميع النسخ. Codex perspicue scriptus 604 paginas continens olim fuit e libris Râghib Pâschae.

DCXIII. (Cod. 2147 = Amîn 428)

Fragmentum ejusdem Dîwâni alphabetice dispositi, ita autem ut primo loco offerantur carmina laudatoria in hamzam desinentia, tum المراثى, deinde العتاب, porro الهجاء, denique الغزل والنسب المدح; et sic in ceteris homoeoteleutis. Ita legitur in fronte Codicis. Carminum in hamzam desinentium tria sunt laudatoria, unum (4 versibus constans) satiricum, unum consolatorium, sed quum prima korrâsa Codicis duobus mediis foliis careat, deperdita sunt pars primae saltem et secundae speciei; eorum quae in ب desinunt habemus carmina laudatoria et quae ad العتاب والهجاء pertinent. In prima elegia abrupte desinit. Utrum haec redactio sit Abû-Bakri aç-Çulî, de qua loquitur H. Khal. l.l. necne, ignoramus, quum in exordio Codicis nihil legatur, nisi: قال البحترى addito pleno nomine poëtae, cognomine etc.

Codex continet 38 folia (4 korrâsas). Apographon recens sed bene scriptum teste Schaikh Amîn olim fuit e libris Mahmud-Schamî-Pâscha al-Barudî.

Alia exemplaria, praeter Vindobonensem supra jam laudatum: Mus. As. Petrop. (Rosen, *Not.*) n. 267; Paris, n. 1392, nonnulla carmina ibidem Suppl. 1483; Berol. (Ahlwardt) n. 168; Monac., Aumer n. 508; Constant. (Köprülü) 1252, 1253 etc.

Dîwân anno H. 1301 Constantinopoli typis expressus est. (Brill 235).

DCXIV. (Cod. 889 Warn.)

Hamâsa al-Bohtorii, i. e. anthologia e carminibus antiquis, quam Abu-ʿObâda al-Walîd ibn-ʿObaid al-Bohtorî, composuit al-Fatho ibn-Khâqân, wazîro al-Motawakkili, qui una cum hoc khalîfa interfectus est anno 247. Titulus in nostro Codice est: كتاب الحماسة تاليف ابى عبادة الوليد بن عبيد البحترى[1] عفا الله عنه اختاره من اشعار العرب للفتح بن خاقان معارضةً لكتاب الحماسة الذى الّفه ابو تمام حبيب ابن اوس الطاءى رحمهما الله وعفا عنهما رواية ابى العباس احمد بن محمد المعروف بابن ابى خلد الأحول عن ابيه عن البحترى رحمه الله. Neque hic Abu-'l-ʿAbbâs Ahmed ibn-Mohammed, vulgo Ibn-abî-Khâlid al-Ahwal dictus, neque pater aliunde mihi cogniti sunt. Vix necesse est ut moneam eum non confundendum esse cum celeberrimo Ahmed ibn-abî-Khâlid al-Ahwal wazîro al-Mâmuni, qui anno 210 diem supremum obiit; v. de Slane ad versionem Anglicam Ibn-Khallikânis, I, p. 20, ann. 9 (El-Fachrî ed. Ahlw. p. ٢v.).

Constat liber 174 capitibus, veluti: ١ فى ما قيل فى حمل النفس على المكروه عند الحرب ٢ فى ما قيل فى الفتك ٣ فى ما قيل فى الاصحار للاعداء ٤ فى ما قيل فى محاملة الاعداء ٥ فى ما قيل فى الاطراق حتى تمكن الفرصة ٦ فى ما قيل فى بقاء الاحنة ونمو الحقد وان طال عليهما الزمان ٧ فى ما قيل فى الانف والامتناع من الضيم والخسف ٨ فى ما قيل فى ركوب الموت خشية العار ٩ فى ما قيل فى الاستسلام والاغضاء على الذل بعد الامتناع ١٠ فى ما قيل فى التحريض على القتل بالثأر وترك قبول الدية, et sic porro.

---

1) In Codice scriptum est al-Bohtarî cum *fatha*; sed Ibn-Khallikân (Fasc. IX, p. ١٤٩ ed. Wüstenfeld) non *ta* sed *to* pronuntiandum esse docet. Cf. quoque Dzahabî, *Moschtabih*, p. ٢٩ ed. de Jong.

Codex noster unicus videtur in Europa. Continet 400 paginas quadruplicatas minores. Anni nota caret; attamen in titulo aureis literis scriptum est, eum exaratum esse ut deponeretur in bibliotheca viri principis nomine Fakhr-ad-dîn (برسم الخزانة السعيدة المولوية الاجلّية الفخرية). Summa cum cura scriptus est et permultae vocales additae sunt.

DCXV. (Cod. 121 (3) Gol. fol. 98—103).

كتاب المَقْصُور والمَمْدُود نَظْمًا auctore celeberrimo philologo Abû-Bakr Mohammed ibn-al-Hasan *ibn-Doraid* al-Azdî, qui anno 321 Baghdâdi obiit.

Sub titulo leguntur nomina illorum virorum doctorum qui hoc opusculum alter alterum docuerunt. Ipse Ibn-Doraid illud docuit Abû-Moslimum Mohammed ibn-Ahmed al-kâtib anno 321. Nomen ultimi illorum virorum, vacuo relicto spatio, non expressum est; legitur tantum:

رواية الشيخ العالم . . . . ناقل الاصل في سنة ٥٧١ عنه

Et ex Codicis habitu valde verosimile mihi videtur, hunc revera anno 571 esse exaratum. Lector in ultima pagina annotavit se hunc librum legisse coram magistro anno 666.

Est carmen quod auctor eo consilio composuit ut doceret quaenam voces cum *medda*, quaenam sine hoc signo sint scribendae. Qui additus est Commentarius verosimiliter ipsum Ibn-Doraidum auctorem habet. Opusculi hoc est initium:

لا تَرْكَنَنَّ الى الهَوَى واُذْكُرْ مُفارَقَةَ الهَوَآء

Commentarius: الهَوَى المقصور هوى النفس والهَوَآءُ الممدود ما بين السماء والارض. Secundus versus:

يومًا تَصيرُ الى الثَّرَى ويَفُوزُ غيرك بالثَّراء

Commentarius: الثَّرَى المقصور التراب والثَّرَآءُ الممدود الغِنَى.

In foliis 104—106 Codicis legitur 1° narratio de terrae motu et eruptione volcani in vicinia Medînae anno 654, 2° septem

epistolae poëtae Haiç-baiç († 574) ad Khalîfam, praemium petentis pro carmine quod in ejus honorem pepegerat.

DCXVI. (Cod. 841 (3) Warn. fol. 80 v.—81).

Idem opusculum cum eodem Commentario; sine titulo, et praemissis tantum his verbis (l. الحسن) قال ابو بكر بن الحسين في معرفة ما يمد ويقصر.

Exaratus est hic Codex anno 960.

DCXVII. (Cod. 1016 (1) Warn. fol. 1—2).

Idem opusculum cum eodem Commentario, sub titulo: هذه قصيدة في المقصور والممدود لابي بكر محمد بن الحسن بن دريد.

Sine anni nota.

Duo hujus opusculi apographa possidet Bibl. Acad. Reg. 28 et 29; alia: Monac. 564 f. 123; Berol. (Ahlw.) 180—185; (Landberg) 420; Vindob. 146 cum comm. ibn-Hischâm; Paris. (de Slane) 792 (4); Escur. (Derenb.) 476 (2); Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 268 (1).

DCXVIII. (Cod. 475 Warn.)

Ibn-Doraidi carmen c. t. *al-Maqçura*, cum amplo Commentario docti philologi Ábu-ʿAbdallah al-Hosain *ibn-Khâlawaih* († 370), discipuli Ibn-Doraidi [1]). In praefatione ait commentator: انشدنا ابو بكر محمد بن الحسن بن دريد الازدي رحمة الله عليه غير مرّة وقُرِئَتْ عليه وانا اسمع.

Antiquus hic Codex, qui sexto Arabum saeculo scriptus mihi videtur, 207 folia continet, nec tamen perfectus est, nam desinit in explicando versu qui in Scheidii editione est 221us. Decem versus qui desunt a lectore in ultimo folio supplentur.

1) Cf. Ibn-Khallikân, I, p. ٣٣٣ sq. ed. de Slane.

DCXIX. (Cod. 121 (2) Gol. fol. 31—97).

Titulus est المقصورة الدريدية بغريبها من انشاء الشيخ ابى بكر — بن دريد الازدى رحمه وغريبها مما عنى بشرحه الشيخ ابو عبد الله الحسين بن خالويه رحمه وتمم من نسخة عنى بشرحه القاضى ابو سعيد. الحسن السيرافى رحمه الله تعالى. H. Khal. huic *Abu-Sa'îd* al-Hasan (ibn-'Abdallah) *as-Sîrâfî* († 368), quo praeceptore Ibn-Khâlawaihi al-Qorâni lectiones, quae dicuntur, didicerat [1]), Commentarium in Ibn-Doraidi *al-Maqçura* tribuit; ex hoc igitur complevit auctor anonymus epitome quod fecerat e Commentario Ibn-Khâlawaihi.

Codex sexto Arabum saeculo exeunte exaratus est.

Aliud exemplar Commentarii Ibn-Khâlawaihi possidebat Scheidius (n. 20) nunc Acad. Reg. 86; Berol. (Ahlw.) 169, 170; Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 268 (2). Apographa, ex nostris Codd. facta, sunt in Bibl. Acad. Reg. 87—89.

DCXX. (Cod. 615 Warn.)

Alius Commentarius in Ibn-Doraidi carmen, auctore Abû-'Abdallah Mohammed ibn-Ahmed as-Sabtî al-Lakhmî, vulgo *Ibn-Hischâm* dicto († 570). Titulus, ab antiquo librario scriptus, nunc agglutinata charta tectus est, cui recens manus inscripsit: هذا كتاب شرح منظومة كتاب ابن دريد لابن هشام اللخمى, et in libri initio verba, quae sequebantur post: قال الشيخ الامام العالم العامل العلامة ابو, erasa sunt iisque recentiori manu substitutum est عبد الله بن هشام, quum spatium tam parvum sit ut tantum عبد الله continere potuerit (suspicor enim antiquum librarium عبد الله (ابو) scripsisse). Attamen dubium non est quin Codex revera praestantissimum Ibn-Hischâmi Commentarium contineat; nam initium nostri libri est: اما بعد حمد الله على آلائه, a quibus verbis Ibn-Hischâmi Commentarium incipere, affirmat

1) Cf. Ibn-Khallikân l.l.

H. Khal., et praeterea longior ille locus quem bibliographus Turca ex praefatione laudavit, revera in nostri libri praefatione invenitur; accedit denique quod praefatione absoluta et vita Ibn-Doraidi (quae duas paginas occupat) enarrata, haec (Codicis fol. 2 v.) occurrunt: قال الاستاذ ابو عبد الله محمد بن احمد بن هشام اللخمى اخبرنا بهذه القصيدة الفقيه الاجلّ الشيخ الافضل ابو بكر ابن العربى رحمه الله قال اخبرنا ابو الحسين المبارك بن عبد الجبار الصيرفى قال واخبرنا ابو محمد الجوهرى قال اخبرنا ابن الجرّاح قال اخبرنا ابو بكر — بن دريد.

Codex anni nota caret, sed septimo Arabum saeculo scriptus mihi videtur.

Alia exempl.: Paris. 490 (de Slane), 792 (2) (cf. de Slane ad versionem Anglicam Ibn-Khallikânis, III, p. 43, ann. 3); Bodl. 1257 (1); Monac. 564 (1); Escur. (Derenb.) 476; Alger. (p. 8).

DCXXI. (Cod. 1072 Warn.)

Tertius Commentarius in Ibn-Doraidi carmen. Nomen Commentatoris additum non est, at vero titulus est: العُراضة الزُّكْنيّة فى شرح مقصورة ابى بكر — بن دريد. Plura patebunt ex praefatione, quam totam describam. Post brevem igitur doxologiam (cujus initium est: اللهم انفعنا وانفع بنا), Commentator haec ait: وبعد فان مقصورة ابن دريد رحمة الله عليه لما كانت أبْهى مقصورة، وعناية الاصحاب والاولاد فى لزامها (Cod. s. p.) وحفظها والتمكّن من محاسنها موفورة، شرحتُها بايجاز، عَلَى وفاز، وخدمةً[1]) بها عُراضةً وعذرًا فى

1) Vocalis *kasra* sub خ in Codice addita est, quod moneo ne quis putet legendum esse وخدمتُ.

تاخير انْجاز، مجلس الصاحب العالم الهُمام المحترم ضياء الملك وروح الوزارة ركن الدولة والدين، علاء الاسلام والمسلمين، عدّة الملوك والسلاطين، ابى عبد العزيز ابن الصاحب المعظم افضل وزراء العالم مفخر اكابر الزمان، نظام ملك سليمان، الذى تشدّ اليه الرِّحال، وَيَصْمُد جنابَه صيدُ الرجال، والذى انعم على الدين والملك بالنعم التوامّ، واذا بلغه المَطِىُّ بوفوده فظهورهنّ على الرِّحال حرام، سيف الدولة والدين، شمس الاسلام والمسلمين، نصير الملوك والسلاطين، ابى يوسف اعزّ الله له النصر، وادام ظلّه الوارف عليه وعلى سائر اكابر العصر، فَأَىُّ كريم منصف نظر فى هذا الشرح ووجده مطلعا على حقيقة اللغة وحاقّ (Cod. s. p.) المعنى وحقّ الاعراب، فلا يذهبنّ عليه بارك الله فى عمره ان يدعو لى بتمام العافية ودوامها وحسن المآب، وقد سمّيتُه العراضة الركنيه، تَيَمُّنًا بألقابه السنيّه، والله المستعان، وعليه التُّكْلان[1]، وانا اروى المقصورة عن الصدر المرحوم معز الدين على بن اسعد بن عبد القاهر شقروه رحمة الله عليه اجازةً فى شعبان سنة احدى وستين وستمائة وهو عن الامام المرحوم عماد الدين ابى الفرج على بن ابى الحسن الراوندى رحمه الله عن عبد الرحيم الاحور البغدادى رحمه الله عن الشريف ابى المعالى الجعفرى. عن ابى القاسم عبد الواحد الكرمانى عن ابى بكر هبة الله بن الحسن الدلال عن منشئها — ابن دريد — واعتمدتُ فيما رُوى فيه وجوهٌ كثيرة على الاقوى فى اللفظ والمعنى والاعراب فالاقوى فيها واضربتُ عن ذكر الواهى وذكر ما يكتب بالالف واليا الا المهمّ من جملة قوافيها.

---

1) Vocales recentiori manu additae videntur, alia certe est atramenti species; Lexica (sub وكل) تُكْلان offerunt.

Ex qua praefatione patent haec: scripsit Commentator paullo post annum 661, quo carminis tradendi licentia, quae dicitur, ei concessa erat a praeceptore; Commentarium dedicavit Rokn-ad-daulae (unde titulus العراضة الركنية) Abu-ʿAbd-al-ʿAzîz, filio Saif-ad-daulae Abu-Jusof, quem wazîrum appellat vinculum ملك سليمان. Dozy haec verba vertit »principis Solaimân" et suadente Defrémery proposuit intelligendum esse Perwânum Moʿîn-ad-dîn Solaimân ibn-ʿAlî, potentissimum ministrum sultâni Seldjukidarum Rokn-ad-dîn Qilidj-Arslân IV et Ghijâtz-ad-dîn Kai-Khosraw III, qui neci datus est anno 677 (d'Ohsson, *Histoire des Mongols* III, p. 498 seqq.) Mihi secus videtur, nempe vertendum esse opinor »regni i. e. dynastiae Solaimâni" et intelligenda dynastia Seldjukidarum Iconii de avo Solaimân († 479, Hammer *Gesch.* I, 21) ita appellata. Quinam autem fuerint hi wazîri difficile dictu est. Commentatoris *nomen* nullibi, quantum video, commemoratur, et hic Commentarius H. Khal. ignotus fuisse videtur, si nempe non est ille quem composuit Taqî-ad-dîn Abu-'l-ʿAbbâs Ahmed ibn-Mobârak, qui anno 664 obiit teste as-Sojutîo in *Vitis Grammaticorum* (Cod. Lee fol. 65 r.); quod tamen parum probabile mihi videtur.

Caeterum Codex egregie scriptus est anno 672 a Mahmud ibn-Mohammed al-Qunawî i. e. Iconiensis, quo tempore fortasse auctor adhuc inter vivos erat.

Commentarius Hasan ibn-Moh. al-Azdîi recensetur: Constant. (Köprülü) 1325.

DCXXII. (Cod. 1332).

Versio latina carminis Ibn-Doraidi al-Maqçura, cum Commentario, diversa a versionibus editis a Haitsema (1773) et a Scheidio (1786).

Dono dedit R. Koopmans van Boekeren.

DCXXIII. (Cod. 121 (1) Gol. fol. 1—30).

تَخْمِيس carminis Ibn-Doraidi, auctore Sa'd ibn-'Alî al-Irbilî an-Nischâbî (sic cum vocalibus in Codice).

Codex exeunte sexto Arabum saeculo scriptus est, sed abrupte desinit.

Alia specimina تخميس descripsit Ahlwardt (Cod. Berol. 178, 179).

DCXXIV. (Cod. 1021 (4) Warn. fol. 14 r.– 22 r.)

Carmen ejusdem Ibn-Doraid, quo philologum al-Bâhilî perstringit. Titulus in Codice est: قال ابو بكر محمد بن الحسن بن دريد. الازدى من ازد عمان يعرض بالباهلى اللغوى رحمه الله Brevis Commentarius additus est. Primus carminis versus est:

ديار الحَىِّ بالرَّسِّ الى العَمرَيْنِ فالأَبرَقِ

Sunt 17 paginae, incomte exaratae. In fine legimus: هذا ما وجد من هذى القصيدة ولم اعلم بقا منها شىء ام لا.

DCXXV. (Cod. 720 Warn.)

Dîwân poëtae Abu-'l-Fath Mahmud ibn-al-Hosain ibn-Schâhik as-Sindî al-kâtib, vulgo *Koschâdjim* (كشاجم) dicti, qui فى حدود anni 350 mortuus est. Secundum ordinem alphabeticum syllabarum finalium ordinatus est hic Dîwân.

Codex anni nota caret, sed satis recens est. Alia exempl.: Mus. Brit. 1071; Petrop. (von Rosen) 269 (2); Constant. (Köprülü) 1261; Brill (Houts.) 7.

DCXXVI. (Cod. 25 Gol.)

Dîwân celebratissimi poëtae Abu-'t-Taijib *al-Motanabbî* († 354).

In hoc Codice, Africana manu exarato, magna est lacuna atque insuper carmina nonnulla desunt. In margine annotatio scripta

est, cujus major pars Golium auctorem habet, non Warnerum, ut affirmavit Juynboll qui fuse de hoc Codice egit (*Orient.* I, p. 217—221); etenim nec Warneri manus haec est, nec Codex a Warnero emtus est; in Golii Catalogo secundo est n. 16 in folio.

DCXXVII. (Cod. 1245 Schult.)

Idem opus. Carmina secundum homoeoteleuta disposita sunt, et nitidus Codex anno 1178 exaratus est.

De aliis exemplar. cf. Pertsch ad Cat. Goth. n. 2229, quibus add.: Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 273, 274; Rosen, *Ms. Ar.* n. 78, 80, 81; Ind. Off. 807, 1045; Constant. (Köprülü) 1262, 1263, 1264 (Florilegium).

DCXXVIII. (Cod. 2042 = Amîn 318).

Fragmentum hujus Dîwâni, nempe carmina quae in editione Dieterici occupant inde a p. 326 l. 18 ad p. 568. Versus Commentario non sunt instructi, sed singulis praemissa est inscriptio exponens satis copiose interdum qua opportunitate dicti sunt. Ordo carminum idem est ac in editione Diet. Praecedunt duo folia quae varia aliorum carmina continent.

Codex ad saec. undecimum pertinere videtur. Abrupte desinit.

DCXXIX. (Cod. 542 Warn.)

Commentarius al-Wâhidîi († 468) in al-Motanabbîi carmina. Fuse de hoc Codice egit Juynboll (*Orient.* I, p. 221—229). Cf. porro Praefationem ad editionem Dieterici (1861), qui nostro Codice usus est, p. IX.

Alia. exempl. Commentarii al-Wâhidîi: Bodl. (Uri) 1208, 1248, 1249, (Nic.) 312; Mus. Brit. 596; Cantabrig. (Preston 85) 114; Berol. (Ahlw.) 192—195; Monac. 513; Constant. (Köprülü) 1316, 1317; Goth. 2231; Caes. Vindob. 454, 455; Havn. 255—259; Upsal. 134; Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 277, 278; Vatic. 784; Palat. 513; Escur. (Derenb.) 308.

DCXXX. (Cod. 126 Gol.)

Primum volumen Commentarii *minoris* Ibn-Djinnîi in al-Motanabbîum hoc Codice contineri, probare conatus est Juynboll (*Orient.* I, p. 231 sq.). Quis auctor sit, me ignorare fateor; sed valde dubito an sit Ibn-Djinnî. Nam inveni in Commentario al-Wâhidîi (p. ۴۴ vs. 11 ed. Dieterici) ad versum:

وَلا ثَوبَ مَجدٍ غَيرَ ثَوبِ ابنِ أَحمَدٍ عَلى أَحَدٍ إِلّا بِلُؤمٍ مُرَقَّعُ

haec annotata: رَوى ابنُ جِنّي يُرَقَّعُ. Quodsi igitur Codex noster 126 Ibn-Djinnîi Commentarium contineret, in eo يرقع, non مرقع exspectandum foret. Contrarium vero obtinet; legitur in eo مرقع et de altera illa lectione ne sermo quidem est. Revera idem valet de loco Commentarii qui revera Ibn-Djinnîum auctorem habere videtur, ut observavit Rosen, *Notices Sommaires*, p. 229. Sed ibi aliis plurimis locis consensus est inter ea quae Ibn-Djinnîo tribuit al-Wâhidî et verba Commentarii, in nostro vero plerumque hic consensus desideratur, ubi exstat quod sensum attinet, saltem verba differunt. Commentarii Ibn-Djinnîi, in quo carmina secundum homoeoteleuta alphabetice disposita sunt, pars secunda exstat in Bibl. Escur. (Derenb.) 309 et in Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 275.

De Codice, qui continet carmina in ed. Dieterici p. ۱—۳۱٥, cf. Juynboll l.l. p. 229 sqq.

DCXXXI. (Cod. 2116 (2) fol. 69 r.—70 = Amîn 397).

Carmen celeberrimi poëtae *Abu-Firâs al-Hamdânî* († 357) quod incipit:

الدِينُ مُختَرَمٌ وَالحَقُّ مُهتَضَمُ وَفَيءُ آلِ رَسولِ اللَهِ مُقتَسَمُ

Occurrit in editione Beryti anni 1873 p. 135.

Malum apographon saeculo undecimo factum. Exemplaria Dîwâni vel nonnulla carmina servantur: Bodl. (Uri) 1298 (5); Mus. Brit. (von Kremer) 168; Cantabr. (Preston p. 26) 83; Palat. 507; Mus.

Asiat. Petrop. (von Rosen) 270, 271, 272; Argent. (Spitta) 30; Lips. (Refâij) 323; Berol. (Ahlw.) 207—210 cf. 1028 (4), 1039 (*b*), 1066, 1116; Tübing. 140 (3), 142 (1).

DCXXXII. (Cod. 2038 = Amîn 314).

Dîwân viri principis *Tamîm* ibn-al-Mo'izz-li-dîn-allah *al-'Obaidî* († 374), de quo vide Ibn-Khallikân ed. Wüstenf. n. 124. Opus rarissimum, cujus Codex antiquus inter pretiosissimos, quos hic habemus numerandus est. Primum folium alio agglutinatum est a quo sine damno divelli posse non videtur, ita ut Codicis titulus incertus sit; ultima folia aqua laesa sunt vel perierunt. Quis hunc Dîwânum collegerit ex praefatione prosa rhytmica composita non liquet; carmina secundum homoeoteleuta disposuit. Sunt quidem varii generis, sed sat multa dicta sunt in laudem fratris poëtae al-'Azîz Khalifae Fâtimidarum (365—386), nonnulla in honorem patris [1]; inter poëmata sunt quae ab aliis dicta sunt, quibus poëta noster respondit. Inscriptiones carminum rubro vel caeruleo colore adscriptae sunt et in margine nonnulla verba explicantur. Duo carmina ipso anno mortis 374 pacta sunt. Codex valde antiquus folia continet 178, quorum ultima grave damnum passa sunt, duo vel tria in fine omnino perierunt.

DCXXXIII. (Cod. 1932 = Amîn 205).

نُبْذَة من ديوان البُسْتى, fragmentum Dîwâni poëtae Abu-'l-Fath 'Alî ibn-Mohammed *al-Bostî* († 401) [2]. Carmina brevissima sunt et secundum ordinem alphabeticum homoeoteleuti disposita,

1) Inter alia poëma quod inscribitur: وقال يمدح الامام المعز لدين الله ويُهنيه فى يوم عيد وذكر فاقته من علة كانت نالته وهزيمة الأغشَم القرطمى (sic).

2) De poëta cf. Ethé, *Morgenländische Forschungen* p. 55 seqq. et imprimis Tza'âlibî in libro c. t. *Jatîmat-ad-dahr*.

sed quum ultimum in hoc Codice obvium desinat in ح, patet nos tantum exiguam partem totius Dîwâni possidere.

Apographon recens quippe manu Mahmud Paschae al-Barudîi exaratum.

DCXXXIV. (Cod. 749 (2) Warn. fol. 37—63).

Ejusdem poëtae carmen c. t. عُنْوَانُ الحِكَم et cujus primi versus sunt:

زيادة المرء فى دنياه نقصان ورجه غير محض الخير خسران
وكل وجدان حظ لا ثبات له فان معناه فى التحقيق فقدان

Additus est amplus Commentarius, cujus auctor non indicatur; sed quum incipiat a verbis الحمد لله الذى جعل ملح العلوم علم العربية, certum est, collato H. Khal. (IV, p. 534, vs. 3), Commentarium compositum esse ab as-Saijid ʿAbdallah, vulgo Noqrahkâr dicto.

52 paginae, satis bene exaratae, non addita anni nota.

Ejusdem carminis alia exempl.: Berol. (Ahlw.) 217—226, e quibus 225 et 226 eodem Comment. instructi sunt, (Landberg) 873 (2); Havn. 242 (7); Goth. 2236, 2237; Lips. (Refâij) 109, 110; Vindob. 457 (2), 1996 (40); Paris. (de Slane) 1293 (2).

Teste v. Mehren editus est in t. III libri Baillie, *Five books on Arabic Grammar.*

DCXXXV. (Cod. 588 Warn.)

Codicis titulus vetustate passim detritus est, sed ex literarum ductibus qui supersunt, satis tute adhuc elici possunt verba quae antiquitus scripta erant. Est igitur titulus: كتاب الافْصاح، فى شرح الابيات المشكلة الصحاح[1]» صنعة الامام ابن أَسَد الكاتب رحمه الله تعالى. وهو الجزء الاول.

1) Vox in Codice fere deleta; tantum superest ح et pars litterae ا. Bene restituit Nöldeke l.l. p. 742 ann. 1.

Ibn-Asad al-kâtib, libri auctor, obiit anno 410; v. Ibn-Khallikân, I, p. ٤٧٩ ed. de Slane; praeter hunc librum scripsit alium c. t. كتاب الحروف, quem laudat Cod. nostri fol. 7 r.

Quod ad *al-Ifçâh* attinet, qui liber H. Khal. non innotuisse videtur, est Commentarius in multorum poëtarum versus, ab Ibn-Asad secundum homoeoteleuta alphabetice ordinatos, qui non tantum difficiles sunt sed etiam primo obtutu mali videntur, revera tamen pulchri sunt atque adeo eximii. Vid. porro quae scripsit Th. Nöldeke in Z. d. D. M. G. XVI, 742—749.

Primum tantum volumen hujus operis hic habemus; desinit in explicatione versuum quorum syllaba finalis est س.

Hic egregius et multis vocalibus instructus Codex saeculo sexto aut septimo scriptus videtur. Continet 135 folia quadruplicata.

Opus integrum est in Bibl. Escur. (Derenb.) 386.

DCXXXVI. (Cod. 2040 = Amîn 316).

Dîwân poëtae Abu-'l-Hasan ʿAlî ibn-Mohammed *at-Tihâmî* († 416) de quo vide Ibn-Khallikân n. 482. Carmina nullo certo ordine disposita sunt, ita ut redactio nostra differat ab ea quam exhibet Codex Berolinensis 229 (Ahlw.).

Apographon recens 66 folia continens. Primum carmen inscribitur قال ابو الحسن — المعروف بالتهامى يمدح الشريف ابا عبد الله الحسين بن ابراهيم (بن) الحسين بالرملة et ita incipit:

بعثت اليك بطيفها تعليلا وخضاب ليلك قد اراد نصولا

Idem carmen quoque primum est in Cod. Escur. (Derenbourg) 383 (1).

DCXXXVII. (Cod. 2039 = Amîn 315).

Hic Codex, cujus prima et postrema folia, quod summopere dolendum est, perierunt, continet florilegium poëmatum Mohammed ibn-al-Hosain ibn-Musâ *as-Scharîf ar-Radhî* al-Musawî († 416). Versus secundum homoeoteleuta disposita sunt, sed versus in ا omnes, carmina in ب et ى exeuntia partim perierunt. Quum Dî-

wânus hujus poëtae quatuor impleverit volumina (cf. H. Khal. III, 286), constat nos hic tantum florilegium possidere, ut quoque in margine exteriore legitur: مختارات الرضى, probabiliter illud, quod philologus quidam inscripsit: انشراح الصدور, de quo bis loquitur H. Khal. et l.l. et I, 461.

Codex egregius, fere omnium vocalium signis instructus, nuda carmina continet sine commentario. Sine dubio antiquus est, sed aetatis indicatio cum Codicis ultimis foliis periit.

Hujus florilegii alterum exemplar mihi non innotuit, sed ipse Dîwânus vel ejus partes offeruntur in Codd. Escur. 347; Mus. Brit. 1072 (p. III) et 1526; Ms. Berol. (Ahlwardt) 227 et 228 (p. III et IV).

DCXXXVIII. (Cod. 1258 (1) Schult. fol. 1—60).

سِقْطُ ٱلزَّنْد, notissima collectio nonnullorum poëmatum coeci poëtae *Abu-'l-'Alâ al-Ma'arrî* († 449).

Liber jam saepius in Oriente editus e. g. Beryti 1884 (Brill 457, 458) et cum Comment. التنوير dicto [1]) anno H. 1286 Bulâqi.

Codex anno 1178 nitide exaratus est. Alia exempl.: Acad. Reg. 91; Paris. 133 (ap. Flügel, *W. Jahrb.* 91); Mus. Brit. 598, 1073, 1080 (3), 1411; Cantabrig. (Preston 26) 83; Bodl. 769 (2), 1256, 1277, (Nic.) 329; Berol. (Ahlw.) 246—248; Guelpherb. 41; Goth. 2238; Havn. 261; Caes. Vind. 459 (Hammeri 115); Vat. 558; Escur. (Derenb.) 273, 435; Constant. (Köprülü) 1267, 1291, 1292.

DCXXXIX. (Cod. 112 Gol.)

Titulus, ab illo qui totum Codicem exaravit scriptus et summa cum cura aureis rubrisque circulis inclusus, est hic: كتاب شرح

1) E loco (ed. Bul. II, ١٢٧) quem laudavit post Chwolson von Rosen ad Cod. Mus. As. Petropol. 283 patet hunc Commentarium plerumque anonymum scriptum esse ab Abu-Ja'qub Jûsof ibn-Tâhir, auctore operis فرائد الخرائد supra n. CCCLXXXIX jam descripti.

سقط زند ابى العلا المعرّى لشيخ الاسلام علّامة الانام صاحب الفضائل الجسام يحيى التبريزى رحمه الله امين. Hunc titulum falsum esse, statim apparet Codicem 472 conferenti, qui revera at-Tibrîzîi Commentarium offert, ab illo qui Codice de quo agimus continetur, diversum. Continet hic, ut ipse librarius recte scripsit *in margine* tituli, ضَوْءُ السَّقْطِ للمعرّى نفسه, i. e. Commentarium ab ipso Abu-'l-ʿAlâ compositum; quod mihi patuit cum ex praefatione tum ex collatis locis, a Sacyo in tertio Chrestomathiae volumine ex ضوء السقط editis. De ضو السقط cf. imprimis Rieu, *De Abul-Alae vita et carminibus*, p. 66, qui correxit errorem Reiskii et Sacyi, hunc Commentarium a poëta *at-Tibrîzîo* dictatum fuisse autumantium, quum contra ipse in praefatione testetur, se illum Abu-ʿAbdallae Mohammedi ibn-ʿAbdallah Ispahanensi dictasse.

In hoc Codice, anno 126 i. e. 1126 exarato, textus carminum non omissus est ut factum est in Codice Parisiensi de quo retulit de Sacy (*Chrest.* III, p. 92); sed magnum damnum passus est quia textus ille minio scriptus est, cui gummi Arabicum adeo erat admixtum ut paginae inter se agglutinatae fuerint, et nonnulla nunc non amplius legi possint.

Alia exempl.: Paris. 1409; Constantin. (Köprülü) 1322.

DCXL. (Cod. 472 Warn.)

At-Tibrîzîi († 502) Commentarius in سقط الزند.

Antiquus hic est multisque vocalibus instructus sed ineleganter scriptus Codex, anno 589 exaratus. Apographon descripsit de Jong: Acad. Reg. 92.

Alia exempl.: Paris. 1409 = Scheid. 83 (de quo cf. Sacyus l.l.); Havn. 262; Caes. Vind. 460 (Hammeri) 399; Mus. Brit. 599; Cantabr. (Preston 26) 115; Lips. (Refâij) 223; Constant. (Köprülü) 1321. Codex vero Oxon. (Uri) 1195 est pseudepigraphus.

DCXLI. (Cod. 605 Warn.)

Commentarius in idem opus auctore Abu-'l-Fadhl Qâsim ibn-al-Hosain al-Khowârezmî, vulgo. *Çadr-al-afâdhil* dicto († 617), qui eum anno 587 Samarqandae scripsit eique titulum dedit: ضرام السقط، فى شرح السقط».

Codex anno 1065 exaratus est.

Alia exempl.: Mus. Asiat. Petrop. (von Rosen) 284, 285; Berol. (Ahlw.) 250.

DCXLII. (Cod. 100 Gol.)

Ejusdem poëtae لُزُوم ما لا يَلْزَم.

Summi pretii est antiquissimus hic Codex, nam ante annum 496 exaratus est a doctissimo philologo Ibn-al-Djawâlîqî (de quo cf. supra p. 357); hic librum legerat coram at-Tibrîzîo, qui illius partem coram ipso poëta Abu-'l-ʿAlâ legerat. In titulo leguntur haec: كتاب لزوم ما لا يلزم قبل حرف الروىّ[1] من شعر ابى العلاء — المعرّى نظمه على حروف المعجم فى العظة وانّزهّد وذمّ الدنيا رواية الشيخ الاجلّ الامام ابى زكرياء يحيى بن علىّ الخطيب التبريزىّ اطال الله بقاءه عنه[2] لموهوب بن احمد بن محمّد بن الخضر الجواليقىّ نفعه الله بالعلم. Paullo inferius scriptum est: انشدنا الشيخ الامام ابو زكرياء لنفسه فى هذا الكتاب

تَمَتَّعْ بِهِ عِلْقًا نَفِيسًا فانّه مَقالُ بَصيرٍ بالامور حَكيمِ
اراك من الدنيا حَقيقَةَ حالها وسُكّانها من جاهلٍ وعَليمِ

1) In praefatione legimus وجمعتُ ذلك كلّه فى كتاب لقّبتُه لُزُومَ ما لا يَلْزَمْ ومعنى هذا اللّقب ان القافية تَلْزَمُ لها لَوَازِمُ لا يَفتقِرُ اليها حَشْوُ البَيْتِ.

2) I. e. عن ابى العلا.

Tum Ibn-al-Djawâlîqî manu tres versus scripti sunt qui partim vetustate evanuerunt; recentiori manu quae chartam agglutinavit restituti sunt, et bene quidem, ut mihi *et* ablata charta *et* collata subscriptione, alia manu exarata, patuit, in qua similia traduntur atque in nota illa quae in titulo exstat, nempe haec: فرغ من قراءة[1] كتاب لزوم ما لا يلزم لابى العلاء الى الخره من هذه النسخة قراءة على الشيخ الامام الاوحد ابى منصور موهوب بن احمد بن محمد بن الخضر الجواليقى اطال الله بقاءه عبد الله بن احمد بن احمد بن الخشاب فى مدة آخرها منتصف جمادى الاولى من سنة سبع[2] عشرة وخمس مائة والحمد لله النخ. In nota quae in titulo exstat, testatur Ibn-al-Djawâlîqî, Ibn-al-Khasschâbum, qui notam praecedentem scripsit et summus erat philologus (v. ejus vitam apud Ibn-Khallikân, I, p. ٣٧٥ ed. de Slane), hunc librum coram se legisse anno 517. Sed ipse Ibn-al-Djawâlîqî librum *ante* annum 496 exaraverat; quod patet ex annotatione, quae ipsius at-Tibrîzîi manu exarata, in titulo exstat. Est haec: قرأ علىّ الشيخ الاديب ابو منصور موهوب بن احمد نفعه الله بالعلم هذا الكتاب من اوله الى الخره قراءة ضبط وتصحيح وسمعته بقراءة العلانى كاتبه عليه من اوله الى الخره وبقراءة غيره وقرأت منه شيئا على ابى العلاء وكتب يحيى بن علىّ الخطيب التبريزىّ سنة ست وتسعين واربع مائة بمدينة السلام. In fine libri Ibn-al-Djawâlîqî annum notavit quo hunc Codicem exaravit; sed propter detritam chartam haec anni nota nunc non amplius legi potest.

Habemus igitur classici operis exemplum, anno circiter 1100 p. Chr. exaratum, quod eandem fere atque autographum habet auctoritatem. Codicis pretium viros doctos Orientis haudquaquam fugit, nam in primo Codicis folio legitur annotatio, a viro quodam

1) Haec vox recentioris est manus, quae quod antea scriptum erat, erasit.

2) Cod. s. p. et legi posset تسع.

in carcere scripta, ubi testatur, Bahâ-ad-dînum ibn-an-Nahhâs (quem grammaticorum saeculi septimi facile principem fuisse, et anno 698 obiisse, testatur as-Sojutî) hunc librum olim possedisse pretiosissimisque suis thesauris annumerasse (وكان يعدّ هذا الكتاب من نفائس اعلاقه), et hanc ob causam eum nemini commodare solitum fuisse; quod ipse ille qui hanc notam scripsit, expertus erat quapropter fortasse severius de ejus scientia judicat dicens فقد كنت معتقدا فى حسن اخلاقه اكثر من اعتقادى فى علمه. Mortuo vero Ibn-an-Nahhâso librum pro nostro N. N., in carcerem conjecto, emit Nâçir-ad-dîn Mohammed al-A'radj (الاعرج) ar-Rumî; trecentis dirhemis constiterat (sic certe nunc in Codice scriptum est, sed recentiori, ut videtur, manu, quae illa quae antea scripta erant, erasit). — Codex 263 paginas continet et permultis vocalibus instructus est. Optime, vetustatis habita ratione, conservatus est.

DCXLIII. (Cod. 906 Warn.)

Alterum exemplar ejusdem operis, a duobus librariis negligenter et sine vocalibus exaratum. Recens est.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 1293; Mus. Asiat. Petr. (von Rosen) 286; Mus. Brit. (von Kremer) 166.

DCXLIV. (Cod. 1057 Warn.)

Dîwân poëtae Abu-Mançur 'Alî ibn-al-Hasan ibn-'Alî ibn-al-Fadhl [1]), vulgo dicti *Çorr-Dorr* (صرّ درّ) († 465).

Primum carmen hujus Dîwâni compositum est in laudem Principis Fidelium al-Qâim-bi-amrillâh. Incipit:

كما قُلْتُما بُرْءُ الصَّبابةِ فى الياسِ ولَيس لها غيرُ التجلّدِ من آسِ

Sequuntur alia carmina encomiastica, scil. in laudem wazîri Abu-'l-Qâsim 'Alî ibn-Maslama aliorumque, carmina lugubria etc.

---

1) In titulo المُفَضّل.

Codex noster bene exaratus est anno 549. In ultimis Codicis foliis versiculi aliorum scripti sunt.

DCXLV. (Cod. 2049 = Amîn 326).

Ejusdem Dîwâni recens apographon a fine mutilum.

Alia exempl.: Mus. Asiat. Petr. (von Rosen) 287; Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٢); Berol. (Landberg) 418.

DCXLVI. (Cod. 749 (1) Warn. fol. 1—36).

Carmen *at-Tantarânî* († 485), in laudem Nithâm-al-molki compositum et a Sacyo, in secundo Chrestomathiae volumine, editum, cum amplo Commentario (cf. de Sacy, II, p. 500) cujus auctor non indicatur. Initium est: الحمد لله الذى رفع لسان العربية من بين العلوم والاداب،.

Codex 71 paginis constans antiquus non est. Addita quidem est nota diei et mensis, non vero anni.

Alia exempl. partim cum Comm. a nostro diversis: Paris. 1454, (Ducaurroy) 42; Suppl. 1947 (10); Mus. Brit. 565 (4), 1617 (4); Ind. Off. 803 (1); Bodl. (Uri) 1274 (4); Berol. (Ahlw.) 265—267, (Landberg) 1049 (3); Monac. 894 f. 13; Havn. 242 (1); von Rosen, Ms. Ar. 95 (2); Caes. Vind. 461 et 462; Acad. Orient. Vind. 184. Etiam de Sacy exemplar possidebat (v. l.l. p. 505), et infra videbimus, in Codice 1094 (20) 21 priores versus hujus carminis descriptos esse.

Idem Commentarius anonymus apud Rosen, Ms. Ar. 87.

DCXLVII. (Cod. 657 (5) Warn. fol. 73—171).

„كتاب الصّادح وَالْبَاغم، وَالْحَازم وَالْعَازم" auctore Abu-Ja'lâ Mohammed ibn-Mohammed *ibn-al-Habbârîja* al-'Abbâsî († 504) [1]; de quo opere, ad exemplum libri *Kalîla wa-Dimna* composito, cf. Nicoll p. 325 sq., et imprimis Hammerus in *W. Jahrb.*, 90,

1) In Cod. Goth. 2244 dicitur mortuus esse 490.

p. 67—123, qui ibi magnam ejus partem versibus Germanicis vertit. Dedicatum est domino Hillae Abu-'l-Hasan Çadaqa ibn-Dobais al-Mazjadî († 501).

Antiquus est Codex, anno 571 egregie exaratus. In duabus ultimis paginis ab eodem qui ante Tahmâni Dîwânum addidit carmen Çarçarîi (v. supra p. 33), scriptum est carmen c. t. تصديقة. Initium est: صدق الله العظيم الذى ملا الوجود باحسانه احسانا.

DCXLVIII. (Cod. 834 Warn.)

Idem liber. Codex anno 933 exaratus est.

Alia exempl.: Paris. 1426 (1) et 184 (ap. Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 10); Bodl. (Uri) 850 (4), 1260, (Nic.) 320 (1); Cantabrig. (Preston 10) 148; Goth. 2244, 2245; Lips. (Refâij.) 243; Berol. (Ahlw.) 269, 270; Caes. Vind. (apud Hammer) 484 (a) et (apud Flügel) 86; Escur. (Derenb.) 474, 555, 759. Excerpta ex hoc libro exstant in Codice 881 (2), de quo infra dicendum erit.

DCXLIX. (Cod. 2146 = Amîn 427).

Fragmentum Dîwâni summi poëtae Abu-'l-Mothaffar Mohammed ibn-abi-'l-'Abbâs *al-Abîwardî* († 507). Praefatus est Ibrâhîm ibn-al-Haddjâdj 'Alî al-Ahdab (الاحدب) at-Tarabolosî qui, postquam poëtam magnis laudibus ornavit, testatur se exemplar Dîwâni ejus invenisse antiquissimum (تجاوزت في قدمها الحدّ) detritum, ex quo novam collectionem fecit. Porro testatur Dîwânum divisum esse in duas partes, quarum prior circiter 1000 versibus constans inscripta sit النجديّات, altera 5000 versuum complectens العراقيّات, sed de الوجديّات etc. de quibus loquitur Ibn-Khallikân, *Vita* n. 685 nihil observat. Apographon hocce, perspicue scriptum sed recens, abrupte in medio carmine explicit. Provenit e bibliotheca Mahmud Paschae al-Barudî.

DCL. (Cod. 1019 Warn.)

Titulus in Codice est: كتاب شرح التَّجْدِيَّات للامام العالم العلّامة عبد المُحْسِن القَيْصَرى رحمه الله تعالى. Commentarius quem ʿAbd-al-Mohsin al-Qaiçarî, composuit in partem priorem Dîwâni et quem anno 759 absolvit ut ipse testatur in subscriptione (قال مولفه فرغ من تاليفه المفتقر الى الله الغنى، عبد المحسن القيصرى،، زانه الله باجتماع الخاطر، وصانه من التوزع بكل مهمّ خاطر،، ضحوة يوم الاحد الحادى عشر من جمادى الاخرة سنة تسع وخمسين وسبعمائة هجرية، نبوية،،).

Doxologiae initium est: ان اولى ما يتوشح به اللسان، et praefatio est haec: وبعد فان دقائق العربية، وحقائق الفنون الادبية،، لا يمكن تليين عريكتها، ولا تُمَكَّن من الاتّكاء على اريكتها،، الا بممارسة قوانين الادب، ومباحثة دواوين العرب،، فمن لم يضرب فى طلبها اكبادَ الابل، فهو عن معرفة خواصّ التركيب بمعزل،، ومن لم يفز بتحصيل هذا الامل، فهو بمنزلة عالم بلا عمل،، ثم ان اكثرها تداوُلا، واقربها تناوُلا،، وايسرها حفظا، والطفها معنى ولفظا،، هو كتاب النجديات الذى سار فى الاقطار سير القَبول، وحلّ من القلوب محلّ القبول،، تصبو اليه الطباع الموزونة، وتحنُّ الى استنباط جواهره المخزونة،، فهجس فى خاطرى ان انظم فى سلك القيد فرائد فوائده، واضع على خوان الاخوان موائد عوائده،، فشرحتُه شرحا مقصورا على المقصود، وبيّنْتُ مقاصده بيانا لم يتجاوز عن الحدّ المعهود،، واشرتُ فيه الى ضروب القطعات وقوافيها، وخفيتُ من محتملات الفاظه اكثر خوافيها،، واوضحتُ ما فيه من وجوه الاعراب، وتحاشيت فى جميع ذلك عن الاطناب،، مستعينا بتوفيق الملك المنان، انه المستعان، وعليه التكلان،،.

Al-Abîwardî in brevi praefatione, prosa rhythmica conscripta,

quam amplo Commentario illustrat al-Qaiçarî, promittit, se hoc in libro nec carmina laudatoria nec satiras daturum, sed cum elegias in quibus de Fortunae injuria queratur, tum talia carmina in quibus suas laudes gentisque suae gloriam praedicet; quibus verbis addit, talia carmina quae composuerat في الشكاية والفخر alio quoque libro, nempe العراقيات, contineri. Primus qui explicatur versus est:

من أرتاجى والى ما ينتهى أرقى ولم اطأ صهوات السبعة الشهب

Est spissus Codex, bene exaratus, non tamen ab ipso al-Qaiçarîo, ut censuisse videtur Codicis possessor qui titulo subscripsit haec: في خطّه عموما وخصوصا في تاريخ سنة تسع وخمسين وسبعمائة; hoc fieri non potest, nam in titulo, ipsius librarii manu exarato, solennis illa formula رحمه الله, quae non nisi de mortuis usurpatur, addita est.

Aliud exemplar hujus operis mihi non innotuit, sed Dîwân al-Abîwardîi est in Bibl. Paris. 1398; Mus. Brit. 602; Monac. 518; Berol. (Ahlw.) 275; Bodl. (Uri) 1196; Escur. (Derenb.) 371 (2), 420 (1); Cod. Escur. 370 et Constant. (Köprülü) 1338 continent العراقيات.

DCLI. (Cod. 527 (3) Warn. fol. 40).

At-Togrâjîi († 514) لاميّة العجم, celebratissimum et jam saepius editum carmen. Solus textus, duabus paginis comprehensus, hoc Codice continetur.

DCLII. (Cod. 2117 = Amîn 398).

Secundum inscriptionem in fronte Codicis hoc volumine continetur Commentarius in carmen praecedens, quem scripsit Abu-'l-Baqâ 'Abdallah ibn-al-Hosain *al-'Okbarî* († 616). Cf. H. Khal. V, 293. Incipit post bismillam: قال الاستاذ الوزير مويد الدين فخر الكتاب ابو اسماعيل لحسين بن علىّ الاصبهانى المنشى المعروف بالطغرائى

الخ. Ita fere etiam exorditur Cod. Escur. (Derenb.) 325 (3), sed differt Cod. Vindob. 467 teste Flügel.

Codex anni nota caret sed fortasse ad saeculum decimum referendus est; cum vermibus tum aqua grave damnum passus est.

Exemplaribus hujus Commentarii de quibus supra mentio facta est, addatur: Berol. (Landberg) 919 (1).

DCLIII. (Cod. 2120 = Amîn 401).

Idem carmen deinde Commentario uberrimo instruxit Çalâh-ad-dîn *aç-Çafadî* († 764) s. t. 'الغَيْث (s. غَيْث الادب) الّذى انْسَجَم' «فى شَرْح لاميّة العَجَم», quem nos hic non possidemus [1]). Ex hoc Commentario plures alii originem duxerunt, quorum major pars nostris Codicibus continetur. Valet hoc de Codice quem h. l. descripturi sumus ut docet exordium operis ubi legimus: اما بعد فهذا تعليق على القصيدة المسمّاة بلاميّة العجم منقول من شرحها للامام الاديب صلاح الدين ابن ابى الصفا خليل بن ايبك الصفدى. Nomen epitomatoris et Commentarii titulus desunt. Subscriptio est وهذا ما تيسّر تعليقه من كتاب غيث الادب الذى انسجم 'فى شرح لاميّة العجم» مع تغيير بعض الفاظ فى النادر والحمد لله الخ. Hisce verbis praecedit قلت هذا هو الديباج الخسروانى والسحر الحلال لاهل العرفان, quae scriba Codicis Gothanae 2248 (1) pro titulo habuit (vid. Pertsch IV, 261), sed quae auctoris judicium continent de versiculis quae praecedunt in fine Commentarii.

Codex 137 folia continens anno 1079 exaratus est.

---

1) Exstat hic liber in Acad. Reg. Neerl. 95; Paris. 1393 et 185 (ap. Flügel, W. Jahrb., 91, Anz.-Bl. p. 10); Bodl. (Uri) 1200, 1203, 1206, 1232, 1275, 1280; Mus. Brit. 1666; Havn. 263; Caes. Petrop. 136; Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 289, 290; Rosen, Ms. Ar. 88, 89, 90; Vindob. 466; Escur. (Derenb.) 322, 323; Cid. Hammouda p. 15; Bibl. Soc. Asiat. Calc. p. ۴۲; Berol. (Landberg) 6, 450; Constantin. (Köprülü) 1326.

DCLIV. (Cod. 2119 fol. 57 v.—92 = Amîn 400).

Aliud compendium ejusdem aç-Çafadîi Commentarii quod redegit Mohammed ibn-Musâ *ad-Damîrî* († 808), jam saepius descriptum v. g. in Catal. Monac. (Aumer 566); Berol. (Ahlw. n. 281, 282). Secundum Ahlwardt huic operi finem imposuit Damîrî anno 769 sed in subscriptione Codicis sequentis idem opus continentis legitur annus 779.

Apographon anni nota caret sed aliae partes ejusdem Cod. vel 1065 vel 1066 exaratae sunt et quidem ab eodem librario.

Sequitur in Codice haec inscriptio (f. 91, 92) بيان اسامى الخمر وهى التى عملها (sic) حسان ومسطح فى زمن نوح عليه السلام. Est nudus catalogus 134 nominum non commentario perpetuo sed tantum hic illic notis marginalibus vel interlinearibus elucidatorum.

DCLV. (Cod. 2106 (1) fol. 1—69 = Amîn 597).

Ejusdem Commentarii aliud sed pejus exemplar anno 1077 exaratum.

DCLVI. (Cod. 2118 = Amîn 399).

„نَشْرُ العَلَم ، فى شَرْح لاميّة العَجَم“ auctore Mohammed ibn-ʿOmar ibn Mobârak vulgo Ibn-Bohroq [1]) al-Hadhramî dicto de cujus aetate non certo constat, sed junior est quam aç-Çafadî cujus Commentario usus est. Cf. H. Khal. V, 294 et Pertsch, Cat. Goth. n. 2250, qui etiam alia exemplaria enumerat, quibus addendum Brill (Houtsm.) 8.

Codex nitide scriptus est anno 1075.

---

1) Ita legitur apud Brill, Cat. périod. n. 554. Pertsch IV, 263 المعروف بابى احرق, H. Khal. VI, 155 الشهير ببحرق. Supra ad num. CLIX pronuntiavimus Baharaq.

DCLVII. (Cod. 1006 (1) Warn. fol. 1—57).

نُزُولُ ٱلْغَيْثِ auctore *Badr-ad-dîn* Abu-ʿAbdallah Mohammed ibn-abî-Bakr *ibn*-ʿOmar *ad-Damâmînî* († 828). Initium doxologiae descripsit Tornberg (*Catal. Upsal.* 103, p. 81); non plane convenit cum textu Codicis nostri, in quo scilicet longe fusius exposita est ad-Damâmînîi (vel, ut in nostro Codice appellatur, Ibn-ad-Damâmînîi) genealogia; pro اسباب, ut edidit Tornberg, legatur اشتات; post المسائل addatur وتراض, et pro المعالى legatur المعالق. Minus accurate dixit praeterea, hoc ad-Damâmînîi opus esse Commentarium locupletissimum in at-Togrâjîi carmen. Etenim in praefatione narrat ad-Damâmînî, se Alexandriae virum audivisse, doctum et scientiae studiosum se appellantem et summis laudibus Commentarium cumulantem, a Çalâh-ad-dîn aç-Çafadîo († 764) in لاميّة العجم compositum, sibi igitur in votis fuisse ut hunc librum acquireret deliciisque ejus frueretur. Tandem librum illum nactus est anno 794. Legit, permultos errores deprehendit, et malum esse vidit; quapropter hoc opus composuit ad errores, in quos aç-Çafadî inciderat, indicandos et refutandos, quod acerbius saepe quam par erat fecit: وحيث كان ذلك التصنيف مرسوما بغيث الادب الذى انسجم، فى شرح لامية العجم » رايتُ ان اسمى هذه المناقشات بنزول الغيث لانها التى انزلته الى الحضيض، واوقعته من اعتراضاتها فى الطويل العريض ». Speciminis instar describam initium operis, ubi refutare conatur auctor sententiam aç-Çafadîi de titulo carminis لامية العجم:

قال واما هذه القصيدة اللامية فانما سميت لامية العجم تشبيهًا لها بلامية العرب لانها. تضاهيها فى حكمها. وامثالها ولامية العرب هى التى قالها الشنفرى واولها

اقيموا بنى امى (1) صدور مطيكم · فانى الى قوم سواكم لاميل

1) In Codice perperam additur فى.

وقد روى عن امير المومنين عمر بن الخطاب رضه انه قال علّموا اولادكم
لامية العرب فانها تعلم مكارم الاخلاق ورايت لها شرحا حسنا كامل
المقاصد كثير الفوائد وهو مجلد جيد وحسبك ان الناس قالوا فى
هذه القصيدة انها لامية العجم فى نظير تلك يعنى ان كان للعرب
قصيدة تسمى لامية مشهورة بالادب والامثال. وللحكم فان للعجم لامية
اخرى تناظرها واضافة الشىء الى شىء مشهور او عظيم يدلّ على
شرف المضاف فان قوله تعالى من كان عدو الله وملائكته اشرف لهم
من قوله والملائكة لاضافتهم اليه انتهى اقول اما الاضافة الواقعة فى
قولهم لامية العرب فمشعرة بالتعظيم والشرف للمضاف من جهة شرف
المضاف اليه اذ العرب. هم اهل اللسان المبين الراسخون اقداما فى البلاغة
مهرة (دهذه .Cod ?) البيان وفرسان الكلام وجهابذة الفصاحة فلا جرم
ان اضافة المقول اليهم يوجب تشريفا له وتنويها بشانه واما العجم
فليسوا بهذه المثابة ولا قريب منها بل هم ابعد الناس عن الفصاحة
واقلّهم تحصيلا لملكة اللسان القويم لا ينكر ذلك الا جاهل او معاند
ومن يكون بهذه الصفة فكيف تدلّ الاضافة اليه على شرف ولو قيل
بدلالتها على العكس لكان صوابا. والله اعلم.

Codex, vocalibus destitutus, currente calamo exaratus est anno 975.

DCLVIII. (Cod. 2064 = Amîn 341).

Ejusdem Commentarii Ibn-ad-Damâmînî alterum et pejus exemplar a fine mutilum.

Alia exempl. praeter Upsal.: Escur. (Derenb.) 325 (1), 560.

DCLIX. (Cod. 1036 Warn.)

بُرُوقُ ٱلْغَيْثِ auctore Taqî-ad-dîn *Ibn-Hiddja* al-Hamawî († 837).
Est compendium Commentarii aç-Çafadîi. In praefatione ait epi-

tomator, aç-Çafadîi Commentarium prolixiorem esse multaque continere supervacanea. Loquitur deinde de Ibn-ad-Damâmînîi in aç-Çafadîi Commentarium animadversionibus, ex quibus haud paucas describit; tum transit ad at-Tograjîi vitam enarrandam, auctoritate nixus Ibn-Khallikânis et ʿImâd-ad-dîni in *al-Kharîda* (laudat etiam نصرة الفترة hujus auctoris, sed verba quae describit etiam apud Ibn-Khallikânem exstant), et tandem, nonnullis hujus poëtae carminibus descriptis, ipsum لامية العجم commentario satis amplo illustrat.

Annus quo Codex scriptus sit, indicatus non est, sed ex multis notis, ab illis qui Codicem legerunt, scriptis, apparet, eum antiquum esse, quippe nono Arabum saeculo exaratum.

DCLX. (Cod. 147 Gol.)

Ejusdem libri alterum exemplar, anni nota carens.

DCLXI. (Cod. 777 Warn.)

Commentarius in idem at-Tograjîi carmen, compositus anno 990 ab Abu-Djomʿa (جمعة) Saʿîd ibn-Masʿud al-Marrâkoschî aç-Çanhâdjî, „الايضاح المُبْهَم، من لاميّة العَجَم" (qui titulus in praefatione occurrit) inscriptus, et sultâno Maroccano Abu-'l-ʿAbbâs Ahmed, Scharîfo Hasanidae, Abu-ʿAbdallae Mohammedis filio, quem commentator summis effert laudibus, dedicatus [1]).

Codex anno 1028 exaratus est; ex subscriptione patere videtur, eum ex auctoris autographo esse descriptum. Alii sunt: Berol. (Ahlw.) 286 et Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 292 (1).

Accedunt duo carmina. Alterum, „بَهْجَة الزَّمَان، فى مَدْح السُّلْطَان زَيْدَان" inscriptum, compositum est ab ʿAbdallah ibn-

1) H. Khal. V, 293 male hunc Commentarium adscripsit ابن جماعة النحوى qui jam anno 819 diem supremum obiit, quum auctor sine ullo dubio Scharîfi Zaidân esset coaetaneus.

'Abd-ar-Rahmân الدنوسرى. Primus versus (constat autem carmen 100 versibus) est:

اقبل . السعد بالهنا والامانى وبدا السرور وجه الامانى

Alterum carmen, 36 versibus constans, compositum est in laudem Schaikh-al-islâmi Abd-ar-Ra'uf al-Monâwî as-Schâfiî, وقُرِئَتْ عليه يوم ختمه بمدرسة الصلاحية فى اواخر ربيع الثانى من سنة ١٠٢١. Primus versus:

تسامى العصر بالشيخ المناوى امام الناس عمدة كل راوى .

Codice 1496, praeter alia, continetur versio et explicatio carminis at-Togrâjîi, auctore H. A. Schultens.

DCLXII. (Cod. 109 Gol.)

شرح قصيدة ابن عبدون elegia Ibn-'Abduni († 529) in Aftasidas, cum Commentario historico Ibn-Badruni, inter annum 558 et 580 scripto. Tum ipsius poëmatis, tum Commentarii varii tituli traduntur, vid. Ahlwardt ad Cod. Berol. 303, Pertsch ad Cod. Goth. 2252.

Codex charactere Africano exaratus est anno 996.

DCLXIII. (Cod. 733 Warn.)

Secundum exemplar, anno 1030 negligenter exaratum.

DCLXIV. (Cod. 770 Warn.)

Tertium exemplar ejusdem fere aetatis.

DCLXV. (Cod. 755 (4) Warn. fol. 51—147).

كتاب طوق الحمامة ut fert inscriptio hujus Codicis continentis epitome ejusdem Commentarii, facta ab Ahmed ibn-Mohammed al-Khâlidî aç-Çafadî. Codex anno 1021 scriptus est.

DCLXVI. (Cod. 1601).

Apographum Praefationis Ibn-Badruni et textus poëmatis Ibn-'Abduni, e Codice Petropolitano anno 1256 (1840) factum.

Donum Weijersii, qui hoc apographum a Gottwaldt acceperat.

DCLVII. (Cod. 1104 *b* Warn.)

Carmen Ibn-'Abduni Arabice et Latine, additis fere ubique annotationibus. Warneri autographon.

Fuse de his et de aliis qui in Europa sunt Codicibus egit Dozy in introductione ad suam hujus operis editionem. Vid. porro Pertsch l.l. Addendum Berol. (Landberg) 184, 908.

DCLXVIII. (Cod. 2135 (*a*) = Amîn 416).

Dîwân poëtae al-Qâdhî *al-Arradjânî* († 544), Nâçih-ad-dîn Abû Bakr Ahmed ibn-Mohammed ibn-al-Hosain. Cf Ibn-Khallikân n. 62, ed. Slane p. ٦٩, H. Khal. s. v. ديوان et Cat. Berol. ed. Ahlwardt. n. 67. Dîwân alphabetice dispositus est, sed hoc apographon non procedit ultra carmina homoeoteleuton ر habentia. Ceterum redactio quantum ex primo versu judicare licet, convenit cum ea quae offertur in Cod. Berol. 320 apud Ahlwardt. l.l.

Apographon recens est.

DCLXIX. (Cod. 2135 (*b*) = Amîn 416).

Fragmentum ejusdem Dîwâni incipiens in medio carmine in ع = fol. 10 v. l. 16 praecedentis Codicis et abrupte desinens fol. 59 v. l. 4 ejusdem Codicis. Apographon satis nitide scriptum est, sed utrum meliorem textum offerat ac praecedens valde dubito; ceterum recens est. Sunt 20 folia.

Praeter exemplar Berol. aliud est in Mus. Brit. (von Kremer) 173.

DCLXX. (Cod. 2063 (2) fol. 67 ad fin. = Amîn 340).

القصيدة الشّنشوانيّة s. القصيدة الكمبيريّة quod poëma compositum

a *Naschwân* ibn-Sa'îd al-Himjarî († 573) anno 1865 edidit A. von Kremer. Initium deperditum est nam primus versus qui occurrit est vigesimus septimus apud von Kremer. Textus elucidatur commentario prolixo historico probabiliter eodem, qui etiam in aliis exemplaribus legitur.

Codex anno 1090 satis distincte exaratus est.

Alia exemplaria omnia commentario instructa: Mus. Brit. 1068; Berol. (Ahlw.) 344; Vindob. 482; Rosen (Ms. Ar.) 72 (2); Fragmentum: Ind. Off. 1038, XIII *a*.

DCLXXI. (Cod. 1832 = Amîn 101).

Inscribitur: جزء فيه تخميس أبيات السُّهَيْلي للامام شهاب الدين عبد الحليم بن تيمية. Continet igitur carmen *as-Sohailîi*, probabiliter 'Abd-ar-Rahmân ibn-'Abdallah ibn-Ahmed († 581) *takhmîso* auctum a Schihâb-ad-dîn Abû-Mohammed 'Abd-al-Halîm ibn-Taimîja anno 668. Scripsit quidem as-Sohailî carmen cum homoeoteleuto ع, hinc القصيدة العينية dictum (cf. H. Khal. n. 9479), a pluribus *takhmîs* amplificatum (cf. quoque Ahlwardt, Cat. Berol. n. 345—364), sed nostrum *takhmîs* mihi ex alio exemplari non innotuit. Initium:

ان كنتَ حقًّا من ذنوبك تجزعُ . فأفزع الى البارى بقلب يخشعُ

Sunt 3 folia anno 868 manu Ibn-al-Lobudî exarata.

DCLXXII. (Cod. 774 (4) Warn. fol. 55 v.—94 v.)

القصيدة المُنْفَرِجَة, carmen quod nonnulli ab Abu-'Abdallah Mohammed ibn-Ahmed ibn-Ibrâhîm al-Andalosî al-Qoraschî († 590), plerique vero ab Abu-'l-Fadhl Jusof ibn-Mohammed ibn-Jusof at-Tauzarî, vulgo Ibn-an-Nahwî dicto, compositum esse affirmant; cf. H. Khal. IV, p. 551, et Praef. in nostro Codice. Ibn-an-Nahwîi aetatem nec H. Khal. indicat, nec as-Sojutî, qui pauca de eo refert in *Vitis Grammaticorum* (Cod. Doct. Leo, fol. 179 r.)

Additus est Commentarius c. t. الاضواء البَهِجَة، فى إِبْرَاز دَقَائِق المُنْفَرِجَة، auctore Zain-ad-dîn Abu-Jahjâ Zakarîjâ ibn-Mohammed ibn-Ahmed al-Ançârî as-Schâfiʿî († 926), qui eum anno 881 absolvit. Quaedam ex praefatione delibavit H. Khal.; nos ea dabimus, quae ad metrum spectant, quod non est *jeneb*, ut legitur in Flügelii editione et nihili est, sed *al-khabab*, de quo Commentator haec: وهى من البحر السادس عشر المسمى بالخبب الذى تركه الخليل وغيره واثبته الاخفش وغيره وتفعيله فاعلن ثمان مرات وسمى بالخبب لقصر اجزائه وتقطيع ابياته يحاكى فى السمع ركض الخيل وخبينها وزحافة الخبن وهو حذف الساكن وان سكنت عينه فقيل بالاضمار بعد الخبن وقيل بالقطع وقيل بالتشعيث على ما هو مبيّن مع الصحيح منها فى محلّه. Est autem metrum carminis Ibn-an-Nahwîi idem atque carminis illius quod occurrit apud ʿAbd-al-Wâhid (p. ٢١٣ edit. Dozyi), qui illud a quodam suo amico, ʿAlî ibn-Hazmun ex urbe Murcia, inventum esse contendit, et falso quidem ut videtur. Ex Commentario de quo agimus patet, Arabes illud ad speciem decimam sextam, المتدارك, referre; confer Freytag, *Darstellung der Arabischen Verskunst*, p. 291 sqq.

Codex non antiquus est.

Exstat hoc carmen cum eodem Commentario Bodl. (Uri) 1274 (2); Berol. (Ahlw.) 389—395; Lips. (Refâij) 319, 356, 358; Escur. (Derenb.) 441, 521 (1); Brill (Houtsm.) 11.

De exemplaribus carminis ipsius sine comm. vel cum aliis cf. Pertsch ad n. 1539 (1).

DCLXXIII. (Cod. 89 (2) Gol. fol. 46 v.—103).

Continentur hisce foliis diversa carmina breviora ex anthologia quadam ut videtur desumta. Initium saltem deest, nam nunc post

bismillam statim, sequitur inscriptio: تخميس من نظم الغلام ايضا deinde takhmîs ita incipit

خنانيك رفقًا بى ومهلا على صدرى ❊ فحبك افنانى وافقدنى صبرى

Nomen proprium neque in hoc neque in sequentibus carminibus occurrit, sed fol. 77 v. incipit nova sectio cum inscriptione: شعر فى الشكر والثنا لمن هو اهله واصله et in hac sectione (fol. 98 r.) occurrit poema satis notum quod auctorem habet Abû-Madîn hospitem (نزيل) Tilimsâni et jam descriptum est in Cat. Mus. Brit. n. 175 (7) (ubi male nomen legitur ابو مرين) et in Cat. Berol. (Ahlw.) sub n. 371, 372, 373, 374. Poëta vixit exeunte saeculo sexto teste Ahlwardt qui putat, noscio an recte, eum differre a Scho'aib ibn-al-Hasan etiam Abu-Madîn dicto et anno 594 (vid. Cat. l.l. p. 253) mortuo. Hunc poëtam etiam inter vivos fuisse quum auctor nostrae anthologiae scriberet e Codice nostro patet, sed nomen ejus et anthologiae titulus adhuc latent.

De Codice vide supra ad n. DXLV.

DCLXXIV. (Cod. 2089 = Amîn 366).

Continet hic Codex, si tali nomine digna sunt 3 folia fortasse casu quodam colligata: 1° carmen quod dixit Abu-Bakr Jahjâ ibn-'Abd-al-Djalîl al-Andalosî in principem Ja'qub ibn-Jusof ibn-'Abd-al-Mumîn († 595) cujus initium hoc est [1]):

اتراه يترك الغزلا وعليه شيب واكتهلا

2° breve poëma لبعضهم فيما يقيم بدن الانسان; 3° carmen quod dixit Schams-ad-dîn Ahmed ibn-Mohammed al-Badî'î (البديعى) in laudem as-Saijidi al-Hosain ibn-'Abd-al-Qâdir ibn an-Nâçir anno 1093. Initium est:

لولا سجوع حمائم الرند وهنا ولمع البرق من نجد

1) Puncta diacritica a me addita sunt.

DCLXXV. (Cod. 1952 = Amîn 227).

ديوان عبد الله بن حمزة. Poëta 'Abdallah ibn-Hamza cognomine al-Mançur billâh, fuit imâmus Zaiditarum Jemanensium et diem supremum obiit anno 614. Abû-Makhrama in opere bibliographico Cod. 1956, الجزو الثالث, f. 10 v. his verbis vitam ejus describit:

الامام المنصور بالله ابو محمد عبد الله بن حمزة بن سليمان بن حمزة ابن على بن حمزة بن الامام ابى هاشم الحسن بن عبد الرحمن بن عبد الله بن يحيى بن عبد الله بن الحسين بن القسم بن ابرهيم ابن اسمعيل بن ابرهيم بن الحسن بن الحسن بن على بن ابى طالب نسب وفخر وشرف ضخم امام ابن[1] ائمّة الاسلام وقطب من اقطاب السادة الكرام ولد فى شهر ربيع الاول سنة احدى وستين وخمسماية وتفنن فى عدة من العلوم وكان مختصّا بعلم الادب كثير الاحتجاج على غريبى الكتاب والسنّة عالما باشعار العرب حتى قيل ان محفوظه يزيد على مائة الف بيت من اشعار العرب وصنف التصانيف العجيبة فى عدة فنون وشرع فى تفسير كتاب الله عز وجل فلم يفرغ من[2] سورة البقرة الا فى مجلّد ضخم واخترم دون اتمامه وله عدة رسائل فى الردّ على المخالفين وله الفاظ حكميّة وكلمات ادبيّة تجرى مجرى الامثال السائرة منها قوله: كتمان السرّ راس مال الملوك — الالحاح فى مطالبة المفلس يؤدّى[3] الى الانكار — الافراط فى المزاح[4] يؤدّى الى[5] العداوة ونحو ذلك من الالفاظ الرشيقة وكان شاعرا فصيحا ومن شعره قوله

1) Superinscribitur لعله من.
2) Deëst in Cod.
3) Cod. تودى.
4) Cod. المزاج.
5) Addidi.

كم بين قولى عن ابى عن جدّه وابى ابى فهو النبىّ الهادى
وفتًى يقول حكى لنا اشياخنا ما ذلك الاسنادُ من اسنادى

ومنه ما كتبه جوابا الى السلطان الظاهرى غازى بن الملك الناصر بن يوسف بن ايوب صاحب حلب وقد كتب اليه يدعوه الى دخول العراق ويبذل نفسه للقيام بخدمته فاجابه وضمن الجواب شعرا اوله

أتهجر معتمدا دارها وتولى الملامةَ من زارها[1]

وفيها يقول

الى حلب حيث صيدُ الملو ك تحبو وتُكرم زوّارَها
سُلالةُ من شاد دينَ *الاله وطهّر بالسيف ازوارَها[2]
فمات وابقى لنا بعده شموسَ المعالى[3] واقمارَها

وكانت دعوته فى ذى القعدة سنة ثلاث وتسعين وخمسماية وتابعه السيدانِ الاميرانِ شيخا آل رسول الله صلّعم يحيى ومحمد بن يحيى بن الهادى وكافّة علماء الزيديّة واتصلت دعوته بالحجاز فقام بها الشريف قتادة بن ادريس صاحب مكة اتمّ قيام وانفذ دعوته الى الجيل والديلم والرى فتابعه الزيديّة وارتفع صيته وخافه العباسيون ببغداد وكتب دعوته الى خوارزم شاه صاحب خراسان فتلقّاها باحسن التلقّى واعطى الشريف القادمَ بها مالا جزيلا وهو الذى عمر حصن ظفار وحصّنه وشيّده وعمر مداس العلم وجمع فى خزانته من الكتب ما ليس يُلقى فى سائر الخزائن واوقر بالمُطرِّفيّة فرقة من الزيدية ينتسبون الى مطرّف بن شهاب ولهم اعتقادات فاسدة منها قولهم

---

1) Sic sec. textum Dîwâni, p. 93. Cod. وتولى الملا زوارها. Carmen anno 606 pactum est, secundum inscriptionem in Dîwâno.

2) In Dîw. النبى واثخن بالسيف كفارها.

3) Dîw. الملوك.

التاثير فى العالم للطبائع الاربع وان الخلقة *نشوها كنشو[1] حشرات الارض وكان فشا امرهم وظهر مذهبهم القبيح وكان فيهم تقشف وعبادة استغووا بها عامة الناس فجرد السيف فيهم حتى كاد يأتى على آخرهم وسبى ذراريهم وخرب ديارهم ومحا آثارهم فانشأ رجل منهم يقال له ابن النساخ رسالة الى الخليفة العباسى الناصر لدين الله يقال ان بسببها كان دخول المسعود بن الكامل اليمن فى سنة اثنتى عشرة وستماية وان الخليفة عزم على الكامل محمد بن ابى بكر بن ايوب المذكور بارسال بعض ولده الى اليمن لحرب الامام عبد الله بن حمزة وتوفى الامام المنصور عبد الله بن حمزة لاثنتى عشرة ليلة خلت من المحرم سنة اربع عشرة وستماية. Praeter haec, plura quoque de eo leguntur apud Khazradjî in Historia Jemanae, Cod. 302, p. 129 seqq., nec non in initio Cod. 1994 *b*.

Dîwânus divisus est in species (انواع). Prima et particula secundae deperditae sunt quarum inscriptiones vide in Catal. Mus. Brit. p. 749. Prima quae integra exstat qaçîda inscripta est: وله عليه السلام من قصيدة الى الامير ابى عزيز قتادة بن ادريس الحسنى. Plura alia ad eundem scripsit poëmata in hoc Dîwâno obvia. Hanc excipit qaçîda inscripta الى كافة بنى حسن بالصفراء وينبع. Tertia ad Emirum صفى الدين محمد بن ابرهيم, edita est a Landberg in fronte catalogi. E ceteris hujus sectionis poëmatibus, ad sequentia lectoris animum advertit Landberg. P. 8 قال قد ورد عليه الخبر من عزان بن سعد بأخذ محطة الغز وتغنم اموالهم منها. — P. 17 قال يحرض بنى موسى بمكة على القيام ويعلمهم بخذلان وقال جوابا للسلاطين آل حاتم فى البشارة .P. 23 — .اسمعيل وجنده وله الى الاميرين شبابخى P. 35 — .بقتل اسمعيل فى شعبان سنة ٥٩٨

1) Sic emendavit Landberg; Cod. الشوها.

آل رسول الله صلّعم يحيى ومحمّد ابنـى يحيى وقـد بلغه فساد
وقال P. 38 — .قوم من يام فأنشأ اليهم هذا الشعر مع تراكُم الاشغال
فى وقعة شبام وقـد أبلى فيها عماد الدين وقاتل بالسيف فى رجب
— .وله وكتب بها الى بنى سليمان بتهامة P. 44 — .سنة ٩٠٠
وقال حاكيا خذلان العرب وذاكرا اخاه ابرهيم ومصابه رحمه فى P. 49
وقال هذه الارجوزة بتاريخ ذى الحجّة P. 65 — .شهر رمضان سنة ٩٠٠
— .آخر سنة ٩٠١ يذكر فيها جُملا من ابتداء امره الى التاريخ المذكور
وقال وقـد بلغه ورود السفير من الملك الظاهر بكتب وعوّقه P. 93
وقال P. 106 — .جند اليمن عن القدوم فى ربيع الآخر سنة ٩٠٩
وانفذ بها الى من ينتحل مذهب الامامية من ولد الحسين بن علىّ
.ابن ابى طالب عمّ بالمدينة على ساكنها السلام Haec igitur species inscripta erat .فـى المكاتبات — 'Species tertia inscripta est p. 114 النوع الثالث من اشعاره عليه السلام فى مخاطبات اهل المذاهب خاصّة وما يتّصل بذلك. Haec pars multa ad historiam religiosam Jamani cognoscendam continet. Imprimis notandae sunt duae longae qaçîdae: altera p. 124 القول فى التفصيل, altera p. 139 .فى امر المُطرّفيّة وبيان كفرهم Quarta species, inscriptione carens (forte unum vel plura folia in fine speciei praecedentis exciderunt) continet poëmata ad filios, aliosque proximos. — Quinta inscribitur: p. 172 .فى المديح والاوصاف وما يتصل بذلك Unum carmen hic describam (p. 176): وقال عليه السلام وقد وخطه شيبٌ فأمرَ بخضابه

قالوا أخْضِب الشَّيْبَ انّ الشيبَ مَنْقَصةٌ فى اعْيُن الرِّشْتَيّات[1] الرعاديد
فقلتُ ذاك كما قلتم وهيبته نقيضُ قَوْلكمْ فى أَعْيُن الصِيد
نحن الذين حملنا الناس عن عُرُضٍ على البياض فَهَلْ نرضى بتسويد

1) Cod. الرشيات.

Sextae inscriptio est p. 183 فى صفات الخيل وما يتّصل بذلك. Imprimis notanda in ea sunt carmina inscripta p. 185 وقال هذه الارجوزة وضمّنها صفات الخيل. — P. 186 اسماء خيل العرب المشهورة. — P. 215 الكلام فى مذموم الخلق. — P. 218 العيوب الحادثة. — P. 220 الكلام فى قيامه و صفته قائما. — P. 221 الكلام فى دعائها وتسكينها. — P. 222 الكلام فى التفرّس فيها. — P. 224 الكلام فى معرفة عنقه مشاهدة خصره. — P. 224 الكلام فى الدلالة عليها بالذراعة. —

Septima species agit p. 239 فى المراثى وما يتّصل بذلك. Continet elegia post mortem matris; fratris Mohammed ibn-Hamza; ʿAzzân ibn-Saʿd (vid. supra); Sultâni Saʿd ibn-Bischr ibn-Hatîm; Emîri Mohammed ibn-al-Mofaddhal; Emîri Djamâl-ad-dîn Ahmed ibn-Jahjâ; fratris Çârim-ad-dîn Ibrâhîm ibn-Hamza; Schaikhi ʿAlî ibn-Mançur; Sultani al-Fadhl ibn-ʿAlî ibn-Hâtim († 604); consobrini Emîri Çalâh-ad-dîn Ibn-al-Mortadha ibn-al-Qâsim; Emîri Schams-ad-dîn Jahjâ ibn-Ahmed († 606); Emîri Madjd-ad-dîn Jahjâ ibn-Mohammed.

Codex (274 pagg.) optime exaratus est; vocales necessariae plerumque additae sunt, puncta vero diacritica interdum desunt. Ut in initio, in fine quoque Codex mutilus esse videtur. Interiit saltem ultimum folium subscriptionem continens.

Alia exemplar.: Berol. (Glaser) 34; Mus. Brit. 1668.

DCLXXVI. (Cod. 881 (1) Warn. fol. 1—42).

Dîwân emîri Hosâm-ad-dîn ʿIsâ ibn-Sindjar ibn-Bahrâm al-Irbilî *al-Hâdjirî* († 632), collectus et ordinatus ab ʿOmaro ibn-Mohammed ibn-al-Hosain Damasceno. Divisus est in septem sectiones (فصول), 1a فيما قاله من الغزل; 2a فيما قاله وكان مسجونا; 3a فيما قاله من المخمسات; 4a فيما قاله من الابيات المفردات; 5a فيما قاله من الاهاجى; 6a فيما قاله من المواليا; 7a فيما قاله من الذوبيت (l. الدُوبَيْت).

Codex scriptus est anno 1015.

DCLXXVII. (Cod. 1094 (11) Warn. p. 44—97).

Permulta carmina ex hoc Dîwâno, quibus hic titulus praefixus est: من اشعار الامير البارع الفاضل حسام الدين عيسى بن سنجر ابن بهرام الاربلى المعروف بالحاجرى رحمه الله وكانت وفاته باربل مجروحا لثلاث خلون من شوال سنة ٦٣٢. In margine recentior manus addidit quaedam quae verbotenus conveniunt cum iis quae in Hâdjirîi vita scripsit Ibn-Khallikân (I, p. ٥٥٧, paen.—٥٥٨, 1 et 6—7) e quo auctore sine dubio desumta sunt. Alia, ex eodem desumta, in altera marginis parte leguntur.

Codex, saeculo octavo exeunte exaratus, describetur in Catalogo Codd. Persic.

Alia exemplaria sunt in Bibl. Vatic. 360 (5); Mus. Brit. 1080 (4); Ind. Off. 829 (3); Berol. (Ahlw.) 456, 457, 458; Monac. 515; Mus. Asiat. Petrop. et in Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٢٣).

DCLXXVIII. (Cod. 867 Warn.)

Dîwân poëtae ʿOmar *ibn-al-Fâridh* († 632), ordinatus a poëtae nepote (سبط) ʿAlîo, quem minus recte poëtae discipulum fuisse putarunt Sacyus (*Chrestom. arabe*, III, p. 132), Flügel (*W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 4), Tornberg (*Catal. Upsal.* p. 136) aliique; nam fieri non potest ut ʿAlî, qui, ut ex praefatione patet, anno circiter 730 florebat, discipulus fuerit poëtae qui anno 632 obiit. Recte vero in Catal. Oxon. (II, p. 618, qui locus omnino conferendus est) vocabulum سبط, H. Khal. auctoritate, vertitur per *filium filiae*; eadem explicatio invenitur in Commentario ʿAbd-al-Ghanîi an-Nâbolosî, de quo infra dicam.

Codex egregie, omnibus fere vocalibus additis, scriptus est, anno 885.

DCLXXIX. (Cod. 171 Gol.)

Secundum exemplar ejusdem operis. Codex ineleganter exaratus est anno 1022.

DCLXXX. (Cod. 1536 Testa).

Tertium exemplar, anno 1104 negligenter exaratum.

DCLXXXI. (Cod. 2051 = Amîn·328).

Quartum exemplar sine ulla praefatione cujus primum carmen idem est ac in Cod. Berol. (Ahlw.) 417, Goth. 2264 etc. Codex charactere maghribino exaratus esse dicitur anno 757 ut nescio quis subscripsit, sed mihi tam antiquus non videtur.

DCLXXXII. (Cod. 116 Gol.)

Idem Dîwân, non tamen ex ʿAlîi sed e plane diversa redactione, quae nec doxologia nec praefatione instructa est. Primum quod hic occurrit carmen (cujus versus primus:

(قَلْبِى يُحَدِّثُنِى بِأَنَّكَ مُتْلِفِى رُوحِى فِدَاكَ عَرَفْتَ أَمْ لَمْ تَعْرِفِ

legitur Cod. 867 p. 177. Codex, grandioribus literis Africanis exaratus, anni nota caret.

DCLXXXIII. (Cod. 1194 (8). fol. 116—133).

Haec pars Codicis 1194 titulo caret, sed continet carmina quaedam ex Ibn-al-Fâridhi Dîwâno, nempe illud quod primum est in ʿAlîi redactione, التائيّة, الخمرية caet. Sunt 34 pp. satis bene exaratae.

Pertinet ad Codices qui in antiquis Catalogis ex Mauritania allati dicuntur.

DCLXXXIV. (Cod. 908 (1) fol. 1—20).

Collectio poëmatum, quorum priora certo auctori non attribuuntur, inscribuntur enim tantummodo primum قال رحمه الله تعالى et deinde وقال رحمه; sunt autem omnia Ibn-al-Fâridhi. Primum poëma 59 versibus constans, ita incipit (Cod. 867, p. 189):

أبرقٌ بَدَا من جانبِ ٱلغَوْرِ لامعٌ أمِ ٱرتَفعَتْ عن وَجْهِ لَيْلَى[1]) ٱلبَراقعُ
نَعَم أسفرَتْ ليلى[2]) فَصَارَ بِوَجْهِهَا نـهَارًا به نُورُ ٱلمحاسنِ ساطعُ

Sequuntur 15 breviora carmina ejusdem poëtae, singula duobus versibus constantia. Ultimum hoc est (Cod. 867, p. 72):

خَليلَيَّ انْ زُرْتُما منزلى[3]) ولم تجداه فَسيحًا فسيحًا
وان رُمْتُما مَنْطقًا من فَمِى ولم تَـرَياه فَصيحًا فصيحًا

Haec excipit poëma 25 versuum, quorum primus itidem est ابرق بدا الخ, sed secundus (Cod. 867, p. 200):

انارُ الغَضَا ضاءت وسَلْمَى بذى الغَضَا ام ٱبْتَسَمَتْ عمّا حَكَتْه[4]) المدامع

Sequuntur deinde poëma 11 versuum in رًا, poëma 7 versuum in لـى et tertium 24 versuum in مـى desinens. Hoc absoluto, legimus من كلام الشيخ الامام العلّامة العارف قطب الاقطاب الغوث. الجامع الشيخ محى الدين ابى محمد عبد القادر بن ابى صالح الجيلى قدس الله روحه ونفعنا ببركته امين, quibus verbis introducuntur poëmata, quorum maximum est illud notissimum ما فى المناهل الخ (H. Khal. IV, p. 540; cf. Cod. Monac. 531 f. 39 apud Aumer *Cat.* p. 226). Occupant 12 pagg. Sermo auctoris, qui incipit الحمد لله المتفرّد بجلال البهاء (3 pagg.) et قصيدة التحميد collectionem claudunt. Vir sanctus et in Oriente veneratissimus Mohji-'d-dîn Abu-Mohammed Abd-al-Qâdir ibn-abî-Çâlih ibn-Abdallah al-Djîli (s. al-Gîlânî) obiit anno 561.

Sequitur per 7 pagg. poëma, quod inscribitur: قصيدة للشيخ زين الدين عمر الشهير بخطيب قُطفتا بيتين نثر وبيت موشح.

Haec omnia (f. 1—20) ab uno librario descripta et cum alio exemplari collata sunt. Anni nota non additur, sed anno 850

1) Cod. 867 سلمى. 2) Idem ليلًا.
3) Cod. 867 مضاجعى. 4) Cod. حلت.

certo antiquiora sunt, quo nempe anno pars alia hujus voluminis hoc, ut videtur, recentior, edita est.

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (Catal. p. 38, n. 752).

Alia exemplaria Dîwâni Ibn-al-Fâridhi in quavis Bibl. exstant e. g.: Paris. 1395, 1396, 1397, 1424, 1425, 1460, 1467, et alia apud Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.*, p. 4, cum Commentario cujus auctorem non nominat; cf. ibid. 92, *Anz.-Bl.*, p. 58; Mus. Brit. 609, 610, 1041 (1); Berol. (Ahlw.) 417—438, (Landberg) 84; Bodl. (Uri) 1296, 1298 (1), (Nic.) 335 (5); Radcl. 8 K. 1—8 (Sale); cf. Lee 64 (4); Goth. 2262—2265; cf. Dresd. 8; Monac. 519, 520; Caes. Vind. n. 471; Acad. Orient. Vind. 178; Hamburg. 190; Havn. 268, 269; Upsal. 225 (18); Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 299, 300; Rosen, Ms. Ar. 92, 93, 94; von Kremer 172; Ambros. 163; Neapol. 88; Escur. 418 (2); Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٢٢); Brill (Houtsm.) 14, etc. etc.

DCLXXXV. (Cod. 1472 (2) fol. 56—63).

»Jacobi Golii Excerpta ex Poematibus celebris Poetae Arabici Ibn Fârid quae Parisiis descripsit ea nactus opera Gabrielis Sionitae." Sunt 16 pag. in fol., sed plures interiisse videntur.

Fuit olim S. F. J. Ravii.

DCLXXXVI. (Cod. 152 *a* Gol.)

Commentarius in Ibn-al-Fâridhi *Dîwânum*, compositus a Badr-ad-dîn Hasan al-Burînî († 1024). Viris doctis jam innotuit ex excerptis publici juris factis, cum a Sacyo in Vol. III Chrest. Arab., et a Grangeret de Lagrange in Anthol. Arab., quorum tamen neuter Commentatoris nomen indicavit, tum editione anno 1853 Massiliae [1]) facta quae etiam continet Comment. an-Nabolosî, de quo vid. infra; loci vero, ab iis descripti ex Cod. Paris. 1479 et (Saint-Germain-des-Prés) 179, in nostro quoque leguntur Codice.

Codex mense Djomâdâ II anni 1033 exaratus est ab eodem

1) Anno 1289 cum eodem Comm. mixto Qâhirae editus est.

Derwîsch Ahmed qui Golio in emendis Codicibus operam suam praestitit et quaedam in ejus usum descripsit (cf. Dozyi Prologus ad Vol. I, p. xiv). Hunc vero Codicem absolvit duobus, et quod excedit, annis antequam Golius Halebum venisset.

Alia exempl. praeter duo Paris. de quibus dixi: Bodl. (Uri) 1233 (1); Radcl. 9 K. 1—9; Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣); Berol. (Ahlw.) 439, 440; Monac. 521, 522; Lips. (Refâij) 24.

DCLXXXVII. (Cod. 1442 Testa).

Amplissimus Commentarius in eundem Dîwânum, auctore ʿAbd-al-Ghanî an-Nâbolosî, cujus scriptoris genealogia, in praefatione tradita, haec est: ʿAbd-al-Ghanî ibn-Ismâʿîl ibn-ʿAbd-al-Ghanî ibn-Ismâʿîl ibn-Ahmed ibn-Ibrâhîm ibn-Ismâʿîl ibn-Ibrâhîm ibn-ʿAbdallah ibn-Mohammed ibn-ʿAbd-ar-Rahmân ibn-Ibrâhîm ibn-ʿAbd-ar-Rahmân ibn-Ibrâhîm ibn-Saʿdallah ibn-Djamâʿa al-Maqdisî an-Nâbolosî as-Schâmî. Anno 1086 adhuc inter vivos erat, nam Codex noster 1545 (10) continet opusculum ab eo compositum cui titulus: اشتباك الأسنّة في الجواب عن الفرض والسنّة, in cujus subscriptione legitur, illud ab eo esse compositum anno 1086.

In praefatione narrat auctor, se praeter Hasanis al-Burînî Commentarium nullum alium vidisse, ad illustrandum Ibn-al-Fâridhi Dîwânum compositum; hunc vero Commentatorem, quippe non ad Çufîos pertinentem (لما لم يكن من اهل البيت), Ibn-al-Fâridhi poëmata ita interpretatum fuisse ut verborum tantum, non reconditarum mysticarumque sententiarum, rationem haberet, et carmen c. t. التائية الكبرى (a multis Çufîis, al-Burînîo tali in argumento doctioribus, Commentario illustratum) omisisse propter eandem mysticismi ignorantiam. Novum itaque composuit Commentarium, qui ea quoque in re ab al-Burînîi Commentario differt, quod fuse explicat singula verba Praefationis ʿAlîi, ab al-Burînîo omissae.

Est spissum volumen, 620 paginis quadruplicatis constans, attamen ne dimidiam quidem Commentarii partem continens; nam margini exteriori (*la tranche*) inscriptum est, *primum* volumen

hoc Codice contineri, et ultima Codicis folia deperdita sunt. Ut nunc est, abrupte desinit in explicatione versus:

وما زلت اياها واياى لم تزل ولا فرق بل ذاتى لذاتى احبّت

qui in التائية الكبرى occurrit (Cod. 867 p. 116). Codex recentis est aetatis, non male exaratus. Alii sunt in Mus. Brit. 611, 612, 1075, 1076; Berol. (Ahlw.) 441; Mus. Asiat. Petr. et in Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣).

DCLXXXVIII. (Cod. 858 (2) Warn. p. 132–169).

Commentarius in Ibn-al-Fâridhi poëma c. t. الخمرية sive الميمية, compositus a Dâwud ibn-Mahmud ibn-Mohammed al-Qaiçarî († 751), qui, ut in praefatione testatur, antea Commentarium in التائية (المسماة بنظم الدر) composuerat, de quo infra dicturi sumus. Caeterum cf. H. Khal., IV, p. 537.

Sunt 37 paginae charactere nestalîq exaratae, anno 1036.

DCLXXXIX. (Cod. 816 (3) Warn. fol. 176 v.—194).

Ejusdem Commentarii alterum exemplar. Libellus titulo caret, nisi quod in primo Codicis folio legitur esse شرح الخمرية الفارضية. In hoc Codice praefatio et tres dissertationes omissae sunt, ita ut ne verbo quidem praemisso statim incipiat Commentarius ad versum primum.

Anni nota caret.

Alia exempl. Commentarii al-Qaiçarîi: Bodl. (Uri) 1233 (2); Lips. 110 (10); Goth. 2266.

Alii Commentarii al-Khamrîjae: Berol. (Ahlw.) 450, 451, 452, 453; Vindob. 475; Paris. (de Slane) 1343 (4 et 5); Escur. (Derenb.) 462 (2); Lips. (Refâij) 325.

DCXC. (Cod. 601 (1) Warn. fol. 1—47).

Commentarius *Persicus* in *al-Khamrîjam*, auctore ʿAbd-ar-Rahmân ibn-Ahmed Djâmî († 898). Titulus est: لوامع انوار الكشف

«والشهود، على قلوب ارباب الذوق والوجود». Initium doxologiae: سبحان من جميل ليس لوجهه نقاب الا النور; initium praefationis: اما بعد اين ورقى چند در شرح الفاظ وعبارات الخ.

Codex charactere talîq exaratus est anno 949.

DCXCI. (Cod. 1027 (1) Warn. fol. 3—46).

Idem opus. Codex charactere talîq nitidissime exaratus est. Aliud exemplar est in Mus. Brit. 886 (1), Cat. Pers. p. 808 et 828; cf. Paris. 461 (4); Bibl. Soc. Asiat. Calc. (p. ٣٣).

DCXCII. (Cod. 774 (5) Warn. fol. 95—145).

Commentarius *Turcicus* in *al-Khamrîjam*, auctore Ismâʿîl al-Maulawî al-Anqirawî († 1042) [1]. Initium est: سپاس ومنّت اول حضرة. Codex anni nota caret.

DCXCIII. (Cod. 1140 Warn.)

Aliud ejusdem operis exemplar, itidem anni nota carens, sed charactere talîq exaratum.

Aliud exempl.: Caes. Vind. (Hammeri 111).

DCXCIV. (Cod. 732 Warn.)

Amplus Commentarius in Ibn-al-Fâridhi poëma c. t. التائيّة, auctore ʿIzz-ad-dîn Mahmud al-Kâschi († 735). In nostro Codice Commentarii titulus est: كَشْفُ الوُجُوهِ الغُرِّ، لِمَعانِى نَظْمِ الدُّرِّ», quem titulum a quodam viro docto, non huic Commentario, sed Commentario al-Qaiçarîi (de quo mox videbimus) tribui, affirmat H. Khal. (II, p. 87); sed suspicor errasse aut bibliographum

1) Cf. H. Khal. in voce التائية, II, p. 87.

Turcam, aut illum quem secutus est; nam titulus ille bis, et quidem diversa manu, in primo folio Codicis nostri legitur et in ipsa praefatione occurrit.

Prima verba illa sunt quae descripsit H. Khal.; sed in Flügelii editione post فلق addendum est بقدرته. Praecedunt Commentarium prolegomena satis ampla. Codex anno 987 exaratus est.

DCXCV. (Cod. 207 Gol.)

Statim hunc Codicem inspicienti apparet, Commentarium eo contineri in idem Ibn-al-Fâridhi poëma; attamen auctor nullibi commemoratur, et cum doxologia tum praefatione caret opus, cujus finis desideratur, nam abrupte desinit in explicatione versus:

وفى علام التذكار للنفس علمها الـــمقدّم تستهديه منى فتيتى

qui carminis est antepaenultimus. Comparanti vero mihi hunc Commentarium cum praecedenti, apparuit esse eundem. Est itaque alterum exemplar Commentarii al-Kâschîi, in quo prolegomena omissa sunt.

Alia exemplar. hujus Comm.: Berol. (Ahlw.) 445, 446, (Landberg) 983; Mus. Brit. 1077; Monac. 523; Vindob. 474.

DCXCVI. (Cod. 816 (1) Warn. fol. 1—153).

Alius Commentarius in idem poëma, auctore al-Qaiçarî († 751; cf. supra n. DCLXXXIX; in titulo et in praefatione hujus Codicis vocatur Scharaf-ad-dîn ar-Rumî al-Qaiçarî). De hoc opere cf. Tornberg, *Catal. Upsal.*, p. 87.

Codex anno 1021 exaratus est. Passim quae minio scribenda erant omisit librarius.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 1205, 1230 (1); Upsal. 141; Berol. (Ahlw.) 447; Vindob. 473; Lips. (Refâij) 103; Mus. Asiat. Petr.

DCXCVII. (Cod. 152 *b* Gol.)

Tertius Commentarius in idem poëma, auctore (ut recte margini exteriori (*la tranche*) inscriptum est) Schaikh ʿAlawân (i. e.

ʿAlî ibn-ʿAtîja al-Hamawî al-Hîtî, qui anno 936 [1]) diem supremum obiit; cf. H. Khal. II, 87).

Incipit, ut dicit H. Khal., a verbis: الحمد لله الذى منه واليه, et in Introductione quaedam de ipso poëta dicuntur.

Codex anno 969 exaratus est. Aliud exempl.: Bodl. (Uri) 1242 (2).

Commentarius al-Farghânîi: Mus. Brit. 888 (12); Ind. Off. 814; Goth. 2267; al. Lips. (Refâij) 28, 16.

DCXCVIII. (Cod. 875 (2) Warn. fol. 58—79).

تُرْجُمَانُ ٱلْأَشْوَاقِ auctore Abu-ʿAbdallah Mohammed ibn-ʿAlî at-Tâjî al-Hâtimî al-Andalosî, vulgo Mohjî-ad-dîn ibn-al-ʿArabî [2]) dicto († 638).

Absoluta doxologia (cujus initium est: الحمد لله المحسن الفعال) praefatio est haec: اما بعد فانى لما نزلتُ مكة شرفها الله تعالى سنة ثمان وتسعين وخمسمائة الفيتُ بها جماعة من الفضلاء — ولم ار فيهم مع فضلهم مشغولا بنفسه، مشغوفا بالنظر فيما بين يومه وامسه،، مثل الشيخ — الامام بمقام ابراهيم عمّ — ابو شجاع زاهر بن رستم ابن ابى الرجا الاصبهانى رحمه الله تعالى واخته المسنّة العالمة شيخة الحجاز فخر النساء بنت رستم — وكان لهذا الشيخ بنت عذرا، طفلة هيفا،، تقيد النواظر، وتزين الخواطر، وتسرّ الخاطر، وتحير المناظر،، تسمّى بالنظام وتلقّب بعين الشمس والبهاء من العالمات، العابدات، الزاهدات،، شيخة الحرمين، وتَرْبِيَة البلد الامين،، ان اسهبتْ اتعبت، وان اوجزتْ اعجزت، وان افصحتْ اوضحت،، وان نطقت خرس قس ابن ساعده، وان اكرمتْ خُفِس مَعْنُ بن زائده،، فراعينا فى صحبتها

1) H. Khal. habet quidem l.l. 922 sed al. locis ut recepi.

2) Articulus, quem H. Khal. omittit, cum in hoc tum in seq. Cod. additus est.

كرم ذاتها مع ما يُضاف الى ذلك من محبة العمّة والوالد فقلدناها
من نظمنا فى هذا الكتاب احسن القلائد، بلسان نسيب رائق،
وعبارات الغزل اللائق» — فكل اسم اذكره فى هذا الجزء فعنها اكنى،
وكل دار اندبها فدارها اعنى» ولم ازل فيما نظمتُه من هذا الجزء من
الايماء الى الواردات الالهية، والتنزلات الروحانية، والمناسبات العلوية»
جار (جاريا .l) على طريقتنا المثلى، فان الآخرة خير لنا من الاولى» الخ

Plura de hac redactione dicturi sumus ad Codicem sequentem. Codex, 43 foliis constans, anno 992 exaratus est.

Aliud exemplar hujus redactionis apud Pertsch, Cat. Goth. 2268 (1).

DCXCIX. (Cod. 641 Warn.)

Commentarius quo ipse Ibn-al-ʿArabî suum ترجمان الاشواق illustravit. Praefatio quam supra edidimus, in hoc Codice non exstat; in ea vidimus, auctorem dicere, se carmina illa Çufica (eadem cum hoc tum praecedente Codice continentur) Meccae composuisse anno 598; contra in hoc Codice affirmat se ea mensibus Radjab, Schaʿbân et Ramadhân anni 611 composuisse. Postremum etiam legebatur in Codice quo usus est H. Khal. (v. II, p. 276); attamen Codex quo usus est bibliographus Turca, aliam redactionem offerebat quam ille de quo agimus; nam locus quem ex praefatione laudat, nec in Codice 875 (2) nec in 641 legitur. Hic enim, doxologia carens (incipit quidem a solenni الحمد et وصلى, quae tamen doxologiam, proprie sic dictam, non constituunt), incipit a verbis قال السيد الامام; tum sequuntur omnes Ibn-al-ʿArabîi tituli omniaque ejus nomina [1]); tum: استخرتُ الله تعالى وقيّدتُ فى هذه الاوراق ما نظمتُه من الابيات الغزلية بمكة — فى رجب الخ — فى حال اعتمارى فى هذه الاشهر اشير بها الى معارف

1) In praefatione nomen عربىّ scribitur ٣٢٨١٣١.

ربانيه، وانوار الاهيه، واسرار روحانيه، وعلوم عقليه، وتنبيهات شرعيه“ وجعلتُ; tum sequuntur verba quae laudavit H. Khal. (l.l. vs. 9) (in editione Flügelii pro والتشبيب lege والنسيب, et pro فيتنوّر l. فتتنوّر) et post اليها in nostro Codice leguntur haec tantum: »وقد نبهت بالقصد فى ذلك بابيات وهى هذه«; reliqua igitur quae H. Khal. ex suo Codice excerpsit, in nostro non leguntur.

Sed ut redeamus unde digressi sumus. Non credo, haec carmina anno demum 611 ab Ibn-al-ʿArabîo esse composita, sed contra jam anno 598, ut in Codice 875 (2) indicatum esse vidimus. Suspicor carminibus istis, quae in pulcherrimam illam eloquentemque puellam composita esse ipse Ibn-al-ʿArabî in prioris redactionis praefatione fatetur, haud leviter offensos fuisse severos et religiosos Moslimos; judicabant sine dubio, ut saeculo praeterito judicabat Casirius (I, p. 122), in illis »de Amoribus et Amasiis, nulla pudicitiae vel religionis habita ratione, agi," nec sibi persuadere poterant, haec religiosa esse carmina. Haec suspicio fulcitur et sustentatur Codice Oxoniensi (Uri) 1276, redactionem offerenti quam hic non habemus, ex cujus praefatione haec in Add. et Emend. ad Catalogum Oxoniensem (p. 617) leguntur: »Commentarium, rogantibus amicis, anno proximo [612], ideo confecit, quod quidam prius illud opus inculpaverant, eumque haud serio in eo egisse reputaverant; hoc autem Commentario edito, nullum amplius culpandi locum exstare censuerunt." Ut igitur offensionis et culpae memoriam deleret poëta, non tantum Commentario suo probavit coelestem, non terrestrem, amorem a se celebratum fuisse, sed insuper alio anno carmina esse composita finxit; quo quidem artificio quamquam illos decipere non poterat qui carmina jam antea legerant, eorum tamen sententiam mutavit, qui de iis deque magna offensione cujus causa exstiterant, fando audiverant. — Haec verosimilia mihi videntur; sed dignum est argumentum quod ab aliis, quibus plures Codices in promptu sint, dedita opera illustretur.

Codex, 192 foliis quadruplicatis constans, anno 984 non male exaratus est.

Alia exempl.: Paris. (de Slane) 1339 (5) et 1453 et 312 (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 92, *Anz.-Bl.*, p. 46); Mus. Brit. 614 (?), 754 (1), 1527; Ind. Off. 815; Monac. 524; Berol. (Ahlw.) 462—471, (Landberg) 768; Goth. 2269; Lips. (Refâij) 26; Bodl. (Uri) 1276 et Mus. Asiat. Petrop. Haec carmina (sine commentario?) praeterea exstant in Bibl. Radcl. K. 1. 8, Bibl. Ducis Parmae (Hammer in *Bibl. Ital.* 59, p. 189), Vatic. 292 (2), 360 (4), Escur. (Derenb.) 418 (1), 530 (4), et Cid-Hammouda (p. 16).

DCC. (Cod. 2045 = Amîn 321).

In fronte hujus Codicis legitur illo contineri Dîwânum *Ibn-al-ʿArabîi*, sed statim patet Dîwânum illum non esse integrum. Codex enim praemissa bismillah statim exorditur: وقال في باب البحر المسجور et sequitur carmen 8 versuum; post aliquot folia legimus: انتهى الجزء بحمد الله ومنه الخ et praemissa iterum bismillah nova sectio incipit; idem per totum Codicem observatur, qui divisus est in quam plurimas sectiones. Verisimile igitur videtur nos tantum possidere unum volumen Dîwâni neque illud primum; finis itidem deperditus est, ita ut de ambitu totius libri satis difficile sit judicare. Neque facile est dictu, quaenam redactio Dîwâni in hoc Codice offeratur: de ترجمان الاشواق cogitari nequit ob plures causas; redactio Codicis Berolinensis n. 460 apud Ahlwardt prorsus diversa videtur, quum illa divisa sit in 6 sectiones et jam anno 599 composita, dum in nostro Codice carmen occurrit post annum 630 dictum; quin etiam redactio Codicis 461 Berolinensis alia est, quum versus in nostro Cod. minime alphabetice digesti sint. Quum igitur neque ex aliis Codicibus, neque ex H. Khal., neque ex biographia ejus apud Maqqarî (I, ٥٩٧) efficere possim, quaenam redactio sit, hoc tantum pro certo affirmare volo nullam esse causam, quare inscriptionem Codicis spuriam esse statuamus, nam quamquam nomen Ibn al-ʿArabîi in ipso Cod. non deprehendi, carminum indoles et scopus summum mysticum tanquam auctorem arguunt.

Aeque difficile est de Codicis aetate certi quid affirmare, sed satis antiquus videtur et optimae notae; folia continet 177.

DCCI. (Cod. 312 Warn.)

Ingens Commentarius in Ibn-al-ʿArabîi carmen Çuficum, ʾc. t. التائية [1]) cujusque primus versus est:

تنزّهت لما ان حللت بحضرتي ووجدت في ذاك المقام بمنطقي

(in ترجمان الاشواق hoc carmen non reperitur). Commentarius compositus est, ut margini exteriori (*la tranche*) est inscriptum, ab ʿAbdî (عبدى) Efendi i. e. ʿAbdallah Efendi al-Bosnawî († 1054), Cf. *Kholâçat al-Atzar* III, ٨٩ ubi hujus Commentarii mentio exstat. Hic in praefatione, ad nauseam usque prolixa, testatur, se hunc librum Constantinopoli anno 1031 absolvisse eique titulum dedisse: قرّة عين [2]) الشهود ، ومرآة عرائس معاني الغيب والجود". In Prolegomenis, quae novem افلاك constant, de Çufîorum doctrina agitur. — Codex anno 1031 et charactere nestalîk ab ipso auctore exaratus est.

Idem ut videtur exstat in Mus. Ar. Petropol. secundum annotationem Dozyi ad H. Khal.

DCCII. (Cod. 2133 = Amîn 414).

"الرياض الأنيقة ، في شرح الخمرطاشية" auctore Abu-Mohammed Solaimân ibn-Musâ ibn-al-Djaun al-Aschʿarî († 652) teste H Khal. III, 515 n. 6708, qui librum numquam vidit ideoque ignoravit illum esse commentarium in poëma alius. Certum autem est idem opus intelligi, nam quae H. Khal. narrat: auctorem duodeviginti annos natum hunc librum scripsisse etiam narrantur in hoc nostro Codice folio ultimo r., ubi legimus: قال العبد الضعيف عبد الله سليمن بن موسى بن سليمن بن على الجون نفعه الله تعالى وقد انتهى الفراغ بحمد الله ومنّه وكنت لما شرحت هذه المقصورة عند استكمال ثماني عشرة من السنين وبلوغ الاشد بحمد الله المعين بقيت

---

1) Perperam الطائية scribitur in margine exteriore.

2) Verba قرة عين etiam denotant تاريخ quo auctor opus suum prima vice absolvit scil. 1030, anno demum sequenti redactio finalis facta est.

متردّدا بين اظهاره او طمس آثاره بضع سنين مستخيرًا لله تعالى ومستخلصا منه النيّة، ومستصلحا من فضله الطويّة» حتى قوى الله سبحانه العظيمُ فى تهذيبه وابرازه، والوفاء بالوعد لطلّابه وانجازه» الخ.
Sed jam satis de commentatore; videndum est de auctore, qui non minus obscurus est. Nomen ejus est Abu-'l-Hasan Ahmed ibn-Khomartâsch ibn-abî-Bakr ibn-Mohammed ibn-an-No'mân al-Himjarî cujus vitam his verbis describit Abu-Makhrama (Cod. 1956, I, f. 37 v.): احمد بن خمرطاش الحميرى ابو العباس السراجى كان فقيها جليلا نبيلا نبيها اوحد علماء عصره وسيّد فصحاء دهره صاحب الابيات المشهورة بابيات الفرج التى اولها

انّى لَأرْجُوا عَطْفَةَ اللّهِ ولا اقولُ إنْ قيل مَتَى ذاك مَتى

وهى ابيات مشهورة يقال ان فيها اسم الله الاعظم وله المقصورة المعروفة بالخمرطاشية التى مدح فيها قومه واستثار حفائظهم التى اوّلها

تاوّبَ[1] القلبَ تباريحُ الجَوَى وعادَهُ عائدُ شَوْقٍ قد ثَوَى

وهى نحو من ثلثمائة بيت وله قصيدة اخرى فى التصوّف والعقائد وتوفّى وهو شابٌّ ابن ثمانى عشرة سنة فارٌّ فى الجبل من ابن مهدىّ ولا اتحقّق تاريخ وفاته وانما ذكرته هنا فى هذه الطبقة لوفاته فى ايام ابن مهدى وذكرته فى الشافعيّة ظنًّا ايضا. Ibn-Mahdî h. l. memoratus est 'Alî ibn-Mahdî qui urbe Zabîd potitus anno 554 diem supremum obiit. Cf. Johannsen, *Historia Jenanae* p. 143. In praefatione nostri Codicis haec legimus: قال الشيخ احمد (بن h. l. dëest) خمرطاش بن ابى بكر بن محمد بن النعمان الحميرى ثم السراجى احد بنى سراجة بن شرحبيل بن الحرث بن ذى رعين الملك رحمه وهو فى قسوة جبل من نواحى ريمة يمدح على بن مهدى ويستعطفه له ولجماعة من القحطانيين لم يكونوا دخلوا فى طاعته

1) Cod. دلوب.

قبل ظهوره على الحبشة فلمّا ظهر فرّوا من بلادهم خوفا منه فقال تأوّب الحج. Poëtae mors itaque cadit inter annum 551 quo ʿAlî ibn-Mahdî superior factus est et annum 554 quo periit.

Quod ad poëma ipsum vel potius ad Commentarium attinet multa continet scitu dignissima ad historiam veram et fabulosam Jemanensium illustrandam. Codex noster a vermibus male passus est et ultimum folium periit. Bene exaratus est et certissime antiquus; minime autem est autographon auctoris nam post ejus nomen in titulo legimus قدس الله تعالى روحه ونفعه. Videtur insuper unicus in Europa.

DCCIII. (Cod. 845 Warn.)

Titulus in Codice est: «التّنبيهات، على معاني السّبع العلويّات نظم الشيخ العالم عزّ الدين عبد الحميد بن ابى الحديد, continetque revera hic Codex carmina illa quae السبع العلويّات dicuntur, composita ab ʿIzz-ad-dîn ʿAbd-al-Hamîd ibn-abi-'l-Hadîd († 656) et anonymi commentario illustrata.

Ex nostro Codice inaccurata notitia, quam H. Khal. (v. III, p. 577) de hoc opere dedit, corrigi potest. Etenim aetatem qua poëta florebat, non definivit; ex carmine autem *sexto* patet, eum circa annum 600 floruisse; nam carmen illud inscriptum est: وقال يمدحه (nempe النبيّ) ويذكر الحسين عمّ ويستصرخ بالناصر لدين الله ابى العبّاس احمد; florebat igitur poëta regnante khalîfa an-Nâçir-li-dîn-allâh Abu-'l-ʿAbbâs Ahmed (575—622). Affirmat praeterea bibliographus Turca, nostrum opus unum carmen 69 versuum de expugnato oppido Khaibar continere. Hoc falsum est, nam opus, ut jam ex titulo patet, *septem* carmina continet. Horum *primum* revera de expugnato Khaibaro agit et 69 versibus constat; sed primus versus apud H. Khal., in editione certe Flügelii, ita corruptus est ut metri et grammaticae leges sint violatae. Pro verbis istis:

الا انّ نجد المجد ابيض ملحوب ولكنّه جمّ المهالك مرهوب

reponatur:

أَلَا إِنَّ نَجْدَ ٱلْمَجْدِ أَبْيَضُ مَلْحُوبُ وَلٰكِنَّهُ جَمُّ ٱلْمَهَالِكِ مَرْهُوبُ

et verbis Flügelianis: *Certe invenis gloriam illustrem, magnam, attamen periculorum plenam, terribilem*, substituantur haec: *Nae gloriae via candet et cuivis patet; attamen periculorum plena est formidinemque injicit.* Addam explicationem hujus versus, quo simul Commentarii specimen offeram: النجد الطريق المرتفع وقد يُتّسع فيه فيسمّى نجدا وان لم يكن مرتفعا والمجد الكرم قال ابن السّكّيت المجد والشرف يكونان من قِبَل الآباء والحسب والكرم يكونان في الرّجُل وان لم يكن له آباء لهم شرفٌ والملحوب الواضح يقال لحبتُ اللحم عن العظم الحبه لحبا اذا قشّرته وكذا العود وغيره والجم الكثير والمرهوب المخوف.

Secundum carmen compositum est in Meccae expugnationem; *tertium* (21 versuum) in Prophetae laudem; *quarti* argumentum idem est; *quintum* compositum est in caedem Hosaini, et itidem *sextum*, in quo poëta an-Nâçirum alloquitur; *septimum* denique est denuo in laudem Prophetae.

Commentatoris nomen nusquam indicatur, et Commentarius diversus est ab illo quem commemorat H. Khal.; differt enim initium, quod in nostro Codice est: بواجب الوجود استعين، وبارشاده سبل الحق استبين». Commentator ad Alidarum gentem pertinebat; in praefatione enim testatur, se, quum adhuc puer (صغير) esset, Ibn-abi-'l-Hadîdi carmina edidicisse quae nunc Commentario illustret: ورايتُ ذلك من طريق الاولويّة، اذ كنتُ من الأُسرة العلويّة». Absoluto Commentario addit, se multa carmina in laudem Prophetae elegiasque (in caedem Hosaini) legisse, sed omnibus reliquis poëtis palmam praeripuisse Ibn-abi-'l-Hadîdum.

Codex, 48 foliis quadruplicatis constans, anni nota caret, sed recens est et bene exaratus. Aliud exemplar Commentarii mihi non innotuit. Ipsa carmina sunt: Berol. (Ahlw.) 493, 494, 495.

DCCIV. (Cod. 1274).

Dîwân poëtae *Bahâ-ad-dîn* al-kâtib († 656), cujus plenum nomen erat Abu-'l-Fadhl Zohair ibn-Mohammed al-Mohallabî al-ʿÂtikî. Hic Dîwânus, secundum homoeoteleuta ordinatus diversus ab illo quem ipse auctor collegit (cf. Goth. 2271, Berol. 490 etc.), continet, praeter alia carmina, multa quae poëta in laudem al-Malik an-Nâciri, Saladîni, aliorumque virorum principum composuit, et in quibus varias quas reportarunt victorias celebravit. Codex, 200 paginis quadruplicatis constans, satis bene exaratus est anno 1002. In prima pagina E. Scheidius eum ex Oriente anno 1767 accepisse legitur. In Scheidii Catalogo est n. 25.

Alia exempl.: Paris. 1448; Soc. As. ibid. n. 26; Bodl. (Uri) 1272, 1278 cf. Nicoll. 380 (9); Radcl. (Sale 32. K. 2—3); Havn. 270; Berol. (Ahlw.) 490, 491, 492; Goth. 2271; Upsal. 143; Vatic. 362; Escur. (Derenb.) 477; eundem Dîwânum contineri suspicor Codice Alger. (p. 14), et de Slane perperam de anthologia poetica cogitasse.

Edidit H. Palmer Cantabrigiae 1876. De editionibus orientalibus cf. Pertsch ad num. 2271.

DCCV. (Cod. 725 Warn.)

Titulus est: ديوان عبد اللطيف التَّكْرِيتىّ رحمه الله يمدح سيّدنا ومولانا رسول الله صلّعم وتتلوه قطْعةٌ من شعر اخيه صفى الدين رحمه الله; ex quibus verbis argumentum intelligitur hujus operis, quod H. Khal. non innotuit; continet enim revera multa carmina, in Prophetae laudem composita; sed quonam tempore horum auctor, ʿAbd-al-Latîf at-Takrîtî, floruerit, definire nequeo; neque enim hujus viri nomen me alibi legere memini, neque ex ipso opere, praefatione destituto, ejus aetas apparet. E primo carmine (ارجوزة) patet eum Schâfiʿîi asseclam fuisse (ودِنْ بما دان الامام الشافعى), licet postea uno tenore laudet quatuor imâmos (Mâlik, as-Schâfiʿî,

Ahmed. et Abû Hanîfa): Primus versus incipit:

الحمد لله القديم الازلى الواجد المهيمن الفرد العلى

Poëmata ejus fratris, Çafî-ad-dîn, quae ejusdem sunt argumenti, octo ultimas Codicis paginas implent. Initium:

لقد لذّ فى مدح الرسول مقالى وطاب لسمعى ذكره وحلالى

Est bene exaratus et spissus Codex, sed in singulis paginis pauci tantum versus (sex vel octo) scripti sunt. Tineis blattisque passim corrosus est. Anni nota desideratur, sed Codex septimo vel octavo Arabum saeculo scriptus mihi videtur. Alius mihi non innotuit.

DCCVI. (Cod. 2086 = Amîn 363).

„بُسْتَانُ العارِفِين، فى مَعْرِفَةِ الدُّنْيَا والدِّين“ plerumque appellatum الوِتْرِيَّاتْ, collectio carminum in laudem prophetae auctore Madjd-ad-dîn Mohammed ibn-abî-Bakr *ibn-Raschîd* al-Baghdâdî (dicto al-Witrî † 662) cum takhmîs auctore Mohammed ibn-ʿAbd-al-ʿAzîz al-Warrâq. Liber jam descriptus fuit in priore editione Cat. V, 313 et 314; et vid. porro Pertsch, *Cat. Goth.* IV, 281 n. 2273, qui etiam alia exemplaria enumerat. Quibus adde Berol. (Landberg) 873 (6); Brill (Houtsm.) 16, 17.

Finem Codicis facit textus carminis الهمزيّة dicti auctore al-Buçîrî de quo vide mox infra ad. num. DCCXXII et seqq. In medio hoc carmine abrupte explicit Codex, cujus aetas non indicatur sed probabiliter ad saeculum decimum vel undecimum referendus est.

DCCVII. (Cod. 886 Warn.)

Hujus Codicis initium jam in Oriente deperditum est, nam in folio quod nunc primum est, cernitur sigillum Orientale. Continet complures *mokhammasât* in laudem Prophetae, diversas ab الوتريات quae omnes ab uno eodemque poëta compositae videntur, et se-

cundum syllabas finales alphabetice ordinatae sunt. Haud ita multa deperdita sunt, nam incipit Codex a carmine cujus homoeoteleuton est ـَلَهْ Quis horum carminum auctor sit, nescio. Caput litterae ب ita incipit:

بسقط اللوى صبّ حليف محبّة
مقيم ومن هواه فى ارض غربة
يقول لمن لم يحفظوا حق صحبة
بعيد على المشتاق عود احبة تنأو فحان الصبر غير قريب

Codex anno 779 bene exaratus est.

DCCVIII. (Cod. 1273).

Dîwân poëtae Abu-'l-Hasan ʿAlî ibn-ʿAbdallah as-Schuschtarî [1]) an-Namîrî al-Fâsî († 668).

Poëta erat Çufî; omnia ejus poëmata Cufici sunt argumenti, et in omnibus usus est metris recentioribus, numquam antiquis; occurrunt igitur in hoc volumine multae *mowasschahât* aliaque id genus carmina.

Codex 213 paginas octuplicatas continet et optime exaratus est. Librarius in subscriptione nomen quidem suum profitetur, sed anni notam non addidit. In possessoris inscriptione annus 1125 notatus est. In prima pagina E. Scheidius legitur hunc Codicem ex Oriente accepisse anno 1767. Est in Scheidii Catalogo n. 26.

DCCIX. (Cod. 1397).

Apographum Codicis praecedentis, factum ab H. A. Schultens. Emtum in auctione publica m. Octobri a. 1836.

Alia exemplar. in Bibl. Berol. (Ahlw.) 508—514; Caes. Petrop. 137; Monac. 525; Escur. (Derenb.) 278; aliud apographum, ex Codice nostro 1273 a Willmet factum, est in Bibl. Acad. Reg. Neerl. 96.

---

1) Intelligitur pagus in Hispania من عمل وادى آش. Cf. Maqqarî I, p. 583 seqq. ubi vita auctoris exstat necnon Cat. Codd. Acad. Reg. Scient. p. 132, ann. *a*.

DCCX. (Cod. 2046 = Amîn 323).

Dîwân, ut in fronte Codicis Schaikh Amîn adscripsit, scribae et judicis Mohjî-ad-dîn ʿAbdallah ibn-ʿAbd-at-Thâhir († 692) de quo cf. *Fawât al-Wafayât* ed. Qâhir. I, 271. Potius autem non dîwânus appellari oportuit sed carmina selecta, quibus in fine nonnulla alia ex libro *Fawât* supra laudato desumta manu Schaikhi Amîn adjecta sunt. Apud H. Khal. Dîwâni hujus viri mentio nôn legitur.

Apographon recens currente calamo exaratum. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCXI. (Cod. 1744 (2) fol. 79—85' = Amîn 9).

قصيدة البُرْدة. Carmen mysticum iam saepius editum, quod in Prophetae laudem compositum est a Scharaf-ad-dîn Abu-ʿAbdallah Mohammed ibn-Saʿîd ad-Dulâsî *al-Buçîrî* († 694). Titulus etiam est: «الكَوَاكِب الدُّرِّيَّة، في مَدْح خَيْر البَرِيَّة». Hic Codex solummodo textum continet, cui praemissa est brevis introductio in qua notae fabulae de causa compositionis hujus carminis — cf. *Die Burda, ein Lobgedicht auf Mohammed* ed. C. A. Ralfs p. 20, 21 — narrantur.

Quo anno scriptum est hoc apographon non dicitur, attamen satis antiquum et optimae notae est, passim vocalium signis instructum.

DCCXII. (Cod. 1335 (9) fol. 135 v.—151 r.)

Ejusdem carminis aliud exemplar.

Volumen elegantissimum et perparvae formae, serio involucro tectum, qualia Moslimi collo appensa et usque ad medium pectus demissa circumgestare solent. Complura alia opuscula theologici fere argumenti continet, omnia anno 1216 exarata.

DCCXIII. (Cod. 138 (1) Gol. fol. 1—67).

Commentarius in carmen *al-Borda* dictum, compositus ab auctore cujus nomen commemoratum non est; tradere tamen possum quis sit. In praefatione enim haec verba occurrunt: واعتمدتُ في القصيدة المذكورة على رواية الشيخ الفقيه المحدث الراوى ابى عبد الله محمد بن الشيخ الفقيه الصالح ابى محمد جابر القيسىّ الواديآشىّ وحدّثنى بها سماعًا عن الشيخ الصوفىّ جمال الدين ابى عمر عثمان ابن محمد التوزرى قال سمعتُها عن ناطقها ابى عبد الله المذكور. Quum itaque carmen a Mohammed ibn-Djâbir, ex oppido Guadix oriundo, se accepisse tradat auctor, verosimile est, ipsum itidem Occidentalem fuisse. Accedit quod hoc volumine alia quoque continentur opera, ab Occidentalibus composita [1]). Sed omne dubium tollit locus, in praefatione Commentarii, ab Ibn-Marzuq compositi, obvius (Cod. 54 fol. 2 v.). Ibi enim haec leguntur: وحدثنى بها ايضا اجازةً الشيخ الفقيه الامام الاستاذ النحوى اللغوى الاعرف الحافظ المتفنّن الراوية الصالح العارف ابو العباس احمد بن محمد بن عبد الرحمن الازدىّ التونسىّ الشهير بالقصّار رحمه الله تعالى وله على القصيدة المذكورة تعليق ذكر فيه نبذا من اللغة والاعراب عن الشيخ الفقيه المحدّث الرحّال ابى عبد الله محمّد بن جابر القيسىّ الواديآشىّ

1) Inest v. g. huic volumini opus compositum a Granatensi Abu-'l-Qâsim Mohammed ibn-Ahmed ibn-Mohammed ibn-'Abdallah ibn-Djozai al-Kalbî († 741), patre Abu-'Abdallah Mohammedis ibn-Djozai, illius qui Ibn-Batutae Itinerarium redegit (cf. de Slane in *Journ. Asiat.*, IVe série, I, p. 241—246). Est florilegium ex Prophetae effatis, ab Ibn-Djozai in usum filii, qui Abu-Bakr Ahmed vocabatur, compositum. In praefatione titulus traditur; est: «الانوار السّنيّة في الالفاظ السّنيّة». Idem opus commemoratur ab Ibn-al-Khatîbo in vita Mohammedis ibn-Djozai (Cod. de Gayangos, fol. 279 v.; Cod. Paris. fol. 61 v.), sed ibi pro الالفاظ legitur الكلمات, quod eodem redit.

بحقّ سماعه لها عن الشيخ الصوفىّ جمال الدين ابى عبد الله محمّد ابن فخر الدين ابى عمرو عثمان بن محمّد التّوزرىّ بحقّ سماعه لها من ناظمها. Ex quibus verbis patet, primum, in Codice nostro 138 inter verba جمال الدين et ابى عمر (عمرو) excidisse haec: ابى عبد الله محمد بن فخر الدين; librarii enim oculi a primo الدين ad alterum الدين aberrasse videntur. Deinde certum nunc est, Commentarium qui Codice 138 continetur, compositum esse octavo Arabum saeculo ab Abu-'l-ʿAbbâs Ahmed ibn-Mohammed ibn-ʿAbd-ar-Rahmân al-Azdî Tunetano, vulgo *al-Qaççâr* dicto. Hunc Commentarium perpaucis verbis commemoravit H. Khal. (IV, 529).

Initium doxologiae est: الحمد لله الواجب وجوده، الواسع فضله «وجوده»; initium operis ipsius: وبعد فانى اذكر فى هذا الكتاب ما يسّر الله تعالى فى انشائه على القصيدة الخ.

Codex, 67 foliis quadruplicatis constans, charactere Africano exaratus est a duobus librariis, altero antiquo, altero qui anno 927 scripsit; quod explicari potest, si statuere licet, antiquitus folia quaedam excidisse, deinde a quodam suppleta.

Aliud exemplar: Brill (Houtsm.) 20.

DCCXIV. (Cod. 54 Gol.)

كتاب اظهار صدق المودّة. Est stupendus et horrendus Commentarius in carmen *al-Borda*, a Schams-ad-dîn Mohammed *ibn-Marzuq* at-Tilimsânî († 781) [1]) compositus, ad quem legendum, ne dicam ad componendum, Arabis profecto requiruntur diligentia et patientia: commentarium nempe 600 et quae excedunt paginarum formae maximae, presse scriptarum, ad carmen 170 tantum versibus constans; nihilominus auctor serio affirmat se brevitati studuisse. In praefatione narrat, se antea commentarium breviorem composuisse cui titulus الاستيعاب; sed non loquitur de alio commentario voluminoso cujus mentio exstat apud H. Khal. IV, 527

1) Cf. supra p. 146 ann. *a*.

et cujus exemplaria sub titulo: طيب الحبيب فى شرح قصيدة الحبيب descripserunt Ahlwardt, Ms. Berol. 561, 562, Palmer, Ms. Coll. S. Trinit. Cantabr. p. 57; cf. etiam Köprülü 1306. Commentarii autem de quo agimus ratio intelligitur ex his verbis, in praefatione obviis: وجعلتُ الكلام على ما اشرحه من ابياتها فى سبع تراجم اولها الغريب فى شرح لغات الالفاظ المفردة وما يتعلّق بها من التصريف ثم التفسير فى شرح المعنى المقصود من تراكيب الجمل ثم المعانى فى ذكر حُكم خواصّ الكلم المستعملة فى ذلك التركيب دون غيرها افرادا او تركيبا ثم البيان فى ذكر وجوه ذلك التركيب من وضوح دلالته على المعنى المراد وبيان الحقيقة منه والمجاز وما ينخرط فى ذلك من الفنّ ثم البديع فى ذكر وجوه ما فى ذلك التركيب من المحاسن اللفظية والمعنوية ثم الاعراب فاذكر منه الوجوه القوية الظاهرة دون غيرها وفى ترجمة معينة على فهم معانى الابيات ثم الاشارات الصوفية اذكر منها ما يمكن ان يكون اشارة ظاهرة الى المعنى المذكور وقصدت فى كلّ ترجمة الى اقلّ ما يمكن ايثارا للاختصار مستغنيا فى كثير منها عن ذكر ما وقع مثله فى نظيرها خشية السّآمة والتكرار.

Codex nitide exaratus est, anno 893, ab Ahmed ibn-Bahâ-ad-dîn as-Sakhâwî al-Mâlikî.

DCCXV. (Cod. 849 Warn. fol. 1—95).

Tres Commentarii ad *al-Bordam* Codice 849 continentur, de quibus antequam agamus, describamus verba, in primo folio ab eodem qui Codicem exaravit scripta, ex quibus apparet qua religiosa veneratione Moslimi *al-Bordam* prosequuntur. Sunt haec: من اراد ان يقرأ القصيدة فليجدّد وضوءه وليصلّ ركعتين وليقرأ هذه الآية بعد الصلوة بالبسملة لقد جاءكم رسول من انفسكم عزيز عليه ما عَنِتُّمْ حريص عليكم بالمؤمنين رؤف رحيم فان تولّوا فقل حسبى

الله لا اله الّا هو عليه توكّلتُ وهو ربُّ العرش العظيم (1 وليصلّ على النبىّ عليه الصلوة والسلام عشر مرّات ثمّ ليبدأ بالقصيدة المباركة كذا نُقل عن المشايخ الكبار.

Primus Commentarius titulo et nomine auctoris caret; quum vero incipiat a verbis الحمد لله الحجب عن درك العيون, certum est, collatis H. Khal. (IV, p. 526 vs. 1) et Casirii (Derenb.) Catalogo ad n. 314 (316), hunc esse Commentarium Mohjî-ad-dîni Mohammed ibn-Moçtafâ, vulgo *Schaikh-zâdeh* dicti (†.951). Alia exemplaria sunt in Bibl. Escur. (Derenb.) 316; Berol. (Landberg) 989.

DCCXVI. (Cod. 849 Warn. fol. 97—217).

Secundus Commentarius compositus est, ut in Praefatione legitur, a schaikho 'Alî ibn-Madjd-ad-dîn as-Schâhrudzî al-Bistâmî († 875). Incipit revera, ut dixit H. Khal. (IV, p. 525), a verbis: الحمد لله الذى جعل مقادير العلماء.

Alia exemplaria sunt in Bibl. Dresd. 219 (1); Brill (Houtsm.) 21.

DCCXVII. (Cod. 849 Warn. fol. 218—356).

Tertius denique Commentarius cum in titulo tum in praefatione inscriptus est: «نزهة الطالبين ، وتحفة الراغبين; auctorem, in praefatione commemoratum, habet Ahmed ibn-Mohammed ibn-abî-Bakr ibn-Mohammed as-Schîrâzî. Miro errore H. Khal. (IV, 530 sq.) ex uno hoc Commentario duos effecit. Etenim primum ait, Commentarium c. t. نزهة الطالبين وتحفة الراغبين, de quo jam antea (p. 527) locutus erat, incipere a verbis الحمد لله نحمده ونستعينه (a quibus verbis Commentarius de quo agimus revera incipit, praeterquam quod in nostro Codice male legitur نحمد pro نحمده); in Commentario de carminis metro sermonem esse (revera in nostro Codice, descripto primo carminis versu, de metro agitur: اعلم انّ اوّلا (sic) هذه القصيدة المباركة من البحر البسيط

1) Est locus Qorânicus, 9, duo ultimi versus.

وهذا البحر الخ; est duarum paginarum dissertatio); exemplar se vidisse addit, anno 865 exaratum, et nomen auctoris Commentarii esse Mas'ud ibn-Mahmud ibn-Jahjâ al-Hosainî. Deinde de alio Commentario loquitur bibliographus Turca; tum rursus de alio, cui itidem titulum tribuit نزهة الطالبين وتحفة الراغبين, et cujus idem initium, sed fusius, tradit; ait enim prima verba esse: الحمد لله نحمده ونستعينه ونؤمن به ونتوكّل عليه, quae verba eadem sunt atque prima quae in nostro Codice occurrunt. Addit, Commentarium ad singulos versus quinque paragraphis constare, quarum prima agit de مبادى, secunda de مقاصد, tertia de تراجم, quarta de تقطيعات (lege تعطيفات), quinta de اعرابات; auctorem Commentarii esse Fakhr-ad-dîn Ahmed ibn-Mohammed ibn-abî-Bakr ibn-Mohammed as-Schirâzî, eundem illum quem in nostro Codice tamquam commentatorem commemoratum vidimus; tradit praeterea, hunc commentatorem affirmare, se carmen tradere auctoritate praeceptorum, in quibus esset auctor *al-Qâmusi*, seque additis multis disquisitionibus carmen commentatum esse mense Scha'bân anni 809, postquam antea, nempe mense Moharram anni 787, commentarium scripsisset qui tantum in poëtae verbis et ideis explicandis versaretur [1]). Haec omnia etiam in Codice nostro leguntur. En ipsa praefationis verba: وبعد فيقول احقر العباد وافقرهم، واضعف الناس واحوجهم، المستعيذ بعفو الله العظيم، من العذاب الاليم، احمد بن محمّد بن ابى بكر بن محمّد الشيرازىّ — — رويتُ القصيدة — — عن الشيخ الامام — — ابى عبد الله محمّد ابن عبد الله بن محمّد بن عبد الله الحسينى الايجىّ — — وعن الشيخ الامام — — ابى طاهر محمّد بن يعقوب بن محمّد الفيروزابادىّ ثمّ الشيرازىّ [2]) فسح الله مدّته وادام على كافّة المسلمين بركته — — وشرحتُها ثانيا مع ابحاث كثيرة وايرادات واجوبة ونكات لطيفة واعرابات

1) Textum Arabicum hujus loci a Flügel intellectum non fuisse, patet ex versione Latina quam adjecit.

2) Est auctor *al-Qâmusi*.

غريبة ومناسبات دقيقة واحاديث نبويّة وكلمات صوفيّة فى شعبان المعظّم سنة ٨٠٩ بعد ان شرحتُها اوّلًا مقتصرا على حلّ الفاظها وشرح معانيها فى شهر المحرّم سنة ٧٩٧ وجعلتُه وسيلةً الى — — الرسول المصطفى — — مبنيّا على خمسة قواعد أبنية ومقاصد وتراجم وتعطيفات واعرابات مشيرًا الى الاوّل بالباء والى الثانى بالقاف والى الثالث بالراء والى والرابع بالطاء والى الخامس بالعين وسمّيتُه نزهة الطالبين وتحفة الراغبين.

Luce itaque clarior est error H. Khal., ex uno Commentario duos facientis. Quaestio tantum restat, undenam istum pseudo-commentatorem Mas'ud ibn-Mahmud, et quae reliqua sunt nomina, desumserit. Fortasse falsum hoc nomen scriptum erat in antiquo de quo loquitur bibliographus Turca exemplo; fortasse hic librarium pro auctore habuit.

Totus Codex ab uno librario exaratus est, anno 1068.

Aliud exemplar tertii Commentarii est in Bibl. Paris. (apud Flügel, *W. Jahrb.*, 91, *Anz.-Bl.* p. 5).

DCCXVIII. (Cod. 696 Warn.)

Commentarius in *al-Bordam*, quem Djalâl-ad-dîn al-Khodjandî discipulo cuidam suo dictavit. Codex titulo caret quidem, sed in praefatione occurrunt haec verba: وبعد فهذا مختصر فى شرح القصيدة المباركة الميمونة المسمّاة ببردة من بعض فوائد مولانا وسيّدنا الامام العالم العامل الفاضل افضل المتاخّرين بقيّة السلف الصالحين شيخ المنقطعين الى حرم الله تع وسيّد المجاورين فى حرم سيّدنا رسول الله جلال الدين الخجندىّ نفع الله المسلمين بطول حيوته واعاد علينا من بركاته جمّعتُه (sic) بطريق الايجاز والاختصار ليكون اقرب الى الضبط تيسيرًا للطالبين وتسهيلا للراغبين. Initium est, ut

quoque H. Khal. (IV, p. 529) tradit: الحمد لله الذى اكرمنا بدين الاسلام.

Subscriptio Codicis anni nota caret, sed in margine idem ut videtur librarius adscripsit anno 986 [1]) carmen al-Bordae cum Commentario grammatico et lexicologico. Quisnam hujus Commentarii auctor sit, non patet.

DCCXIX. (Cod. 1596).

Carmen *al-Borda*, cum Commentario al-Khodjandîi, descripto ex praecedente Codice; in margine additae sunt variae lectiones ex Ibn-Marzuqi Commentario excerptae.

Emtus ex Bibl. Palmiana (Catal. p. 191 n. 42).

DCCXX. (Cod. 1425 = Amîn 197).

كتاب مَشَارِقِ الأَنْوَارِ المُضِيَّة، فى شَرْحِ الكَوَاكِب الدُّرِّيَّة، فى مَدْح خَيْرِ البَرِيَّة», Commentarius in *al-Bordam* auctore Schihâb-ad-dîn Abu-'l-ʿAbbâs Ahmed *al-Qastalânî* Schafiʿita († 923).

Codicem nostrum anno 954 ex auctoris autographo descripsit Mohammed ibn-ʿAbd-ad-Dâïm ibn-Mohammed ibn-Solaimân al-Badhalî (البدهلى). Sunt 61 folia bene exarata.

Al. ex. hujus Commentarii: Berol. (Ahlw.) 567; Brill (Houtsm.) 22.

DCCXXI. (Cod. 509 · Warn.)

Amplus Commentarius Persicus in *al-Bordam*, cui titulus «حدائق الاسْلام، فى نَعْت النَّبِىّ عليه السلام», auctore Jusof ibn-Mohammed ibn-Schihâb al-Djâmî, vulgo *Jusof Ehl* (اهل) dicto.

---

1) Dormivit hic scribens ad calcem poëmatis: تمت (sic) هذا الكتاب فى يوم عرفة من (شهر رمضان expunctum seq. فى) شهر ربيع الآخر فى سنة ست وثمانين وتسعمائة.

Initium Arabice scriptae doxologiae est: احمد الله المحمود الذى خلق نور محمد صلّعم قبل الاشياء ثم خلق من نوره العرش والكرسى واللوح والقلم وارواح جميع الانبياء والاوليا«. Incipit igitur eodem modo ac Commentarius Arabicus at-Tâlischîi (H. Khal. IV, 529), quapropter suspicatus est Flügel, Cat. Vindob. ad num. 479 Commentatorem nostrum hoc Commentario usum esse, quod autem absurdum est, quum at-Tâlischî anno 956, noster jam anno 863 scripserit. Contrarium igitur, si qui nexus intercedit, quod me nescire fateor, statuendum est. Commentator in praefatione laudes celebrat principis Abu-Sa'îd (861—873) e familia Timuridarum, necnon viri summi Saijid Mazîd Bahâdor. Ipse oriundus erat ex urbe Herat, quae quum hunc librum scriberet gravissimis malis belli affligebatur [1]). Aliunde de eo nihil compertum habeo.

Hic Codex, charactere nestalîk egregie exaratus, quantivis est pretii: ab ipso enim auctore scriptus est. In titulo haec, alia manu minutisque literis scripta, leguntur: اعلم ان هذه النسخة الشريفة بخطّ مصنّفه بلا نزاع ولا ريب ولا يخفى لمن نظر فى اوله واخره حيث ابتدأ وختم, quae revera confirmantur cum titulo (ex quo certe patet, auctorem adhuc inter vivos fuisse quum hoc exemplar scriberetur, nam ejus nomini addita sunt verba: اصلح الله شانه وهداه), tum operis initio et fine, ab illo qui notulam illam scripsit laudatis ut opinionem quam fovebat probaret; verum imprimis operis subscriptione, qua ipse Jusof Ehl affirmat, se hunc Codicem anno 863 scripsisse, quam aetatem Codex manifesto arguit.

DCCXXII. (Cod. 784 Warn.)

Alterum exemplar ejusdem Commentarii Persici. Titulus hic itidem est: «حدائق الاسلام، فى نعت النبى عليه السلام», et in praefatione idem auctor atque in praecedente Codice nominatur, sed in inscriptione, illius qui Codicem exaravit manu scripta,

1) Cf. de historia hujus temporis: Journ. As. 1862 II, 304 et seqq.

non *auctor* nominatur, sed *possessor* Codicis (من متملّكات الفقير — — قاسم بن منيع الله). Redactio in hoc Codice passim differre videtur ab illa quae praecedente continetur.

Codex charactere nestalîk exaratus est anno 1004.

Takhmîs poëmatis, al-Borda dicti, exstat in Codice 366, de quo infra dicturi sumus.

DCCXXIII. (Cod. 824 (9) Warn. fol. 143—154).

القَصِيدَةُ الهَمْزِيّة، فِى المَدَائِحِ النَّبَوِيّة «, ab auctore carminis *al-Borda* composita, etiam أُمُّ القُرَى dicta et Qâhirae edita. Vid. H. Khal. IV, p. 557 seq.

Codex anni nota caret, neque ex eo de titulo et de auctore docemur.

DCCXXIV. (Cod. 2148 = Amîn 429).

Ejusdem carminis aliud exemplar instructum annotationibus marginalibus nescio cujus.

Codex anni nota caret, sed antiquus non est.

Al. exempl. Ind. Off. 823; Bodl. (Uri) 850 (3), 1226 (2), (Nic.) 337 (3); Paris. 1322 (7) et 182 ap. Flügel in *W. Jahrb.* 91 *A. Bl.* p. 9; Mus. Asiat. Petr. p. 3; Berol. (Ahlw.) 538—543, (Landberg) 996 (2); Havn. 49 (4); Brill (Houtsm.) 25 (1).

Tertium apographon sed non absolutum exstat in fine Codicis 2086, (fol. 62 et seqq.). Vid. supra p. 439 n. DCCVI.

DCCXXV. (Cod. 1988 = Amîn 265).

شَرْحُ الهَمْزِيّة sive Commentarius amplissimus in carmen modo descriptum cui titulus: « أَفْضَلُ القِرَى، لِعَزِيزِ أُمِّ القُرَى » vel المِنَحُ المَكِّيّة, auctore Ahmed ibn Ahmed *ibn-Hadjar* al-Haitzamî († 973). Cf. H. Khal. IV, 557.

Codex recens 320 foliis constans sine anni nota.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 1226 (1); Cantabrig. (Preston p. 27) 126; Ind. Off. 824, 826; Berol. (Ahlw.) 545, 546, 547, (Landberg) 498, 733; Escur. (Derenb.) 315; Soc. Asiat. Calc. p. 25; Tippu p. 79, 179; Constantin. (Köprülü) p. ١٩٠, n. 297; Brill (Houtsm.) 26. Fragmentum: Goth. 2 (96). De aliis Commentariis vide ibidem ad num. 2295.

DCCXXVI. (Cod. 2084 = Amîn 361).

Idem carmen *takhmîso* auctum ab incerto auctore diversum a duobus aliis amplificationibus ejusdem generis quas descripsit Ahlw. Ms. Berol. 549, 550. An idem sit ac Cod. Brill (Houtsm.) 661 (1) non memini. Initium:

انت بدر اميط عنه الغطاء
بظهور لا يعتريه خفاء

Apographon 55 folia continens et nitide exaratum praefatione et subscriptione caret.

DCCXXVII. (Cod. 2128 (1) fol. 1—7 = Amîn 409).

Carmen ethici argumenti in laudem Prophetae quod quamquam titulo et auctoris nomine sit destitutum, certo tamen adscribendum est eidem al-Buçîrî. Collatis enim primis verbis carminum quae continent e. g. Cod. Mus. Brit. 888 (4), Berol. (Ahlw.) 551, 552 patet carmen illud esse quod innotuit titulo: ذُخْرُ المَعَاد، عَلَى وَزْنِ بانَتْ سُعَاد« de quo cf. H. Khal. III, 327.

Praeter exemplaria jam laudata aliud apud Brill (Houtsm.) 661 (2). In margine exstat dissertatiuncula de tremore membrorum (الاختلاج) et alia de eclipsi lunae Abu-Ma'scharo tributa.

DCCXXVIII. (Cod. 1335 (10) fol. 151 v.—153 r.)

قصيدة أم هانى auctore anonymo, cujus initium est:

ما للمساكين مثلى مكثرى الزلل الا شفاعة خير الخلق والرسل

Est carmen similis argumenti atque *al-Borda*, cujus aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCXXIX. (Cod. 994 *a* (3) Warn. p. 47—179).

α. P. 47—54. Duo poëmata, composita a Scharaf-ad-dîn Mahmud ibn-Tai al-'Adjlunî ('Adjlun est castellum in Syria, cujus suburbium al-Bâ'utza (الباعوثة) vocatur; vide Abu-'l-fedâ, *Geogr.* p. ٢٤٤), vulgo *al-Hâfî* dicto, بالحافى المعروف.

Primum carmen compositum est in laudem judicis Kamâl-ad-dîn Abu-Hafç 'Omar ibn-Scharaf-ad-dîn Mohammed [1]). Homoeoteleuton est سالى, et versus numero sunt 57. Alterum compositum est quum, exeunte mense Rabî' I anni 700, al-Bâ'utza (suburbium illud) maximo imbri afflicta fuisset, quo rivuli super ripas effusi sunt, et murus dirutus est; aqua in magnum quoque templum penetravit, et Ahmed, frater Qâdhîi Kamâl-ad-dîn, a muro decidit aquisque submersus est. In hujus itaque infelicem obitum hoc carmen compositum est, quod incipit a versu:

بلغ الحاسد منّا ما تمنّا وغرابُ البين بالتفريق غنّا

Versus numero sunt 44.

β. P. 55—63. Tria carmina, composita a Jahjâ ibn-Khodhair [2]) ibn-Solaimân ibn-Badr as-Solamî al-Boçrâwî (qui anno 711 obiit, ut videbimus ad ζ) in laudem ejusdem Qâdhî Kamâl-ad-dîn 'Omar, qui tunc (sunt verba inscriptionis) *hâkim* erat in oppido Adzra'ât (اذرعات; pertinet ad provinciam Damascenam; v. Abu-'l-fedâ,

1) Sic plenum datur nomen in praefatione *β*.

2) Sic perspicue p. 127. Hic Cod. حصر, p. 113 خصر.

Geogr. p. ٢٥٢). Primum compositum est mense Rabîʿ II anni 708. Constat 31 versibus, quorum primus est:

وأَسْمَرٍ كالخَطّارِ قَدًّا اذا خَطَرْ فلا غَرْوَ ان اصبحت فى حبّه سَمَرْ

Secundum constat 23 versibus; initium est:

اذا قيل لى مَن امامُ الزمان ومن واحدُ العصر فيما يقال.

Tertium 25 constat versibus, quorum primus est:

جَميلُ بُثَينةَ فيكم فؤادى وليس شقّاى الّا من سُعادِ

Sequitur denique initium carminis, a poëta illo compositi in laudem qâdhîi illius, fratrisque ejus ʿAlâ-ad-dîn, qui khatîb erat in castello ʿAdjlun, et tertii viri cui nomen Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Dâwud ibn-as-Saijid; sed ex hoc carmine praeter duos primos versus nihil descriptum est.

γ. P. 64—65. Carmen, a Mohammed ibn-Solaimân, medio mense Dzu-'l-hiddja anni 715, ex tempore compositum in oppido Adzraʿât, بمجلس الحكم, in laudem ejusdem qâdhîi Kamâl-ad-dîn Abu-Hafç ʿOmar. 23 versus, quorum homoeoteleuton est ـادى.

δ. P. 66—67. Carmen in laudem ejusdem qâdhîi, ab Ibn-Tzâfir (ظافر) al-Mâredânî compositum. 27 versus, quorum homoeoteleuton est ـالُ.

ε. P. 68—70. Carmen, a Scharaf-ad-dîn Mahmud *al-Hâfî* al-ʿAdjlunî (vide supra sub *α*). compositum in laudem ejusdem (ut videtur) qâdhîi. 36 versus, quorum homoeoteleuton est ـالِ.

ζ. P. 73—112. Duae *korrâsae* quarum argumentum Codicis possessor quidam (in totius Codicis folio primo) satis bene indicavit verbis: اوصاف الغلمان. Pleraque enim horum carminum in pulchros pueros, nonnulla in pulchras puellas, in flores, in stellas caet., composita sunt. A quonam poëta profecta sint ex his 40 paginis non constat, ex quibus tantum apparet, omnia ab uno eodemque poëta esse composita; constat vero ex collata pagina

prima opusculi de quo agimus, cum totius Codicis pagina 130. Nam illa incipit his verbis: فى مليح اسمه موسى

يا سمى الكليم قلبى كليم للتناء والجسم منى سقيم

sequunturque 15 versus. Idem autem carmen exstat etiam p. 130 sq., in quo Codicis loco alia manu descripta sunt carmina composita a Madjd-ad-dîn Jahjâ ibn-Khodhair, de quo poëta († 711), qui Dîwânum ediderat aliquot voluminibus constantem, haec referuntur in Codicis pagina 127: قال لى مجد الدين يحيى بن خضير مولدى سنة خمس واربعين (i. e. 645) وتوفى رحمه الله وجه الصبح يوم الاثنين سابع رمضان المعظم سنة احدى عشرة وسبعمائة وكان مرضه عندنا باذرعات من مستهلّ رمضان سنة احدى عشرة فقصد ان يتمّ تمريضه عند اهله فمات ليلة وصوله الى بصرى الليلة المذكورة وكان حضر الى عندنا زائرًا وهو يومئذ اديب حوران وشاعرها وله اشعار جيدة وكان دوّنها فى مجلدات فمن شعره الخ. Hic igitur poëta (cf. ad β) oriundus erat ex Syriae oppido Boçra, haud procul ab Adzra'ât sito; quod postremum oppidum saepe visitabat, ut patet cum ex iis quae ad β dixi, tum ex nota, a viro qui Adzra'âti habitabat scripta, quam dedi.

η. P. 113—126. Ejusdem poëtae (cujus nomen in *korrâsae* initio additum est) carmina quaedam; tum alia, composita a Sa'd-ad-dîn ibn-al-Mobâriz al-'Adjlunî (anno 709), Kamâl-ad-dîn 'Omar ibn-Mohammed et 'Alâ-ad-dîn ibn-Ghânim.

θ. P. 127—132. Carmina Madjd-ad-dîni Jahjâ, quibus praemissa est nota illa quam supra sub ζ descripsi.

ι. P. 133—179. Haec reliqua Codicis pars oratione soluta conscripta est. Primo loco occurrit صدر صداق, mense Rabî' I anni 712 compositum ab 'Alâ-ad-dîn ibn-Ghânim (cf. supra ad η) in usum viri cujusdam, cujus لقب erat Bahâ-ad-dîn. Duae denique ultimae korrâsae الفضائل فاضليات inscriptae sunt, et exempla elegantioris prosae continent, qua in epistolis utendum est, inter ea quae desumpta sunt e literis nomine al-Malik an-Nâciri scriptis.

Patet igitur, fere totam illam Codicis 994*a* partem de qua diximus, poëmata continere a viris composita qui in Syriae tractu, oppida 'Adjlun, Adzra'ât et Boçra complectente, habitabant. Horum tamen virorum fama istius provinciae limitibus limitata fuisse videtur; nam ille qui hic Haurâni virorum elegantioris doctrinae facile princeps vocatur, ne commemoratur quidem ab historico Ibn-Habîb, qui tamen ipse Syrus erat, saeculo octavo florebat, et annum quo viri literati mortui sint sedulo notare solet. Nec tamen haec collectio, a viro quodam docto qui saeculo octavo ineunte Adzra'âti vivebat facta, suo caret pretio; discimus enim ex ea, quaenam literarum conditio in parvis oppidis fuerit, quum reliquae scriptiones fere omnes in celeberrimis urbibus compositae sint.

Omnia haec opuscula a diversis librariis currente calamo exarata ideoque lectu difficiliora sunt.

DCCXXX. (Cod. 1480).

Fragmentum Dîwâni, quod incipit a hemistichio يا راحتى فى الهوى وراحى, deinde 9 versus sequuntur cum hoc homoeoteleuto. Hoc excipit carmen incipiens يا ليلة الوصل هل تعُودى, deinde carmen مدامع مقلتى, aliud حبُّك قد هيَّمنى والشوقُ قد تيَّمنى, mox aliud باحت بسرّى مُقَلى ورقّ فيكم غَزِلى, باحت بسرّى, deinde تُرَى بعد هذا الهجر يُحظَى المتيَّم بوصلكم قبل الممات, post hoc زاد العوانلُ فى هواك عِتابى لكنّهم عتبوا بغير صواب, وبرّحم, deinceps sequuntur quatuordecim carmina sic incipientia:

أَلَا يا أُهيْلَ الحىّ قد مُتُّ فارحَمُوا   قتيلَ غرام مات وهو متيَّمْ
يا مَن به مُرّ اصطبارى قد حلا   طِيبُ الكَرَى عن مُقْلتى ترحَّلا
باحتْ بسرّى فى هواك دموعى   فمَتَى تَرِقُّ لذلّتى وخُضوعى
اذا كان خصْمِى حاكمى كيف أَصْنَعُ   لمَن اشتكى حالى لمن اتوجَّع

قد زاد فى لومى العذول   ولست أصغى لما يقول
رشا قد بدا كالبدر عند تمامه   ولكن ما للبدر مثل قوامه
بديع الحسن قد حاز الجمالا   واظهر فى تجنّيه الدلالا
عواذلى لا تطيلوا   فشرح حالى يطول
يا ساكنا فى مهجتى لا يبرح   اترى الزمان بطيب وصلك يسمح
سمحت بارسال الدموع محاجرى   لمّا تزايد فى التجنّى هاجرى
ترى الكسير بطيب الوصل ينجبر   يا من بهم فى الورى أسمو وأفتخر
على ابوابكم صبٌّ طريح   كسير القلب مكتئب جريح
زاد فى الهجر والجفا والتجنّى   قلت يا هاجرى بعزّك صلنى
ببابكم مغرم كئيب   متيّم هائم غريب

Post hunc sequitur rubro atramento scriptum وقال, sed nihil sequitur, parte paginae alba relicta. Quis horum carminum eroticorum auctor sit, ex hac Korrâsa effici nequit, nam praeter وقال cum aut sine formula صفا الله عنه, رضى الله عنه, aut رحمة الله عليه in inscriptionibus nihil invenimus. Bene exarata sunt.

Oriundus e museo Hagano quod nomen habuit *Kabinet van zeldzaamheden*.

DCCXXXI. (Cod. 861 (1) Warn. fol. 1—122).

Dîwân poëtae *Zain-ad-dîn* Abu-Hafç ʿOmar ibn-Motzaffar *ibn*-ʿOmar *al-Wardî*, qui anno 749 Halebi obiit [1]).

Primo loco opus poëmata continet, veluti carmen in laudem Prophetae cui intexta sunt hemistichia ex carmine ab Abu-'l-ʿAlâ in laudem Ibn-al-Façîçîi composito quod carmen ab editore Dîwâni in Codice praemissum est; carmen in obitum filiae suae; aliud in obitum Taqî-ad-dîni Ahmed ibn-Taimîja qui, in arce Damasci inclusus, obiit anno 728; aliud in synagogam Judaeorum Halebi, a qâdhîo Kamâl-ad-dîn az-Zamlakânî in academiam conversam, in qua traditiones de Propheta explicarentur; aliud in obitum schaikhi Mohannâ (مهنا) ibn-Ibrâhîm; aliud, quod composuit poëta

1) Ibn-Habîb in *Orient.* II, p. 390.

quum arx النقير dicta Armenis Francisque erepta erat; aliud, quod composuit quum Djamâl-ad-dîn ibn-Nobâta ei versus miserat, ab ʿAlâ-ad-dîn ibn-Fadhlallah كاتب السرّ الشريف بالديار المصرية compositos, petieratque a poëta nostro ut versus illos laudibus efferret; aliud, ad qâdhi-'l-qodhât Schams-ad-dîn Mohammed ibn-an-Naqîb missum, qui munere suo, quo Halebi fungebatur, depositus erat; aliud, ad Schihâb-ad-dîn ibn-al-Morahhal grammaticum missum, qui scriptoris nostri lectionibus in magna Ḥalebi mosquea adfuerat; aliud ad Ibn-Nobâtam; aenigma cujus argumentum est *ignis*, et sic porro. Tum sequuntur perbrevia carmina, pleraque *dûbait*, et *mowasschahât*. Deinde (fol. 76 v.) sequuntur opuscula prosa ornatiori conscripta, de quibus auctor in praefatione ait, se tertiam tantum partem illorum quae hoc in scribendi genere composuerat, daturum esse in hoc libro. Primo loco descriptae sunt *maqâmae*, nempe المقامة الصوفيّة, الانطاكيّة, المنبجيّة, المشهديّة (quae anno 725 composita est) et «المقامة المعروفة بصفو الرحيق، في وصف الحريق» de incendio Damasci anno 740. Omnes complura carmina continent. Tum sequuntur scriptiones: رسالة السيف والقلم; رسالة النبا، عن الوبا» (in qua occurrit (fol. 94 v.) carminis genus illud quod كان وكان vocatur; similia carmina reperiuntur fol. 103 v., 104 r. et aliis in locis; رسالة الى بعض بنى ريّان, *risâla* de terrae motu quae medio mense Schaʿbân anni 744 locum habuit; وله من تصنيفه الحاوى من اجازة بيهجّة; *idjâza* data Çalâh-ad-dîn aç-Çafadîo; وكتب على قطعة من شعر بدر الدين حسن بن حبيب بعد خطبة نكاح; ان كتب عليها الفاضل جمال الدين ابن نباتة, aliaeque permultae epistolae, *idjâzae* cet., quibus carmina sunt inserta. Folio denique 121 r. exstat librarii subscriptio, quae haec est: هذا آخر ما وجدته من ديوان الشيخ زين الدين عمر بن الوردى رحمه الله تعالى نجز تعليقه ضحى نهار الخميس المبارك فى اوسط جمادى الاولى من شهور سنة ٩٧٦. Attamen f. 121 v. legimus رفع للشيخ عمر بن الوردى سؤال صورته

ما قول اهل العلم فى الكلالة لا برحوا كالنجم فى الدلالة

Sequitur responsum Ibn-al-Wardîî (sunt 12 *dûbait*); tum sequitur صورة الاستجازة التى كتبها الصفدى له et pauca alia.

Hic dîwân non inutilis est ad historiam literariam prioris partis saeculi octavi illustrandam.

De Codice jam vidimus.

Alia exempl.: Berol. (Ahlw.) 592. (Varia carmina ibid. n. 593—610, 1009, 1024).

DCCXXXII. (Cod. 2048 = Amîn 325).

Fragmentum dîwâni Çafî-ad-dîni *al-Hillî* († 750 sec. Flügel in *Zeitschr. D. M. G.* VII, 369, Ann. 2) continens carmina quae dixit in laudem al-Malik al-Mançur Abu-'l-Fath Ghâzi al-Ortoqî, qui ab anno 699—712 in urbe Mâridîn regnavit, ideoque اَلْقَصَائِدُ الْأَرْتُقِيَّاتُ dicta vel alio titulo: دُرَرُ ٱلنُّحُورِ، فِى مَدَائِحِ ٱلْمَلِكِ ٱلْمَنْصُورِ". Codex male ligatus est, nam primum carmen legitur fol. 8 v.; fol. 1—7 sequi debent ad finem Codicis ubi explicit in medio carmine 25to, homoeoteleuton م habente; quatuor igitur carmina desunt. In fol. 7 r. finis alius carminis legitur cujus ultimi versus sunt:

ثم الصلوة على اعبلا الورى شرفا   محمد وامير المومنين على
ما اومض البرق فى الديجور مبتسما   وما سفحن دموع العارض الهطل

et cui subscriptum est librarium huic transcribendo finem fecisse anno 1075. Sequitur deinde fol. 8 v. ويتلوه القصائد المنظومة الموسومة بقلائد النحور الخ.

Edita sunt haec carmina Qâhirae 1283 et apographa in quavis fere bibliotheca asservantur v. g.: Berol. (Ahlw.) n. 613, 616, 617; Mus. Brit. n. 624 (1), 1079 (2), 1080 (2); Ms. Monac. (Aumer) n. 527 *d*, 530; Ms. Cantabr. (Trinity College), p. 65 in Cat. Palmer; von Rosen, *Ms. Arab.* n. 108 (2) etc.

DCCXXXIII. (Cod. 803 Warn.)

Dîwân poëtae Mohammed ibn-abi-'l-Wafâ de cujus aetate non

constat [1]); quin de nomine dissensio est scilicet utrum scribendum sit Wafâ, Ibn-Wafâ, an Ibn-al-Wafâ, nam quod in nostri Codicis primo folio exstat Ibn-abi-'l-Wafâ magna auctoritate gaudere nequit. Quum autem filius 'Alî (cf. Cod. Havn. infra laud.) anno 761 natus sit aetas patris cadit in medium saeculum octavum. Poëta ad Çufîorum sectam pertinebat, et omnia ejus carmina Çufici sunt argumenti. Initium hujus Codicis deperditum est; incipit nunc a versu:

لا تدعيه وفيك منه بقيةٌ   حتى تلوح عليك منه شواهدُ

Singulis carminibus saepe formula *bismillah* praemissa est. Sunt inter ea تخميس et recentioribus metris interdum utitur poëta.

Codex, haud male exaratus, foliis 142 quadruplicatis constat; anni nota caret, sed certe decimo Arabum saeculo recentior non est, gerit enim notam possessoris illius saeculi.

Alia exemplaria totius dîwâni, Mus. Brit. 1528; Bodl. (Uri) 1222 (1); Havn. 277; Berol. (Ahlw.) 925, 926; Monac. 517; Cid. Hammouda p. 16.

DCCXXXIV. (Cod. 2052 (1) = Amîn 329 fol. 1—157 r.)

Dîwân poëtae Djamâl-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ibn-Mohammed ibn-al-Hasan *ibn-Nobâta* al-Miçri († 768). Exstant hujus dîwâni variae recensiones, vide Pertsch ad Cod. Goth. 2304 (Cat. IV, 300); quam hic habemus eadem est quae describitur apud Ahlw. sub num. 632 (Cat. Berol.). In carminum dispositione nullus certus ordo observatur.

Apographon anno 1079 perspicue exaratum est. Alia exemplaria enumeravit Pertsch l.l. quibus addendum esset, si fides sit Cat. Oxoniensi, Cod. Bodl. n. 1213 (Uri p. 251).

DCCXXXV. (Cod. 1847 = Amîn 116).

Inscribitur: قصيدة العلامة تاج الدين السُّبْكىّ وشرحها. Auctor

1) Legimus quidem in Cat. Mus. Brit. ad num. 1528 eum obiisse anno 759, sed annotatio nos relegat ad p. 299 ejusdem Catalogi (n. 631, ann. *i*) ubi invenimus alium nostri anno 761 natum esse. Cf. Ahlw. Cat. Cod. Berol. p. 102 ad num. CXXV

igitur est *Ibn-as-Sobkî* († 771) et carmen hoc aenigmata continet ut jam statim e primo versu patet qui ita audit:

سل لى اخا العلم والتنقيب والسهر ما اسم هو الفعل حرفا غير معتبر

Aenigmata autem minime omnia pertinent ad disciplinas grammaticales.

Explicatio brevis est et tantum ad nonnullos versus pertinet. Sunt 6 folia manu Ibn-al-Lobudîi exarata.

DCCXXXVI. (Cod. 2050 = Amîn 327).

Florilegium ex dîwâno poëtae Borhân-ad-dîn Abu-Ishâq Ibrâhîm ibn-ʿAbdallah *al-Qîrâti* († 781) et quidem fere idem ut videtur, quod descripsit Ahlwardt in Cat. Berol. n. 642 sub titulo تحرير القيراطى, sed in nostro parvo Codice viginti tantum carmina occurrunt, quorum primum eodem modo exorditur ac in Cod. Berolin. In subscriptione legitur تم المختار من قصائد الشيخ برهان الدين القيراطى, sed annus et nomen scribae desunt. Sunt 12 folia.

Opera omnia hujus poëtae continentur Codice egregio: Brill (Houts.) 29; fragmentum in Cod. Berol. (Landberg) 859.

DCCXXXVII. (Cod. 1545 (8) fol. 124—130 Testa).

Duo carmina, metro *ar-radjaz* composita et praecepta ad vitam bene honesteque instituendam continentia quorum auctor est ʿAbd-ar-Rahmân ibn-ʿAbd-ar-Razzâq noto nomine *Ibn-Makânis* († 794. Cf. Ibn-Habîb in Orient. II, p. 479 seq.) Primum inscriptum est: وعمل ارجوزة وسماها عمدة الظرفا ، وقدوة الظرفا», et incipit a versibus:

هل من فتى ظريف
معاشر حريف
يسمع من مقالى
ما يبهر اللآلى

Collato Nicollii Catalogo (p. 327), patet idem carmen exstare in

Codice Bodl. (Nic.) 320, et perperam in illo Ibn-al-Habbârîjae tribui, cujus كتاب الصادح والباغم eodem illo Codice Oxoniensi continetur. Idem est initium in nostro Codice et in Cod. Oxon., praeterquam quod in hoc pro حريف legitur لطيف.

In singulis lineis quinque versus scripti sunt, et carmen duas paginas et dimidiam occupat.

Praeter exempl. Oxon. alia sunt: Berol. (Ahlw.) 645, 646; Monac. 898 (12); Goth. 2174 f. 28, 2310; poëtae dîwân est Berol. (Ahlw.) 643 etc.

Carmen secundum (f. 125 v.) inscriptum est: وعمل ارجوزة وسماها الطائم والاشفاق رحمه الله تعالى. Idem carmen continetur eodem Codice Oxon. (Nic.) 320, et recte Ibn-Makâniso tribuitur. Initium in Codice Oxon. idem est atque in nostro, in quo tamen pro نعول legitur اعول. Continet carmen praecepta moralia, quibus fabulae et historiolae insertae sunt, veluti fabula de bove et asino et historia wazîri et morionis (حلّال, quod *morionem* significare, patet ex tota narratione, in qua v. g. idem ille etiam مصحكة et مسخرة vocatur), cujus initium est:

الم تكن[1] تسمعْ في الامثال
حكاية الوزير والحلال

Est historia illa quae in multis narratur libris, veluti in Ibn-Badruni *Commentario* p. ٢٩ sq.

Hoc carmen 10 paginas occupat. In singulis lineis quinque versus scripti sunt.

Aliud exemplar praeter Oxoniense: Lips. (Refâij) 281, f. 1—23.

DCCXXXVIII. (Cod. 30 (3) Gol. fol. 95—117).

Anthologia poëtica (sine titulo) ab ʿAlî ibn-ʿAzîm (عزيم)[2] in Hispania collecta inter annum 793 et 798.

Ipse collector in praefatione nomen suum profitetur; quo tem

1) In Codice scriptum est يكن.

2) Pronuntiare quoque posses ʿOzaim. Nomen proprium عزيم nec in *al-Qâmuso* nec in ad-Dzahabîi *al-Moschtabih* commemoratum est.

pore scripserit, patet ex doxologia ubi haec leguntur: ونستوهب من الله العظيم صلة النصر والتاييد لمولانا السلطان ابى الحجاج بن مولانا السلطان الغنى بالله ابى عبد الله عصمة ديننا ودنيانا فهو الامام، الذى استبشر به الاسلام، وجدّد مآثر سلفه الملوك الكرام، الخ. Scripsit itaque regnante rege Granatensi Jusofo II, filio Mohammedis V.

Liber divisus est in quinque capita (ابواب): 1 (p. 190—199) فى التغزّل. ورقّة اختراعه فى المدح وضروب انواعه; 2 (p. 199—209) فى الوصف وطلاوة ابداعه; 3 (p. 209—224) فى الرثاء بشجية ايقاعه; 4 (p. 224—227) فى الحكم والزهد واتباعه; 5 (p. 227) فى. Continet brevia poëmatia singulosque versus poëtarum Ibn-al-Hâddj, at-Towaihin (الطويْحن), Abu-'l-Hasan ibn-al-Djaijâb, Abu-Dja'far ibn-Khâtima (ابن خاتمة) Almeriensis, al-Motanabbî, Ibn-Darrâdj al-Qastalî, Çâlih ibn-Scharîf, Ibn-al-Khatîb aliorumque cum Orientalium tum Occidentalium.

Nescio utrum hic liber (qui Codicis 30 pp. 189—234 implet) absolutus sit. Descriptis in p. 234 tribus versibus poëtae Abu-Ishâq ibn-'Abdîs (عبديس) (qui خاتمة الرجال بالاندلس vocatur), quorum *qâfia* est ءلـ, satis abrupte desinit sine subscriptione et dimidia fere pagina vacua relicta. Codex, charactere Africano exaratus, lacunis scatet.

DCCXXXIX. (Cod. 366 Warn.)

مِفْتَاحُ بَابِ ٱلْفَرَجِ. Dîwân poëtae Scharaf-ad-dîn Abu-Sa'îd Scha'bân ibn-Mohammed al-Qoraschî as-Schâfi'î al-Atzârî (الآثارى); qui in Jemana florebat, et anno 828 diem obiit.

Pleraque horum poëmatum in Prophetae laudem composita sunt, eo saepe consilio ut poëta exempla daret variarum figurarum rhetoricarum et metrorum generum. Liber introductionem (مقدّمة),

decem capita (اقسام) et conclusionem (خاتمة) continet; sed ita ordinata sunt haec, ut singulis duodecim capitibus (si nempe etiam introductionem et conclusionem *capita* vocare licet) doxologia et praefatio praemissae sint; quo factum est ut duodecim hoc Codice contineantur libelli, qui cum inter se separari possunt, tum in unum corpus colligi. — Titulus *Introductionis* est: „الخير الكثير، في الصلاة والسلم على البشير النذير"; prosa oratione conscripta, octo capita et 40 traditiones continet في الصلوة على النبى. — *Primum* caput inscriptum est: „نيل المراد، في تخميس بانت سعاد". Describam specimen hujus تخميس:

قل للعواذل مهما شئتموا قولوا
فليس لى بعد من اهواه معقول
ناديت يوم النوى والدمع مسبول
بانت سعاد فقلبى اليوم متبول
متيم اثرها لم يفد مكبول

ما كل من رام وصلا نحوها يصل
ولا الوشاة بابعادى لها وصلوا
دعنى فاهل الهوى فيها قد انتحلوا
وما سعاد غداة البين اذ رحلوا
الا اغن غضيض الطرف مكحول

كالبدر فى سحبه عتبا مخدرة
وان بدت فهى شمس الافق مسفرة
حسناء فاتكة للصب مقبرة

In praefatione, huic carmini praemissa, narrat auctor, se multos vidisse تخميس carminis *al-Borda* dicti, sed duos tantum carminis Ka'bi ibn-Zohair, alterum a Çadr-ad-dîn الكمانى (sic), alterum a

Nur-ad-dîn ʿAlî ibn-Farhun Medinensi compositum. Medinae quum esset anno 801, ipse تخميس composuit, cum in *al-Bordam* tum in بانت سعاد. Ex his corrigantur quae perperam dicta sunt ab H. Khal. (IV, p. 522). Idem تخميس continetur Cod. Lips. 298; sed perperam Fleischer (Catal. p. 535) dicit, hunc تخميس ab al Ketnânî (sic enim nomen legit quod in nostro Codice est الكنانى) compositum esse; quem errorem ex male intellecta praefatione fluxisse, sequentia Fleischeri verba luculenter ostendunt. — *Secundum* caput inscriptum est: "حَلُّ العُقْدَة، فى تَخْمِيس البُرْدَة". — *Tertium*: "العِقْدُ البَدِيع، فى مَدْح الشَّفِيع"; carmen 400 versuum in laudem Prophetae, varias figuras rhetoricas continens, cujus ut specimen afferam, initium describam:

براعة المطلع او براعة الاستهلال

حسن البراعة حمد الله فى الكلم   ومدح احمد خير العُرْب والعَجَم

الجناس التام مع الاسم

سامٍ على الجنس حامٍ تمّ فى شرف   من عهد سامٍ وحامٍ ثمّ فى القدم

Verba quibus lineam imponi curavi, minio scripta sunt in Codice. — *Quartum*: "الدُّرّ الغالى، فى مدح المقام العالى"; ejusdem generis carmen atque praecedens. Narrat poëta, se legisse celebratissimum poëma (cujus metrum البسيط et qâfia م est), ab ʿAbd-al-ʿAzîz aç-Çafî (i. e. Çafî-ad-dîn) al-Hillî compositum (vid. supra p. 458), et etiam illud, ab ʿIzz-ad-dîn al-Mauçilî compositum, cujus initium est:

براعة تستهل الدمع فى العلم   عبارة عن نداء المفرد العلم;

se autem hoc de quo agimus carmen in horum duorum imitationem composuisse jussu al-Malik an-Nâçir Ahmed ibn-Ismâʿîl ibn-al-ʿAbbâs ibn-ʿAlî (qui ab anno 803 usque ad annum 829 in Jaman regnavit; cf. Johannsen, *Hist. Jemanae*, p. 170 sqq.). Initium est:

براعة المطلع والتجنيس المركب المتماثل نفظا لا خطا

دع عنك سلعا وسل عن ساكن الحرم وخلّ سلمي وسل ما فيه من كرم

Quintum: "بَدِيع البَدِيع ، فى مَدْح الجَنَاب الرَّفيع"; ejusdem generis carmen. — *Sextum*: "دَوَاء الوَجِيع ، فى مدح جِيرَان البَقِيع" ejusdem generis carmen. — *Septimum*: "سِيلَةُ المَلْهُوف ، الى أَهْل المَعْرُوف". De hoc carmine (in quo figurae rhetoricae non occurrunt) ipse poëta refert haec: فهذه قصيدة ضارعتُ بها بانتْ سُعَاد ، فى مدح سيّد العباد " صلعم وهى قصيدة مباركة دعوت بها على كلّ شاخص يقال[1]) الفقيه ابو بكر بن المستانن المهتدى والده الى الاسلام الشريف وكان هو خطيب الجامع بثغر عدن المحروسة وكان يودّينى (يوذّينى .l) كثيرا بلسانه ، فحوّل الله فكّه من مكانه " وهو على المنبر قائما يخطب بالناس وقَصَصَه (sic) بذلك فى اقرب مدّة واسرعٌ زمان كرامةً لتعلّقى فى سيّد المرسلين ، وفى آله الطيّبين الطاهرين " ثم لما اتّصل ذلك بالمقام الشريف السلطانىّ الملكىّ الاشرفىّ اسمعيل بن العباس صاحب اليمن السعيد رحمة الله عليه عَزَلَه عن الخطابة وولّى الفقيه احمد بن خالد ثم لم يزل المذكور معثرا مخمولا الى ان مات ثم لما شاع ذلك من امرها استحسنها غالب الاصحاب وصاروا يدعون بها على الظالم فيعجّل الله تعالى لهم فيه بالفرج القريب كرامة للحبيب وآله — ولهذا سميتها وسيلة الملهوف ، الى اهل المعروف " وهى مائة مبيت على بحر البسيط والقافية من المتواتر على روى اللام المضمومة (Princeps Jamanae, al-Malik al-Aschraf Ismâʿîl, pater erat al-Malik an-Nâçiri, quem supra commemoratum vidimus; regnavit ab anno 778 usque ad annum 803). — *Octavum*: "الفَرَج القَرِيب ، فى مُعْجِزَات الحَبِيب"; carmen in imitationem *al-Bordae* compo-

1) Locus corruptus mihi videtur. Forte legendum على شاخص يقال له.

situm. — *Nonum*: «نُزْهَةُ الكِرَامِ، فى مَدْحِ طَيْبَةَ والبَيْتِ الحَرَامِ»; carmen 90 versuum. — *Decimum*: «شِفَاءُ السِّقَامِ، فى نَوَادِرِ الصَّلوةِ والسَّلامِ»; prosa oratione conscriptum est hoc caput, de quo ipse scriptor ait: فهذه نوادر الصلوة والسلام، على خير الانام» وهى اربعون نادرة منها خمسة وثلثون فى الصلوة ومنها خمسة فى السلام. — *Conclusionis* denique titulus est: «مِسْكُ الخِتَامِ، فى أَشْعَارِ الصَّلوةِ والسلامِ», scriptorisque consilium ex hisce ejus verbis apparet: فهذه ابيات على البحور الستّة عشر، تتضمّن الصلوة والسلام على خير البشر» ووربّت لاسم كلّ بحر منها بكلمة فى بيته المشار اليه.

Exemplum sit primum poëmation: قلت على بحر الطويل

اذا شئتَ أَنْ تَحْيَى حَيَاةً طَوِيلَةً ❊ وتَغْنَمَ فى الدُّنْيا أمانًا وفى الاخرى

فَصَلِّ على خيرِ الانام محمّد ❊ يصلّ عليك اللهُ عن مَرّةٍ عَشْرا ✿

Codex, 99 foliis constans, exaratus est quum fortasse Dîwâni auctor adhuc inter vivos erat, anno scilicet 826. Videtur unicus.

DCCXL. (Cod. 1248 Schult.)

Dîwân recentioris poëtae, cui nomen ʿAbd-ar-Rahmân al-ʿAlawî. Probabiliter intelligitur ʿAbd-ar-Rahmân ibn-Mohammed ibn-Jusof al-ʿAlawî al-Jamanî Wadjîh-ad-dîn qui vixit ineunte saeculo nono. Carmen autem quod describitur ab Ahlw. n. 650, 651 in nostro Dîwâno quantum scio non legitur. Incipit sine praefatione a versu:

اسعدت بالوصل اوقات السعودى ❊ وجلت زين الجفا بالصفا

continetque multa carmina pleraque erotica, in quibus poëta metris recentioribus utitur.

Est modicum volumen, ineleganter exaratum anno 1099. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCXLI. (Cod. 881 (2) Warn. fol. 46 v.—100).

Poëmata diversorum poëtarum, a discipulo quodam Taqî-ad-dîni ibn-Hiddja († 837) collecta sine ulla praefatione nec subscriptione. Eodem Codice continentur atque al-Hâdjirîi Dîwân et ab eodem librario (anno itaque 1015) scripta sunt. Poëtarum, quorum carmina referuntur, nomina haec sunt:

ابو نواس. — برهان الدين القيراطى. — سيف الدين بن غزل. —
ابن قلاقس. — شمس الدين ابن اللبان. — جمال الدين ابن
نباتة. — شيخ الشيوخ عبد العزيز الحموى. - شهاب الدين
التلعفرى. — ابو الحسين الجزار. — ابن الزين لبيكه. — عفيف
الدين التلمسانى. — بدر الدين ابن حبيب. — عيسى بن مجاج
العالية. — كمال اندين ابن النبيه. — شمس الدين محمد
النواجى. — ظافر الحداد. — ابو الحسن الخزام. — الشهابى احمد بن
الحجازى. — ابن التعاويذى. — جمال الدين ابن خطيب داريّا. —
الامير حسام الدين الحاجرى. — شمس الدين ابن العفيف التلمسانى. —
سراج الدين الوراق. — بهاء الدين زهير. — نور الدين ابن صاحب
تكريت. — عرقلة الدمشقى. — تقى الدين بن حجة الحموى. —
مهذب الدين القيسرانى. — الصاحب جمال الدين ابن مطروح. —
القاضى مجد الدين فضل الله بن مكانس. — الفخرى ابن مكانس. —
الحريرى. — ابو الوليد احمد بن زيدون (carmen:

اضحى التناءى بديلا من تدانينا   وطال من (sic) طيب لقيانا تجافينا

quod edidit Weijers, *Loci Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno*, p. 44—48). — صفى الدين الحلى. — سعد الدين بن العربى. —
ابن عزلة. — الشرفى يحيى بن العطّار. — صدر الدين بن الوكيل. —
Epistola prosa ornatiore, intermixtis versibus, scripta, cum titulo

بعث الاديب الكامل العالم الفاضل يستدعى الاديب فخر الدين ابن مكانس. — ابن النصير — ابن. — مفاخرة بين السيف والقلم. E comparatione initii cum initio Cod. Havn. 231 (10) patet auctorem ejus esse Ibn-Nobâta († 768). — ومما انتقاه شيخنا العلامة تقى الدين ابن حجة الحموى من كتاب الصادح والباغم وسمى تغريد الصادح — لذة السمع، في المدام والشمع», auctore, ut comparato initio Codicis Petrop. Inst. Orient. (Rosen) 108 (3) patet, ʿAlâ-ad-dîn ʿAlî (ibn-Mohammed) ibn-al-Moscharraf al-Mâridînî, qui quoque disputationem narcissum inter et rosam descripsit (v. supra p. 235). Quum hic circa annum 836 scripserit (v. Catal. Codd. Mus. Britt. p. 296 ad n. 626) diversus esse debet ab illo emîro quem Ibn-Habîb anno 772 obiisse affirmat. — الامينى محمد الانصارى كاتب سر الشام بعث بها الى المقر فخر الدين ابن مكانس. — Responsum τοῦ القاضى مجد الدين ابن الممدوح.

DCCXLII. (Cod. 2128 (2) = Amîn 409 fol. 7 r.—16).

Carmen auctore Ismâʿîl (*ibn*) *al-Moqrî* († 837), *takhmîso* auctum a quodam [1]) احمد الجبرتى ut in margine annotatum est. Ipsum illud carmen jam descripsit Ahlwardt, Cod. Berol. 693, 694, sed hujus *takhmîs* aliud exemplar mihi non innotuit.

f. 11 v. Breve carmen auctore Hosain ibn-aç-Çiddîq al-Ahdal domino urbis Aden.

f. 12 r. Duo carmina quae dixit ʿAbd-al-Latîf al-Qaçîʿî. Vide infra p. 475.

f. 13. Varia excerpta nullius valoris.

Codex saeculo undecimo ut videtur exaratus est.

DCCXLIII. (Cod. 2043 = Amîn 319).

Dîwân theologi et historici Schihâb-ad-dîn Ahmed *ibn-Hadjar*

1) Cod. ا. p.

al-ʻAsqalânî († 852). De hujus Dîwâni ordine et divisione auctor in praefatione ita monet: وبعد فقد سئلت غير مرة ان اجرد من منظومى طرفا مهذبا ' وان افرد منه مقاطيعى التى تلهى عن المواصيل ما يكون منها مرقصا ومطربا « فكتبت فى هذه الاوراق سبعة انواع من كل نوع سبعة اشياء الا الاخير فافتتحت بالنبويات ثم الملوكيات ثم الاخوانيات ثم الغزليات ثم الاعراض المختلفة ثم الموشحات * ثم المقاطيع[1] الخ. E quibus verbis patet, collato H. Khal. III, 245 ad n. 5175, hoc Codice contineri epitomen duplice titulo instructam مَنْظُومُ الدُّرر scilicet et السَّبْعَةُ السَّيَّارَةُ النَّيِّرات (cf. H. Khal. III, 578 n. 7024). Neuter in nostro Codice occurrit, sed prior legitur in duobus aliis exemplaribus, nempe: Escur. (Derenbourg) 345 (2) et Berol. 706, apud Ahlwardt. Magnus denique Dîwânus invenitur in Cod. Escur. n. 443.

Exemplar nostrum minime integrum est nam 4 ultima capita desunt; caput tertium in libro ipso non inscribitur الاخوانيات, sed الصاحبيات. Apographon recens et vitiis minime immune.

DCCXLIV. (Cod. 1836 = Amîn 105).

Inscribitur: جزء فيه قصيدة الامام جمال الدين خطيب زَمَلْكَا رواية ابى نصر محمد بن عربْشاه الهمدانى عنه. Est igitur carmen breve 12 versuum compositum a Djamâl-ad-dîn Abu-'l-Makârim ʻAbd-al-Wâhid ibn-ʻAbd-al-Karîm ..... ibn-*Khatîb Zamaloka* al-Ançârî. Zamalokâ est nomen pagi in Ghuta Damasci. Cf. Jâqut II, ٩۴٥.

Tria folia ab Ibn-al-Lobudî anno 865 scripta. Incipit:

اطرفك امْ هارُوتُ يَعْقِدُ لى سحرا اريقك ام حاولتَ تعصرِ لى خمْرا

DCCXLV. (Cod. 2122 = Amîn 403).

Titulus in fronte Codicis est: كتاب الياقوت المعظّم المفوّف بعَقْد

1) Haec ultima verba in Cod. signo delendi notata sunt, an jure nescio.

عِقْيان الحِكَم، وسَمْط لآلِى آداب الحُرُوب ومحاسن الشِيَم» مما عنى بجمعه الفقير الى الله عبد الله بن امير المومنين المتوكّل على الله المطهر بن سليمان بن رسول الله الخ. Ex praefatione deinde patet Principem Fidelium (Zaiditarum Jamanensium scilicet) al-Motawakkil composuisse carmen sub titulo: عقد عقيان للحكم واداب للحروب ومحاسن الشيم 172 versibus constans, quod auctor nostri Codicis amplo commentario grammatico, rhetorico et historico instruxit. Cavendum autem est ne putemus commentatorem esse filium auctoris *sensu proprio*, ut inscriptio Codicis docere videtur, nam fol. 30 v. ille avum suum (جدنا) nuncupat *Imâmum* an-Nâçir Mohammed ibn-ʿAlî, hujusque filios memorat e. g. imâmum al-Mançur († 1029), minime autem inter eos Motahharum, al-Motawakkil cognominatum. Insuper secundum inscriptionem avus nomen Solaimân habuisset, videmus autem eum revera nomine Mohammed gavisum fuisse. Accedit quod, teste subscriptione, Codex noster exaratus sit anno 1082 jussu filii nepotis hujus al-Mançuri, nempe al-Hosain ibn-Ahmed ibn al-Hasan, filii Principis Fidelium (i. e. al-Qâsim al-Mançur). Auctor poëmatis ipsius autem, ni fallor, ad saeculum nonum referendus est nam hoc tantum tempore vixit quidam al-Motahhar ibn-Mohammed ibn-Solaimân al-Motawakkil cognominatus, qui cum an-Nâçir ibn-Mohammed († 868) de principatu disceptavit. Nonnulla de eo annotantur in Codd. nostris 1970 et 1972, de quibus vide inter historicos. Haec omnia egregie confirmantur Codice Berolinensi, quem Glaser ex Jemana attulit (n. 38 in catalogo Ahlwardt ubi titulum habet شرح قصيدة بديعية فى المواعظ, ut quoque Schaikh Amîn in primo folio nostrum librum appellavit شرح بديعية) et quem Ahlwardt circa anno 900 exaratum esse censet. Est quidem hic Codex acephalus et titulo destitutus, sed versus quem laudat Ahlwardt legitur in nostro Codice f. 18 v. infra, ita ut constet idem carmen ambobus Codicibus contineri. Si vero Commentarius in Cod. Berol. additus idem est ac noster, ut nullus dubito, Catalogi auctor erravit ubi Codicem ad saeculum nonum retulit.

Ipso carmine fortasse facile caremus, sed Commentarius utilis-

simus est et permulta continet ad vitae rationem, mores, historiam et traditiones Arabum melius cognoscendos, ut recte jam observavit Landberg cujus Catalogus conferatur. Singulae partes separato titulo instructae sunt v. g. f. 2 r. ‹كتاب روض القلوب ‹ كتاب الشموس في صفات الخلل من الخيل f. 21 r. ;في معرفة الحروب« ‹ كتاب السلوان في صفات f. 122 r. ;كتاب العدد f. 79 r. ;والشموس« ‹ كتاب الفحفاح في معرفة السلاح« f. 125 v. ;الفرسان«. Plures titulos non deprehendi, sed de multis aliis rebus (in fine de theologicis) in Carmine et Commentario agitur. Primus versus est:

بالحَرْبِ قد عزّ حِزْبُ الحَقّ من قِدَمِ   فالحَقُّ بالحَرْبِ أَضْحَى ثابتَ القَدَمِ

Sunt 193 folia distincte quidem sed non sine vitiis exarata a Çalâh ibn-ʿAlî al-Kabsî anno 1082 ut jam supra annotavi.

DCCXLVI. (Cod. 2055 = Amîn 332).

Hic Codex continet duas collectiones carminum, quarum prima cujus titulus charta agglutinata tecta est in subscriptione simpliciter appellatur *dîwân*, altera hac inscriptione munita est: كتاب نسمات الحمينات السكر ونفحات الزواهر. Ambae auctorem habent Mohjî-ad-dîn Abu-ʿAbdallah Mohammed ibn-ʿAlî ibn-Ahmed ibn-Ibrâhîm ibn-Mohammed as-Sudî qui dicitur *al-Hâdî* († 932). Altera collectio memoratur ab H. Khal. VI, 341 n. 13775 (ubi نسيمات السكر ونفحات الزهر appellatur), prior fortasse latet sub titulo: بلبل الافراح وراحة الارواح apud eundem II, 62 n. 1899. Quum de vita poëtae quantum scio nullibi quid memoretur, describam ex Cod. 1742 (cf. infra inter historicos) vitam ejus [1]) in qua etiam occurrunt nonnulla specimina carminum ejus: سنة ٩٣٢ فيها توفي الشيخ الكبير والعلم الشهير قطب العارفين وسلطان العاشقين ابى (sic utroque loco pro ابو) عبد الله محمد بن على بن محمد بن ابراهيم بن محمد السودى الشهير بالهادى اليمنى بتعز وقبره مشهور

1) Bis in eo est, exceptis quibusdam poëseos speciminibus.

بها يزار وعليه قبّة عظيمة احد الاولياء الكبار والمشايخ المشهورين في الاقطار درس وافتى ثم طرا عليه الجذب وله ديوان مشهور وشعره رائق جدّا على طريقة اهل التصوّف انشده بعد الجذب وحكى انه ما كان يقوله الّا في حال الوارد كابن الفارض فكان يكتب بالفحم فوق الحيطان فاذا افاق محى ما كتبه وكان فقراءه لمّا علموا منه ذلك صاروا يبادرون بكتبه وكان مولعا بشرب القهوة ليلا ونهارا وكان يطبخها بيده وكان قدْرها لا يزال بين يديه وقد يجعل رجله في النار تحتها مكان الحطب وكان كلّ ما يأتى اليه (ياتيه) من المأكولات او غيرها اوقد به تحتها كائنا ما كان من ثوب نفيس او عود وقيل ان السلطان عامر بن عبد الوهّاب بعث اليه بخلعة نفيسة فالقاها تحتها فاحترقت فبلغ ذلك السلطان فغضب وارسل يطلبها منه فادخل يده في النار واخرجها كما كانت ودفعها اليهم واشار الى ذلك الشيخ عبد المعطى ابن حسن با كَثِير فقال

قهوة البنّ جل مقصودى فى الخفا والعلن
هام فيها امامنا السودى قُطب اهل اليمن
وطبخها بالندّ والعُودى وبغالى الثمن

وحكى انه كان يقرأ فى الفقه على بعض العلماء فلمّا وصل الى والعَبْدُ لا يملك شيئا مع سيّده كرّر ذلك واعتراه عند ذلك الجذب وكان عارفا بالنحو والبديع والمعانى وغير ذلك وكان له (عنده) اطلاع على الاخبار السالفة والامثال السائرة وكان على نظمه قبول عجيب وتأثير غريب فانه السهل الممتنع ومنه[1]

يا سادة ما عنهم مَذْهَبُ فى حبّكم لى مَذهَب مُذهَبُ
قد رام منى عاذلى تركه لكنه فى ما نوى اشعب

1) *Dîwân* f. 16 v.

من اين تسلو عنكم مهجتى وفيكم الامثال بى تضرب
يا ساكنى وادى عذيب الهوى تعذيبكم كالشهد يستعذب
بدّدتم شملى فيا هل ترى بعد الجفا يصفو لى المشرب
استودع الله الزمان الذى ما فارقت رَبعى به زينب [1]
ناشدتك الله يا نسيم [2] الصبا من اين هذا النَفَس الطيّب
هل انت من ليلى بشير الرضا ام انت عن اسرارها تُعرِب
ام جُزت فى روض [3] به قد مشت ام ثغرها قبّلك الاشنب
فهات اطْربْنى باخبارها فعهدك اليوم بها اقرب [4]
يا اهل نجد هذه قصّتى لكن اليكم منكم المَهرَب

ومنه [5]

معاذ الله ان اسلوا عُريبًا [6] هَوَاهم فى الحَشا أَرسَى خِيامَه
تَملّتْ بهم وما خامرتُ خمرًا ولا دانيتُ اذنانَ المُدامه
رَعَى الله الأُبَيْرِقَ والمُصَلّى وبانَ الحَىّ ما سجعت حَمَامه
فتلك مواطن الصبّ المُعَنّى بها الارواحُ صارت مستهامِه
على عُربِ بها منى سَلام يكون المِسك من قبلى خِتامه

ومنه [7]

ليس عند الخَلق من خبر عنك يا اغلُوطَةَ الفكر
تاهَتِ الالبابُ فيك وما ميّزتَ وِرْدًا من الصَدر
حَيرةً عمّت فاىّ فتًى رام عِرفانا ولم يَحِرِ

ومنها

كيف حاروا فيك واعجبا يا منى سمعى ويا بصرى .

1) Cod. زبيب. Deëst hic versus in *Díw.* 2) *Díw.* وانسيم.
3) *Díw.* ارض. 4) *Díw.* ins.
عجبت دهرا من رجال صبوا فاليوم منى عجبى يعجب
5) *Díw.* f. 4 r. 6) Voc. in Cod. (Dimin. للتعظيم). 7) Ibid. f. 16 r.

انت لا تخفى على احد غير اعشى الفكر والنظر
او على شخص به كمه لم يشاهد صورة القمر
بالظهور الصرف محتجب انت هذا صح فى الاثر
انت فيهم ظاهر وبهم ولهم لولا بقا الاثر
لو تلاشت عنهم ظلم وانمحوا عن عالم الصُوَر
شاهدوا معناك منبسطا ساريا فى سائر الفطر
ودروا [1] ان الحجاب هم عن شهود المنظر النضر [2]
وقضى يعقوب حاجته وانتهى زيدٌ [3] الى الوطر

ومنه [4]

ليس الّا بكم يتمّ السرور يا عُريبا هم بقلبى حضور
انتم الاغنياء حسنا ولكن انا صبّ الى الوصال فقير
كلما هبت الصبا كدت شوقا نحوكم يا أُهيل نجد اطير
فأسمحوا لى ولو بطَيْف خيال انّ نفعَ القليل منكم كثير
واقبلونى بفضلكم يا موالى لا بجهدى فذاك شئ حقير

ومنه [5]

بالله كرّ رايها المطرب تذكار قوم ذكرهم يعجب
ما زمزم الحادى بذكرهم فى الشرق الّا رقص المغرب

والسودى نسبة الى قرية تسمى سودة شضب وهى على ثلاثة مراحل من صنعاء. — Haec specimina sufficiant. Altera collectio poëmata variorum generum recentiorum continet, imprimis illius quod Jamanenses et Hidjâzenses الحمينى appellant [6]), cujus autem descriptionem peritioribus relinquo. Exemplum vide apud Landberg p. 100. In lexicis

1) Ex *Díw*; Cod. وردوا. 2) *Díw.* النظر. 3) *Díw.* زبد.
4) *Díw.* f 19 r. 5) Ibid. f. 20 r.
6) Amîn al-Madanî in ephemeride c. t. *Borhân* 1883 n. 117 haec genera enumeravit: الشعر الملحون المسمى فى مصر بحمل زجل وكذلك الشعر الاحمر عند اهل الصعيد والموالى والشعر العامى المعروف فى اليمن والحجاز بالحمينى وموالى العراق.

frustra quaeritur hoc vocabulum et de origine nihil mihi constat. In Codice Escurialensi n. 374 (1) apud Derenbourg occurrit titulus ديوان القصائد الحمينيات[1] والمكسرات.

Codex lectus vestigia non pauca habet et teste subscriptione partis prioris anno 1009 scriptus est. — Aliud exemplar asservatur Berolini n. 909 apud Ahlwardt (p. 158), qui autem male nomen auctoris عبد الهادى scripsit. Carmen quod in illo Codice primum est in nostro secundum locum tenet. Cf. porro Berol. (Landb.) 706 (4).

DCCXLVII. (Cod. 1523 (6) Testa fol. 133—136).

Carmen schaikhi ʿAlawân ʿAlî ibn-ʿAtîja ibn-Hasan al-Hamawî († 936) c. t. «الجَوْهَرُ[2] المَحْبُوكُ، بالتَّحَلِّي المَسْبُوكِ، في طَرِيقِ السُّلُوكِ» quo morum corruptelam, quae saeculo quo vivebat (i. e. Arabum decimo) obtinebat, perstringit. Metrum est *al-basîṭ*; homoeoteleuton est م, quapropter carmen in titulo ميمية vocatur. Initium est:

قال الفقير الى مولاه ذى الكرم عَلْوان ذو الذنب والعصيان والجرم

Sunt 7 pp. satis bene exaratae, sed finis desideratur.

Alia exempl.: Berol. (Ahlw.) 746, 747, (Landberg) 1012, (Sprenger) 894; Monac. 365 f. 78; Goth. (Pertsch) 709, 710.

DCCXLVIII. (Cod. 2054 = Amîn 331).

«النّور الباهر، السائق الشائق، الى الشّراب الفائق الرائق» sive «والنّور الزاهر», carmina poëtae ʿAbd-al-Latîf Sirâdj-ad-dîn *ibn-ʿAlî al-Qaçîʿi*, post mortem a filio Mohammed collecta. H. Khal. hujus dîwâni mentionem non fecit. Poëtam fuisse Jamanensem et Çuficum nemo non videbit Codice inspecto, sed difficilius est aetatem

1) Ita esse legendum docet annotatio auctoris Catalogi qui in textum recepit الخميسيات.

2) Apud H. Khal. II, 648 legitur. جواهر.

ejus definire. Quum autem inter alia legimus carmen in honorem Djamâl-ad-dîn Mohammed ibn-abi-'l-Hasan al-Bahrî al-Miçrî, quod auctor dixit, quum peregrinationem Meccanam absolveret, collato Qotb-ad-dîn, *Chron. Mecc.* III, ٥٨, scimus illum pertinuisse ad medium saeculum decimum. Carmina vel in laudem alicujus dicta sunt vel theologici sunt argumenti. Initium faciunt encomia prophetae, in medio libro occurrit poëma in laudem ʿAbd-al-Qâdir al-Djilânî cui titulus: النَّظْمُ الأَبْهَجُ الفاخر، فى مَدْحِ سَيِّدِى الشيخ عبد القادر». Plura quoque carmina celebrant laudes nonnullorum librorum v. g. مُلْحَة الاعراب auctore al-Harîrî, الفيّة Ibn-Mâliki, الشفاء Qâdhîi ʿIyâdh, تيسير الوصول auctore ad-Daibaʿ (الديبع), Commentarii al-Baidhâwîi, quibus libris imprimis utebantur Çufici Jamanenses. Cf. Wüstenfeld, *Die Çufiten in Süd-Arabien im XI Jahrhundert*, p. 8.

Finem Codicis faciunt nonnulla carmina in laudem poëtae ipsius auctoribus Djamâl-ad-dîn Mohammed ibn-ʿAbdallah al-Makkî, Wadjîh-ad-dîn ʿAbd-ar-Rahmân ibn-Mohammed az-Zohrî aliisque. Unum vel duo folia in fine perierunt.

Est autographon ut testatur subscriptio dîwâni برسم كاتبه لنفسه الفقير الى الله محمد بن عبد اللطيف القصيعى.

DCCXLIX. (Cod. 1445 Testa).

Ibn-Aflahi (ابن افلح) Dîwânum hoc Codice contineri censuerunt Weijers [1]) et Meursinge. Hoc si admittimus, contineret Codex librum rarissimum, cujus alterum exemplum in Europa, quantum scio, non adesset; collectionem scilicet poëmatum antiqui poëtae Baghdâdensis qui anno 535 obiit cujusque vitam scripsit Ibn-Khallikân (I, p. ٥٠٢ ed. de Slane). Sed multa obstant argumenta quominus hanc opinionem amplectar, et liber (quem consideratione dignissimum esse videbimus) non poëtae adscribendus mihi videtur qui saeculo sexto ineunte floruit, sed longe recentiori qui quatuor

1) In annotatione manu scripta ad H. Khal.

saeculis post scripsit. Etenim ex quatuor carminibus, quae ex Ibn-Aflahi Dîwâno laudat Ibn-Khallikân, nullum in nostro Codice invenitur. Poëtas praeterea, qui Ibn-Aflaho longe recentiores sunt, se imitari subinde testatur poëta imprimis Mohammed as-Sudî *al-Hâdî* († 932). Cf. supra n. DCCXLVI. Occurrunt denique in libro nostro versus quidam chronographici, in quibus omnibus finis saeculi decimi indicatur. Occurrit v. g. carmen, in quo mentio fit templi, a wazîro Hasano conditi; ultimus carminis versus est (fol. 63 v.):

وتنافس الفضلاء فى تاريخه   قالوا محلُّ الفيض قلتُ أَفِضْ حسن

٩٩٩ ٩٩٩

Bis hic indicatur annus 999, ut recte in ipso Codice annotatum est. De eodem templo in alio carmine poëta loquitur ibique etiam dicit, anno محل الفيض (999) aedificatum esse (fol. 65 v.). Alii praeterea versus chronographici occurrunt fol. 134 r., in quibus annus 999 indicatur.

Non itaque Ibn-Aflahi hic est Dîwânus. Error ortus est ex primo Codicis folio, ubi non librarii sed alia eaque incondita manu scripta sunt haec: (sic) ديوان ابن افلح هو ابو القاسم العبسى; quae verba tali modo exarata sunt ut qui ea scripsit non libri titulum declarare voluisse videatur, sed memoriae adjuvandae causa annotasse, proprium nomen Ibn-Aflahi, auctoris Dîwâni cujusdam (quem fortasse quaerebat), fuisse Abu-'l-Qâsim ʿAlî al-ʿAbsî. Nihilominus illis verbis deceptus est alius, nescio quis, qui margini exteriori (*la tranche*) inscripsit: ديوان ابن افلح.

Poëta autem noster (cujus nomen in Codice commemoratum non vidi) vivebat in Jaman et quidem in celeberrimo emporio Mokhâ. Ait enim (fol. 64 v., vs. 3 a f.) قُطْرُنا اليمانى, et repetitis vicibus (fol. 57 v., vs. ult., 63 v., vs. 3) indicat, se scribere in urbe in qua as-Schâdzilî sepultus erat. Hic autem Abu-'l-Hasan ʿAlî ibn-ʿOmar as-Schâdzilî, vir sanctus qui medio saeculo decimo floruit cuique usum potus, quem *café* vocamus, deberi affirmant nonnulli (v. de Sacy, *Chrest. arabe*, I, p. ۱۴۹ et 481, ubi 656 est typothetae error pro 956), Mokhae sepultus est, quam urbem

illo auspice conditam esse credunt [1]), hodieque sanctus ille vir ibi pie colitur; per ejus nomen jurant Mokhae incolae, et patronus est omnium tabernariorum qui *café* vendunt et ad Sonnitarum (Orthodoxorum) sectam pertinent; vide Niebuhr, *Beschrijving van Arabië*, p. 211, et imprimis ejusdem *Reize naar Arabië*, I, p. 419 sqq. Imo, poëta ipse Mokham nominat (fol. 63 r., vs. ult., 65 r., vs. 3 a f.) in carminibus quibus laudat wazîrum Hasan; quo nomine certissimum est illum Hasan Pâschâ indicari, Jamanae a sultâno Constantinopolitano Morâdo III° praefectum, de quo egit Rutgers in libro c. t. *Historia Jemanae sub Hasano Pascha*, Codicem nostrum historicum c. t. *ar-Raudh al-hasan* secutus. Carmina illa anno 999 composita sunt, quo tempore Hasan Pâschâ Mokham venerat. Poëta eum vocat Jamanae praefectum, a Morâdo constitutum; eum cum exercitu ad duas urbes sanctas (Meccam et Medinam) se contulisse dicit; celebrat victorias quas de Persis et de Râfidhitis, in montana Jamanae parte habitantibus (i. e. Zaiditis), reportaverat;

بَسَّتْ جبالَ الرَّفْض شِدَّةُ بَأْسه   وطَوَى مَناشِيرَ الضَّلالة والفِتَنْ
فتكسَّرتْ اعلامُ كِسْرَى وٱنْزَوَتْ   فِرَقُ الروافض وٱنْكفا بهم البَكَنْ

justissimum ejus in Jamana regimen ejusque munificentiam summis effert laudibus; gratias ei agit pro restaurato Mokhae portu et aedificata in illa urbe magna mosquea;

لحظَتْ عنايتُك المُخَاء ومَنْ بها   فسَرَى الصَفَا فى السرّ منهم والعَلَنْ
وغدا ضَرِيحُ الشاذليّ كأنّه   روضٌ نواضره تزحزح للحَزَنْ
والقُبّة البيضاء يشهد نورُها   بقبول اعمال الوزير لمن فَطَنْ
والبَنْدَر المعمور عاد بعَدْلِكم   يُسْلِى الغريبَ عن الأَحِبّة والسَكَنْ
أَحْبَبْتَه بجوامع وبجامع   جمع المحاسن فى زواياه اسْتَكَنْ

Attamen non semper Hasani Pâschâ, i. e. Turcarum, partibus addictus fuerat poëta; nam fol. 57 r. exstat carmen quod compo-

---

1) Sed perperam, nam jam a Mokaddasîo et Hamdânîo memoratur.

situm videtur in laudem adversarii hujus Pâschae, nimirum in laudem *imâmi* Hasanis. Initium est:

لك الخيرُ اسعد يا ابا الخير تحسِن   فقد جاءك البرهانُ من خير محسنِ
هنيًّا لك البشرى التى فاح نشرها   فجَرِّرْ ذيول المجد فى كل موطن
ألَا ان حسن الظنّ بالله أمْرُه   يؤول الى التحقيق للمتيقّن

Deinde:

عوالى المعالى فى قريش فمنهم ال   أَئِمّة هذا فى الحديث المعنعن
فعِشْ يا امام المسلمين بوصلة   مطرّزة بالاستقامة لا تَنِ

Dignus itaque est hic Dîwânus qui ab illis, qui rebus in Jamana decimo Arabum saeculo exeunte gestis operam dant, accuratius exploretur. In praefatione (initium doxologiae: الحمد لله الذى اظهر الحقائق الالهية منظومة فى جيد الوجود; initium praefationis: وبعد فاعلم ايّدك الله ان الالفاظ للمعانى كالاوانى) dedicat illum poëta ʿAlîo ibn-Qâsim ad-Dâbulî (الدابولى), quem etiam in carmine quodam (fol. 58 v., vs. 5 a f.) commemorat. Primum carmen, cujus primus versus est:

ما لقلبى سِوَى مُحَيّاك قِبْلَهْ   يا حبيبى بعد التلاقى وقَبْلَهْ

compositum est in laudem Prophetae, eique soli ex longioribus poëmatibus aliquid a librario inscriptum est; quod enim ad reliqua attinet, inscriptionibus spatium vacuum reliquit, literis minio scribendis deinde implendum, sed neglexit hoc facere. Tum sequuntur carmina quorum pleraque amatorii sunt argumenti; tum carmina illa in virorum principum laudem composita, de quibus dixi. Fol. 69 v. incipiunt *mowasschahât*; quod carminum genus ab Arabibus Occidentalibus inventum et postea ab Aegyptiis excultum esse, affirmat poëta in brevi praefatione, quam his *mowasschahât* praemisit.

Codicem, bene exaratum et 135 foliis quadruplicatis constantem, totum opus continere non certum est; desinit enim, nulla subscriptione addita, in media pagina; sed in loco ubi desinit, bre-

vissima descripta sunt carmina qualia *in fine* dîwânorum collocari solent; verosimile igitur est, certe haud ita multa in nostro Codice desiderari. Multae possessorum notae in duobus primis foliis reperiuntur, in quarum altera annus 1114 commemoratur. Codicem in Arabia scriptum esse censeo; unus certe ex possessoribus testatur, se librum Meccae emisse.

DCCL. (Cod. 1097 Warn.)

Hic Codex brevia continet carmina, a variis viris in ipsorum commodum ex poëtarum operibus descripta. Continet v. c. مما قيل فى موت ابن سينا فى السجن; versus quos Wallâda, Ibn-Zaiduni amasia, suae عصابة aureis literis inscrìpsit; versus al-Qaisarânîi ex Ibn-Khallicâne desumti; versus Abu-'l-Fath al-Bostîi; pauca proverbia; pauca excerpta ex *al-Qâmuso*; versus Ibn-al-Fâridhi, Çafî-ad-dîn al-Hillîi, Ibn-ar-Rumîi caet. Unus ex iis qui haec excerpta collegerunt, erat Turca, cui nomen Mohammed Karîm-ad-dîn-zâdeh.

Libellus nihil fere bonae frugis continet, et passim multae paginae vacuae relictae sunt. Codicis forma est oblonga.

DCCLI. (Cod. 2124 = Amîn 405).

«الرَّوْضُ ٱلْمَرْقُوم، وَٱلدُّرُّ ٱلْمَنْظُوم», dîwân poëtae Mohammed ibn-'Abdallah ibn-Jahjâ Scharaf-ad-dîn (938—1010). Carmina collegit et praefatus est 'Isâ ibn-Lotf-allah ibn-al-Motahhar ibn-Jahjâ († 1048). — Plura continet hic dîwânus cum annotationibus 'Isae ad historiam aetatis auctoris illustranda.

Codex 141 foliis constans anno 1222 scriptus est.

Aliud exemplar in Bibl. Berol. (Glaser) 165.

DCCLII. (Cod. 2059 = Amîn 336).

Dîwân poëtae Jamanensis Hâtim al-Ahdal († 1013). Cf. *Kholâçat-al-Atzâr* I, 496 et seqq. *Solâfat-al-'Açr* Cod. 2009, f. 267 v., Wüstenfeld, *Die Çufiten* p. 114 seq., Ahlwardt, Cat. Berol. p. 90 ad num. 586.

Dîwân incipit fol. 4 v. nam quae praecedunt alia manu addita ad alios poëtas pertinent; idem valet de ultimis Codicis foliis, quae tamen etiam nostri nonnulla carmina continent. Separata mentione digna sunt: f. 115 r. للسيد عبد الله العادل وسببها معروف; ibid. (?) لسيدى احمد بن يوسف زماره; ibid. v. لسيدى على بن حسين بن المويد; f. 116 r. للقاضى على بن محمد العنسى excerptum ex *Maqâma* c. t. الروض الاقحوانى فى شعر (كلام) الزهوانى; f. 119 r. للسيد اسمعيل بن محمد فايع; f. 121 v. carmen inscriptum سلافة الكوس فيما دار بين القاضى ابى الفرج والجاموس; f. 122 v. للسيد عبد الله الناشرى; f. 124 r. responsum Sajjidi Ismâ'il; f. 124 v. ejusdem ad imâmum al-Mançur; f. 125 r. للسيد يحيى بن ابراهيم جحاف (cf. infra ad num. DCCLXIX); f. 126 v. ejusdem ad filium suum; f. 127 v. carmen Sayidi Ismâ'îl من قديم شعره الحمينى; f. 130 v. ejusdem in laudem al-Mançuri (al-Hosain ibn-al-Motawakkil); f. 135 r. ejusdem ad eundem anno 1152 dictum; f. 149 r. carmen inscriptum: « أَدَبُ ٱلْعَرُوسِ ، وَنُزْهَةُ ٱلنُّفُوسِ auctore al-Qâdhî 'Alî ibn-Çâlih. Tum in ipso Dîwâno quum in appendice carmina generis الحمينى dicti occurrunt e. g. f. 89 r. وقال ايضا وهو من الحمينى الرايق; f. 116 v. est حمينى ex الديوان الحكمى, etc.

Codex, teste subscriptione ad finem Korrâsae f. 88 v. anno 1192 est exaratus.

DCCLIII. (Cod. 2080 = Amîn 357).

Hic Codex quasi supplementum est Codicis praecedentis et exaratus ab eodem qui hujus appendicem scripsit. F. 4 r. hanc gerit inscriptionem: هذا المجموع يشتمل على نبذة من كفاية المتناذب واليه ديوان السيد حاتم الاهدل وهو الخ. Folia 1—3 varia excerpta continent, inter alia carmen auctore Jahjâ ibn-al-Hosain ibn-al-Qâsim.

F. 6 v. incipit carmen Ismâ'îli ibn-Mohammed Fâ'i' (فايع) in laudem imâmi al-Mançuri (al-Hosain ibn-al-Motawakkil al-Qâsim ibn-al-Hosain). Sequuntur alia carmina ejusdem poëtae ad annos

1140, 1145, 1147, 1149 pertinentia, quae omnia diversa sunt, quantum viderim, ab iis quae supra recensui.

Codex constat octodecim foliis, cetera perierunt.

DCCLIV. (Cod. 2094 = Amîn 371).

Quinque carmina in unum collecta sed a variis poëtis Jamanensibus pacta scil. 1° ab Djamâl-ad-dîn Mohammed ibn-Ahmed al-Habbî (الهبّي) al-ʿArîschi in laudem emîri Mohammed ibn-al-Mahdî.

2° ab ʿIsâ ibn-Lotf-allah († 1048) in laudem an-Nâçir ibn-ʿAbd-ar-Rabb.

3° ab ʿAlî ʿOfair in laudem emîri ʿAlî ibn-Schams-ad-dîn et familiae hujus. In inscriptione legitur وفي على قافية قصيدة الهبّي من دون مراعاة للمقابلة في ابياتها.

4° a Çârim-ad-dîn Ibrâhîm ibn-al-Mofaddhal in laudem an-Nâçir ibn-ʿAbd-ar-Rabb.

5° ab as-Scharîf al-Djarrâh in laudem Scharîfi Meccani Barakât.

Omnes hi viri pertinent ad saeculum undecimum Hidjrae. Legitur in fronte Codicis هذه القصائد الفريدة والثلاثات المفيدة على اختلاف مراعاة المقابلة في الفاظها الاولى للفقيه النخ. Sequitur index nominum poëtarum quae supra jam dedi.

DCCLV. (Cod. 2097 = Amîn 374).

Tria carmina data ad nescio quem (qui singulis praemisit فنعلهما الى) anno 1051 a Saʿîd as-Somakkî, Çalâh ibn-Çâlih al-Ahmar et Ahmed ibn-Mohammed at-Tabîʿi (السبعى *sic*), necnon aliud carmen auctore Djamâl-ad-dîn ibn-Nobâta (نباته *sic*) in laudem Sultani al-Mançuri, et duo auctore Abu-'l-Ghanâim Mohammed ibn-ʿAlî ibn-al-Moʿallim, quorum alterum in laudem emîri Hindî al-Kurdî.

Sunt 7 folia currente calamo scripta, quae insuper varia apophtegmata continent.

DCCLVI. (Cod. 1959 = Amîn 236).

„قِصَصُ[1] ٱلحَقّ، فى مَدْحِ خَيْرِ ٱلخَلْق“, poëma in laudem Prophetae commentario illustratum auctore Scharaf-ad-dîn Jahjâ ibn-Schams-ad-dîn al-Motawakkil ʿala-'llâh, imâmo Zaiditarum Jamanensium, (medio saeculo decimo). Hic ut videtur non tantum carmen, in Codice rubro distinctum, sed etiam commentarium composuit, licet is qui librum scripsit passim inseruerit قال مولانا امير المومنين s. قال مولانا المتوكل على الله, semper addita formula حفظه الله s. عزّ نصره s. ejusmodi.

Sunt 42 folia formae maximae aetate auctoris ut videtur exarata. Primum folium cum titulo et majore parte introductionis desideratur.

DCCLVII. (Cod. 2053 = Amîn 330).

Hic Codex continet varia excerpta plerumque brevia ex permultis libris, quae separata mentione indigna sunt. Praecipuum locum autem tenent nonnulla carmina auctore Fakhr-ad-dîn ʿAbdallah ibn-al-Mahdî ibn-Ibrâhîm in laudem Khalifae Zaiditarum al-Mowajjad-billah, qui regnavit medio saeculo undecimo. Unum horum carminum teste subscriptione anno 1054 compositum est. Nonnulla eorum bis in Codice leguntur, scilicet in exordio et in fine.

Secundo loco nominandum est carmen, quod dixit Scharaf-ad-dîn Ismâʿîl vulgo *Ibn-al-Moqrî* dictus († 837) carmen c. t. لامية العجم *at-Togrâî* imitatus quod etiam offertur in Codd. Berolinens., de quibus vide Ahlwardt n. 695 et 696.

Finem Codicis facit apographon celeberrimi poëmatis لامية العرب auctore as-Schanfarâ (vide supra n. DLXIX) cum nonnullis annotationibus grammatici et lexicologici argumenti.

Codex variis manibus scriptus est.

---

1) In subscriptione cum articulo. — Hic numerus proprie inserendus erat post numerum DCC.

DCCLVIII. (Cod. 2132 = Âmîn 413).

Carmen in laudem principis al-Kaukabân Zaiditae ʿAbd-al-Qâdir ibn-an-Nâçir († 1097), auctore Schams-ad-dîn Ahmed ibn-Ahmed al-Anisî cognomine al-Qahda (secundum Landberg). Incipit:

سلامٌ كنشر الروض يعبق رياه علي مَعهد بالرقمتين عهدناه

Sunt tria folia nitide exarata sine anno.

DCCLIX. (Cod. 1194 (2) fol. 41—50).

Titulus est: هذه حشرية الصوفى ابراهيم على التمام والكمال, estque revera poëma quo ultimum judicium describitur. Compositum est lingua vulgari; flexiones certe grammaticales saepe abjectae sunt. Metrum est:

– ⏑ – ⏓ – ⏑ – ⏓

Est itaque *zadjal* (cf. Freytag, *Darstellung der Arabischen Verskunst*, p. 459, Lane, *Modern Egyptians* II, 324 et imprimis H. Gies الفنون السبعة (Leipzig 1879), p. 30 seqq.), et homoeoteleuta ita ordinata sunt ut tribus versibus idem sit homoeoteleuton, et quaternis versibus idem sit homoeoteleuton in toto carmine, nempe ـَر Initium est:

سبحانَ مَنْ أنْشا الصُّوَرْ
وللعبادْ بالمَوْتْ قَهَرْ

Absoluta doxologia sic pergit poëta:

روى بن عباس الامام
عن النبى خير الانام
خَبَرْ صحيحْ مُسْنَدْ تمام
فى الحشر قد ورخ سير
اذا اراد اللهْ بأن
يخلى المنازلْ والسكن

يامرْ لعزريل فلن
يبقى على الغبرا بشر

يموت جميع العالمين
الانس والجنّ اجمعين
والوَحْش والطيرْ هالكين
والشمسُ تكسفْ والقمر

Carmen 19 paginas occupat. Codex pertinet ad saeculum undecimum et est ex illis qui in antiquis Catalogis ex Mauritania allati dicuntur.

Aliud exemplar exstat in Bibl. Berol. (Ahlw.) 887.

DCCLX. (Cod. 1194 (4) fol. 65—71).

Titulus est: هذه قصّة الشيخ الامام العالم العلّامة محمّد بن احمد الوَعيطيّ رضى الله عنه ورحمه على التمام والكمال; sed pro قصة legendum est قصيدة, nam non est narratiuncula sed poëma, quo varia officia quae Moslimo incumbunt, enumerantur. Initium est:

ليس المقامُ بدار الذلّ من شيَمِ ولا معاشرة الانذال من هِمَمِ

Hoc carmen 10 paginas occupat; idem est in Cod. Goth. 829 (2). Adjectae sunt duae paginae, quae duo carmina continent, a Scharaf-ad-dîn al-Bunî composita. Primi initium est:

نوائب الدهر كُفّى ان لم تكفّى فعفّى

Secundi:

ما كان احسن شملى وهو مجتمعُ مع الأحِبّة والغُيّاب قد رَجَعُ (رجعوا)

DCCLXI. (Cod. 1194 (6) fol. 90—105).

Titulus est: هذه منصوبة صَفَى العَيْش لعلىّ بن النائب على التمام والكمال. Carmen compositum est ut recitaretur in hominum circulo, ut patet ex initio, ubi poëta auditores alloquitur plane

ut facere solebant aevi medii qui dicebantur joculatores. Est enim initium (vocales ego addidi):

نستخير ٱللّٰهْ فى الذى نستخيرْ
ونصلّى على البشير النذيرْ
وبدستوركم كبيرْ مَعْ صغيرْ
وبدستور السادة النُحضّارْ

اسمعوا مِنّى يا كرامْ يا اخيارْ
انتموا اهل الكَرَمْ والاستبصار
باللهْ وَٱصْغوا لى يا ونى الاخيار
ما جرا لى فى عشقة الاقمار

Solus, ait poëta, solus et in egestate vitam degebam. Die quodam Veneris video nobilem et pulchram puellam ambulantem, quam quatuor elegantissimae ancillae comitabantur. Puellae amore statim depereo. Unam ex ancillis alloquor, quae dominam suam Çafâ-'l-'aisch (vocales in titulo additae sunt), i. e. *vita suavis est*, appellari et emîri Scha'bân filiam esse declarat. Puellas comitor, et dominae quis sim interroganti respondeo, me possidere alteram partem domus illius cujus alteram partem emîrus Scha'bân possidet, et hunc debito mihi obstrictum esse; immensas opes, veluti palatia magnificentissima, equos, servos caet., me possidere affirmo. »Te mendacem esse non credo," respondet puella, mihique roganti ut mecum domum meam se conferat, annuit tandem. Duo tum eramus animi qui uno eodemque corpore continentur; grata ei erant oscula, gratiora mihi; praeterea — sed haec potius Arabice dabimus —

وقطعنا بريد وست عشر
سُرْعَةْ قالت هذا احلو سكر
كرّروا لى بحلى فى الاستكرار

Tum rogat puella: »ubinam sunt opes de quibus narrasti?"

»Equidem nihil possideo," inquam; »poëta sum; versus pondero, non vero aurum; sed te carmine celebrabo." — Pudore suffusa puella haec: »Igiturne mihi violatae sic abeundum est?" — Ego: »Sume pallium tuum et abi." — Clauditur carmen laudibus Prophetae et his versibus in quibus poëta de se ipso loquitur regionemque indicat quam incolebat:

هكذا نظْم الابتكارْ يعمل
ونظام المتطاولات والزجل
لو رآنى البَطّالْ ضَرَبْ بى المثل
وتعلّمْ مِنّى الحِيَلْ واستعار

وَأَنَا بْنْ النّائِبْ وعَلِى اسْمى [1]
بارض زفتهْ مُقِيمْ وشاعْ نظْمى
الزَّجَلْ حرْفتى ومن فهمى
القصائدْ وانظُمْ الاشعار

يَاهْل زفتهْ اذا انقضى عمرى
وألْحَدُونى وصرتُ فى قبرى
كلّما مرّ بينكم ذكرى
اسالوا للّهْ يغفر لى الاوزار

Ex quibus verbis conficere possumus, hoc quoque carmen esse *zadjal*. Metrum mihi videtur *al-khafîf*:

فاعلاتن مستفعلن فاعلا (فَعْلا)

sed, ut fit in poësi populari, poëta longas syllabas saepe corripit, breves producit, multas alias licentias sibi sumit et lingua vulgari utitur.

Carmen 30 paginas occupat et eodem Codice aliud poëseos popularis specimen continetur, nempe:

---

1) *Et Ali nomen meum est.*

DCCLXII. (Cod. 1194 (7) fol. 107—114).

Titulus est: هذه قصة قفل لحارس عليا دربكم على النمام والكمال. Sunt 28 strophae, quarum singulis inscriptum est: البيت. Metrum est *ar-ramal*, et homoeoteleuta eodem modo disposita sunt atque in carmine Ibrâhîmi Çufîi et in carmine 'Alîi ibn-an-Nâib, de quibus diximus. Duae priores strophae doxologiam continent, et ex ultimo versu secundi:

اوعدوني ثم اوفو وعدكم

patere videtur, carmen compositum esse eo consilio ut ille qui illud recitaret, ab auditoribus nummos acciperet. Tum poëta haec: Dormibant omnes, at ego, pulchrae puellae amore captus, vigiliis cruciabar; qua de re quum puella certior esset facta, haec mihi dixit: »praemiis corrumpe janitorem plateae in qua habito et noctu ad me veni." Noctu itaque ad plateam illam me confero.

حين اتيت الدرب ألقاه انقفل
بالعجل قد ساح دمعي وانهمل
صرت قائل يا ملاح كيف العمل
قفل لحارس عليا دربكم

(Ab ultimo hoc versu carmen nomen suum accepit.) Pergit poëta: Janitorem alloquor; amorem declaro; et ille: »Da mihi quod cupio; ego tibi quod cupis dabo." Promitto itaque pecuniam; ad amasiam meam admittor, quacum noctem transigo; aurora appropinquante venit janitor cui do quod promiseram. — Paenultima stropha Prophetae laudes celebrantur; in ultima poëta nomen suum declarat his verbis:

وانا القيم محمد كنيتي
ابن عباس والصواقة صنعتي
جبت دا المنظوم بديع من فكرتي
وأن اردتنو غير دا أسمعتكم

Sunt 14 paginae; et in solo hoc libello versus eo modo dispositi sunt quo disponendi mihi videntur; nempe ita, ut quatuor versus stropham constituant. Nam in Ibrâhîmi carmine singuli versus scripti sunt quasi essent hemistichia, et in ʿAlîi carmine scripti sunt hoc modo:

نستخير الله فى الذى نستخير
ونصلى على البشير النذير
وبدستوركم كبير مع صغير
وبدستور السادة الحضار

DCCLXIII. (Cod. 1174 Warn.)

Inscriptione caret, sed est carmen, in obsidionem et expugnationem Halebi compositum, quod incipit a versu:

بدات بسم الاله الواحد الغفار رحيم رحمن غافر زلّة المختار

Halebi tunc Pâschâ imperabat, qui الاى بيك titulo gaudebat. Ultimus versus est:

ان قيل من قال هذا القول قد اسكر
قولوا الشهر المسمى فى حلب عسكر

Sunt decem paginae, pessime exaratae in charta Europaea.

DCCLXIV. (Cod. 1523 (4) Testa fol. 125—129).

Carmen in laudem Prophetae, a Mohammed al-Maghribî ita compositum ut singuli versus a singulis alphabeti literis incipiant; prima litera primi versus igitur est *a*, secundi *b* et sic porro. Titulus in Codice est: هذه الألفيّة عن سيّدى محمّد المَغْرِبى نفعنا الله به. Metrum (saepissime a poëta violatum) est *al-kâmil*, et homoeoteleuton est ما. Sunt 10 pp. et plus quam dimidium desideratur, nam desinit in medio versu a litera ش incipienti.

DCCLXV. (Cod. 2044 = Amîn 320).

Dîwân poëtae Schihâb-ad-dîn *ibn-Ma'tuq* al-Musawî († 1087), a filio Ma'tuq collectus. Divisus est in tres partes: 1° المدائح; 2° المراثي; 3° مقاطيع, دوبيت, بنود et موالیا.

Apographon recentioris aetatis anno 1260 nitide et perspicue scriptum est. Alia exemplaria: Berol. (Ahlw.) 834; Tübing. (Wetzst.) 51; Brill (Houts.) 44.

Anno H. 1290 Alexandriae typis expressus est hic dîwânus (Brill 133).

DCCLXVI. (Cod. 2052 (2) fol. 157—170 = Amîn 329).

بَرَاهِينُ الاحْتِجَاجِ وَالْمُنَاظَرَة ، فِيمَا وَقَعَ بَيْنَ الْقَوْسِ وَالْبُنْدُقِ مِنَ «الْمُفَاخَرَة auctore Ibrâhîm ibn-Çâlih al-Hindî († 1102) minus recte المهدي apud Ahlwardt ad Cod. Berol. n. 824) [1]) qui hoc carmen scripsit in gratiam nepotis Khalîfae Zaiditarum in urbe Çan'â Ahmed ibn-al-Hasan. Pertinet hoc carmen ad genus quod dicitur البديعية eoque absoluto sequuntur alia carmina ejusdem auctoris, partim gratulatoria, partim elegiae, partim generis quod appellatur حميني, ex quibus unum in inscriptione dicitur anno 1079 dictum esse.' Codex abrupte explicit et nullam habet subscriptionem nisi quod ad calcem carminis *Barâhîn* nomen legimus ejus qui aetate poëtae illud scripsit. Est autem idem qui priorem Codicis partem, Ibn-Nobâtae Dîwânum, exaravit anno 1079, nomine 'Alî ibn-Çalâh ibn-Jahjâ.

Praeter exemplar Berolinense poëmatis *Barâhîn* aliud mihi non innotuit, sed varia carmina hujus poëtae continet Cod. Gothan. n. 2330 apud Pertsch.

DCCLXVII. (Cod. 2058 = Amîn 335).

Dîwân poëtae Mohammed ibn-Ismâ'îl ibn-Çalâh (ad-dîn) qui in praefatione redactoris summis laudibus effertur, tamquam reno-

1) Videtur autem habuisse cognomen المهتدي cf. *Kholâçat-al-Atzar* III, ۴۳.

vator religionis saeculi duodecimi. Carmina secundum homoeoteleuta disposita sunt, sed in fine accedit appendix; nonnullis carminibus annotatio historica praemissa est.

Est spissus codex (228 fol.) teste subscriptione anno 1206 exaratus.

DCCLXVIII. (Cod. 1733 = Amîn 322).

«جَوَارِشُ الأَفْرَاحِ ، وَقُوتُ الأَرْوَاحِ», Dîwân poëtae *'Abdallah ibn-'Alî* al-Wazîr, qui ineunte saeculo duodecimo in Jamana vixit. Cf. infra inter historicos n. 1969 et 1735, ubi de aliis operibus ejusdem auctoris agetur. Idem Dîwân asservatur Gothae et descriptus est a Pertsch n. 2342 (Cat. IV, 327), quod autem ibi dicitur unum carmen *anno* 1158 compositum fuisse, vitium est, quod e nostro emendare possumus, scilicet scribendum est 1108 (fol. 38 r.). Ismâ'îl ibn-al-Hasan al-Homrî [1]), notus nomine *al-Horra* (النحّرة apud Pertsch), cujus mentio exstat in Cat. Gothano, hunc Dîwânum redegit, sed non omnia carmina recepit, ut in fronte Codicis annotavit nescio quis scribens: الجامع لهذا الديوان اسقط من شعر سيد (sic) الاديب عبد الله بن على رحمه جمع جم (sic) فمن ذلك تقريضه لكتب الدرس فانه قرض اكثرها وما ذكر من ذلك الا شى يسير (sic). Carmina secundum homoeoteleuta alphabetice disposita sunt et multa continent ad historiam Zaiditarum aevo auctoris elucidanda utilia.

Apographon nostrum anno 1182 scriptum est. Praeter duo exemplaria Gothana aliud mihi non innotuit.

DCCLXIX. (Cod. 2057 = Amîn 334).

Dîwân poëtae 'Imâd-ad-dîn Jahjâ ibn-Ibrâhîm ibn-'Alî *al-Djah-*

1) Cod. الحمرى. Pertsch l.l. الحمزى sed prius mihi probabilius videtur. Cf. Soyutî, *de Nom. Relat.* ed. Veth s. v.

hâfî, cujus carmen jam recensuimus in describendo Cod. 2059 (DCCLII) fol. 125 r. Vixit ineunte saeculo duodecimo, quum unum carmen in hoc Dîwâno annum 1114 gerat. Pertinet ad poëtas Zaiditas et nonnulla carmina dixit ad imâm al-Mahdîum' et filios hujus.

Codex satis bene scriptus, in fine mutilus est. Sunt 38 folia.

DCCLXX. (Cod. 2129 (2) fol. 32—44 = Amîn 410).

Codex varia carmina continet scilicet: 1° (f. 32 v.) ingens carmen ethici argumenti auctore Abu-'l-Fath al-Hasanî, de quo nihil compertum habeo, propter homoeoteleuton مقصورة dictum. Primus versus est:

قالت ولم تنطق باقوال الخنَا   والدمع هامٍ مثل مصبوب الحَيَا

2° (f. 41 v.) Varia carmina quae dixerunt Mohammed ibn-Idrîs as-Schâfi'î († 204), cf. supra n. DXCIV, et alii quibus praemissae sunt formulae precationis voto assequendo prae ceteris utiles.

3° (f. 43 r.) Carmen auctore al-Hosain ibn-'Alî ibn-al-Motawakkil qui ineunte saeculo duodecimo vixit ita incipiens (جعلها عراضا لقصيدة الوردى المشهورة)

اطرح الدنيا ودَعْ عنك الأَمَلْ   طال ما غر يدله (?) حال الأَجَلْ

DCCLXXI. (Cod. 2096 (1) fol. 1—3 r. = Amîn 373).

Carmen constans 121 versibus in laudem et gloriam Kahtânidarum compositum quod adscribitur cuidam قدم بن قادمة. Jamanensis erat ex monte ظين regionis Hamdân, ut adscripsit librarius et ex ipso carmine patet. Incipit:

تقبلت جدادى قديما وعابرا   وكاسرت حتى لم اجد لى مكاسرا

Apographon exaratum est anno 1140 in urbe Ta'izz.

DCCLXXII. (Cod. 2329 = Amîn 611).

Carmen quod anno 1165 regnante *al-Mahdî* Zaidita composuit

al-Hosain ibn-Zaid ibn-Mohammed ibn-al-Hasan ibn-al-imâm. Ansam dederunt verba concionatoris al-emîr Mohammed ibn-Ismâ'îl ان الشيعي هو من والى الصحابة وان من ابغضهم وقدح في شانهم هو الناصبي et incipit:

ايها السادات من نسل علي وكذا المخلص في حب الوصي

Carmen constat 69 versibus. Duo folia quae restant varia carmina continent v. g. imâmi al-Mahdî Ahmed ibn-Jahjâ al-Mortadhâ, 'Alî ibn-abî-Tâlibi etc.

DCCLXXIII. (Cod. 2098 = Amîn 375).

Nonnulla (12) folia ex adversariis Ismâ'îl ibn-al-Hasan ibn-Ahmed ibn-Hasan ibn-Çâlih ibn-Mohammed, vulgo dicti *ibn-abi-'r-Ridjâl*, qui 1° primam partem descripsit libri يتيمة الدهر (restat dimidium paginae agens de poëta الفخري احمد بن سليمان) cum subscriptione 1175. Deinde 2° descripsit carmina al-Motanabbîi apud Dieterici p. 548 seqq. et dua minora ejusdem poëtae; 3° sequitur elegia quam dixit Mohammed ibn-Çâlih ibn-abi-'r-Ridjâl in mortem filii Imâmi c. n. Mohammed ibn-Ishâq ibn-Ahmed; 4° aliud poëma ejusdem ad Mohammed ibn-Hasan ibn-'Alî ibn-abi-'r-Ridjâl cum responso hujus; 5° carmen ab 'Abdallah ibn-Ismâ'îl النهيمي datum ad eundem Mohammed ibn-Çâlih cum responso hujus, sed h. l. plura folia Codicis (ut ita dicam) desunt; 6° Epistola prosa ornatiore scripta ab Hasan patre Ismâ'îlis; 7° *Khotba* ejusdem; 8° Carmen a Sajjido 'Adjlân domino Meccae datum ad Sultanum 'Âmir ibn-'Abd-al-Wahhâb. Sequitur subscriptio ejusdem anni ac in folio primo et post hanc tria folia sequuntur alia manu scripta quae varia carmina continent.

Patet ex his Ibn-abi-'r-Ridjâl vixisse saeculo duodecimo.

DCCLXXIV. (Cod. 2056 = Amîn 333).

Dîwân poëtae *Ibn-Khalluf* (Ahmed ibn-abi-'l-Qâsim at-Tunisî), qui saeculo duodecimo vixisse videtur; versus alphabetice secun-

dum homoeoteleuta disposita sunt, nulla praemissa praefatione. Dîwân rarus non est, alia exemplaria inveniuntur in bibliothecis: Havn. 284; Berolin. (Ahlw.) 891, 892; Tubing. 49 (Wetzstein); Mus. As. Petr. p. 5; Brill (Houts.) n. 47.

Carmen in laudem Mohammedis c. t. سمط العقود, cf. Ahlwardt l.l. n. 893, etiam in hoc Codice suo loco legitur. Apographon nitidum sine anno.

DCCLXXV. (Cod. 1545 (6) Testa fol. 82—110).

زَبْلُ الخَارُوفِ، فى شَرْحِ قصيد ابى شادُوف« excerptum e parte priore libri notissimi هَزُّ القُحُوف auctore Jûsof ibn-Mohammed as-Scharbînî. Jam plus semel (annis 1274, 1284 cet.) editus est Qâhirae. Sunt 56 pagg.

Codex incomte exaratus est anno 1170.

Operis majoris exemplaria sunt Cantabrig. (Preston 31) 117; Gotha 2345, 2346; Berol. (Ahlw.) 785; von Kremer 157 (nunc in Mus. Brit.).

DCCLXXVI. (Cod. 1732 = Amîn 220).

روض الاشواق، الناظر عن نور ذكر الخلّاق«, commentarius in poëma cujusdam Ismâ'îl ibn-Mohammed *ibn-Ishâq* auctore Lotfallâh ibn-Djahhâf, qui quum Codex sit autographon et ab eo, teste subscriptione, anno 1215 scriptus sit ad novissima tempora pertinet. Auctor poëmatis dicitur vixisse eodem tempore ac Mohammed ibn-Zaid ibn-al-Motawakkil (i. e. ut videtur Ismâ'îl ibn-al-Qâsim princeps fidelium Zaiditarum † 1087) E verbis autem praefationis efficere possumus poëtam non diu ante commentatorem vixisse.

Initium carminis:

ولقد نزلت على ديارهمُ ولها بثغر مَسَرَّة ضَحِكُ

Commentarius prolixus est in quo auctor varia sub singulis versibus congessit quae aliquo modo cum iis cohaerere videntur.

Sunt 76 folia formae maximae currente calamo exarata.

DCCLXXVII. (Cod. 2095 = Amîn 372).

22 folia continentia specimina carminum variorum Jamanensium cum annotationibus biographicis. Pertinent poëtae ad novissima tempora, nam vidi annum 1234. Utrum aliquid conferre possit hic Codex ad historiam literariam Arabiae nostra aetate elucidandam alii dijudicent.

Codex pessime exaratus est fere sine punctis diacriticis.

DCCLXXVIII. (Cod. 1756 = Amîn 21).

Dîwân vel potius compluria carmina quae 'Abd-ar-Rahmân Baghdadensis quum in India esset conscripsit ut ipse testatur post doxologiam hisce verbis: فهذه صورة ورُيقات جمعتها بهذه الكراسة مما اقتضى نظمه في الديار الهندية خوفا من ضياعها بالكلّية لعلّي ان عملت رحلة اذكر كل شيء منها في محلّه بعد تهذيبه وعرضه على اهله ان شاء الله الخ. Singulis poëmatibus praemissa est brevis expositio quanam opportunitate dicta sunt.

Poëta ad nostram aetatem pertinet et, ut testatur Landberg, anno H. 1298 in urbe Prophetae diem supremum obiit. Descriptio itineris quod suscepit in Braziliam turcice versa Constantinopoli typis expressa est. Cf. *Journ. Asiat.* 1873 I, 535, n. 43.

DCCLXXIX. (Cod. 2142 = Amîn 423).

Carmen quod inscribitur قصيدة بليغة لعبد الجليل براده المدني تهنئة للشريف عبد الله امير مكة عند قدومه من رتبة حين محاربة العسيري secundum Schaikh Amîn autographon est 'Abd-al-Djalîl Barrâdae qui anno 1883 adhuc inter vivos erat. Cf. Snouck Hurgronje, *Mekka* I p. 172, 173.

DCCLXXX. (Cod. 2144 = Amîn 425).

»أَنْوَاعُ ٱلطَّرَبْ فِي رَقَائِقِ ٱلأَدَبْ« auctore Ahmed al-Ezbekâwî. In

praefatione auctor summis laudibus ornat judicem supremum urbis Qâhirae as-Saijid Ahmed Efendi. Ipse liber continet carmina omnis generis ita ut dîwân dici possit. Codex bene scriptus est.

DCCLXXXI. (Cod. 1730 = Amîn 201).

Adversaria poëtica, auctore, secundum annotationem Schaikhi Amîn, Mahmud Pâschâ al-Barudî Aegyptiaco, e bello Anglico in Aegypto anni 1883 noto. Carmina selecta in capita redacta sunt, sed opus inchoatum mansit, nam pauca tantum descripta sunt, plurima folia alba sunt. Incipit sine bismillah aut praefatione ulla a باب المدائح والتهانى وشكر الصنيع, quod continet quatuor poëmata as-Scharîfi ar-Radhî; sequitur باب الادب, quod ejusdem fragmentum carminis et unum poëma continet; باب الصفات ejusdem versiculos exhibens paucos; باب العتاب وشكوى الزمان, quo unum tantum ejusdem poëtae carmen continetur; باب الحماسة والفخر tria ejusdem poëmata continens; باب الغزل والنسيب novem majora et minora ejusdem carmina continens; post multa folia alba habemus bismillam et denuo باب الحماسة والفخر in quo tres versiculi Amru-'l-Qaisi; باب الغزل والنسيب in quo duo ejusdem carmina; باب الصفات qui ejusdem quatuor carmina continet partim cum commentario. Deinde باب الزهد in quo quatuor versiculi poëtae as-Scharîf ar-Radhî; باب السير والنعاس وسؤال الاطلال duo carmina ejusdem continens.

DCCLXXXII. (Cod. 1764 = Amîn 29).

Sunt quatuor fasciculi continentes varia excerpta ejusdem Pâshae, sed longe plurima folia alba sunt. Qualis generis sint notis ipse explicuit quum v. g. in primo fasciculo hanc inscriptionem legamus: قال الفقير محمود پاشا سامى المعروف بالبارودى هذه تذكرة نثبت بها من ملح الشعر ما نستجيده اثناء المطالعة.

DCCLXXXIII. (Cod. 2149 = Amîn 430).

Varia carmina etc. inter quae occurrit unum cujus omnes literae sunt مهملة etc. etc. Inscribitur Codex مجموعه لطيفه i. e. Varia; et congessit idem al-Bârudî quum adhuc juvenis esset. Sunt 11 folia nitide exarata.

DCCLXXXIV. (Cod. 2141 = Amîn 422).

Fragmentum collectionis cantilenarum quales nostra aetate in Oriente canuntur secundum modum et rhytmum dispositarum, nam occurrunt inscriptiones quales sunt: نوبه ثانيه من نغم السيكه, deinde تم نغم السيكه ويتلوه نغم الجركه, denique تم نغم الجركه ويتلوه نغم الحسينى بيشر etc. Septem tantum folia supersunt. Apographon nitide exaratum est.

ADDENDUM AD CAPUT NONUM.

(*Prosa Ornata*).

DCCLXXXV. (Cod. 1468).

Hic Codex nuper acquisitus ideoque non suo loco post n. CCCXCIX descriptus continet: Florilegium ex scriptis *maqamât*, *rasâïl* etc. auctore *Badî az-Zamân* Abu-'l-Fadhl Ahmed ibn-al-Hosain *al-Hamadhânî* († 398). Est apographon Codicis Parisiensis n. 1591 [1]), quod sibi comparaverat J. Scheidius, frater E. Scheidii, et quo hic usus est ad parandam editionem suam quam imperfectam reliquit. Cf. *Cat. Cod. Acad. Regiae* ad num. 54.

Praeter Codicem Parisiensem alium possidebat Scheidius (Cat. 41) et post eum de Sacy (Cat. 163) qui nunc fortasse etiam Parisiis asservatur. Alii recensentur in Cat. Havn. n. 224; Cantabr. (Preston p. 34) n. 118. Cf. Ms. Lips. (Refaija) n. 238.

E dono Rau.

---

1) Cf. de hoc Cod. de Sacy, Chrest. Ar. III, 260 seq.

INDEX ARGUMENTI.

CATALOGUS

CODICUM ARABICORUM

BIBLIOTHECAE ACADEMIAE LUGDUNO-BATAVAE.

EDITIO SECUNDA

AUCTORIBUS

M. J. DE GOEJE ET TH. W. JUYNBOLL.

VOLUMEN SECUNDUM

(PARS PRIOR).

LUGDUNI-BATAVORUM
APUD E. J. BRILL.
1907.

L. S.

Haec Voluminis Secundi prior pars, descriptionem Codicum ad cosmographiam et historiam pertinentem continens, tibi, benevole lector, jam nunc traditur. Reliqua hujus Voluminis pars sub prelo est. Toto Volumine Secundo absoluto novum Titulum et Indicem argumenti (pag. I—IV) accipies.

Restat ut viros doctos rogemus, ut benevole de hoc opere judicent, quia non unum sed varios habuit auctores (cf. quae scripsit De Goeje, Vol. I, pag. XXXII, l. 6 a fine, sq.) et labor, saepe per longa intervalla intermissus (priores hujus voluminis 192 paginae jam diu impressae fuerunt), denique ab aliis continuatus est.

ERRATA.

Pag. 2, l. 2	(Cod. 2063)	leg.	(Cod. 1638).
» 20—21	DCCCLX	»	DCCCXL.
	DCCCLXI	»	DCCCXLI.
	DCCCLXII	»	DCCCXLII.
	DCCCLXIII	»	DCCCXLIII.
» 36, l. 12	(Cod. 1965)	»	(Cod. 1963).
» 41—43	DCCCLXXV	»	DCCCLXXVI.
	DCCCLXXVI	»	DCCCLXXVII.
	DCCCLXXVII	»	DCCCLXXVIII.
	DCCCLXXVIII	»	DCCCLXXIX.
	DCCCLXXIX	»	DCCCLXXX.
» 79, l. 16	(Cod. 447 Warn.)	»	(Cod. 477 Warn.).
» 98, l. 25	(Cod. 1892)	»	(Cod 1199).
» 100, l. 15	(Cod. 1900)	»	(Cod. 1198).
» 100, l. 21	(Cod. 1899)	»	(Cod. 1197).
» 112, l. 30	(Cod. 1005 Warn.)	»	(Cod. 1005 (1) Warn.).
» 113, l. 11	(Cod. 1950)	»	(Cod. 1127)
» 117, l. 2	(Cod. 560 (29).)	»	(Cod. 560 (19) Warn.).
» 165, l. 2	(Cod. 2996 = Amîn 272)	»	(Cod. 1996 = Amîn 273).

INDEX ARGUMENTI.

XIII.

COSMOGRAPHIA.

DCCLXXXVI. (Cod. 1702).

Epitome operis Içtakhrîi c. t. كتاب المسالك والممالك, quod anno 1870 edidi. De hoc Codice egi in Praefatione ad vol. IV Bibliothecae Geogr. Arabic. p. IV seqq. Exaratus est anno 589 et anno 1876 in Aegypto emtus.

DCCLXXXVII. (Cod. 1484).

Versio Persica operis Içtakhrîi, descripta manu Wi Wright e Codice Gothano Pers. 36.

Donum de Goeje.

DCCLXXXVIII. (Cod. 1403).

Locus de Aegypto, descriptus ex epitome Gothano (Cod. 1521) libri Içtakhrîi (p. 25 seqq. in facsimile Moelleri); addita est versio Persica hujus loci e Cod. Gothano Pers. 36.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 110, n. 9).

DCCLXXXIX. (Cod. 314 Warn.)

Ibn-Hauqali opus geographicum, anno 366 vel proxime sequenti conscriptum, de quo fuse exposuit Uylenbroek in Dissertatione, anno 1822 edita. Opus integrum edidi in vol. II Bibl. Geograph. Arabic. ex hoc Codice, Codice Bodleiano et epitome Parisiensi.

DCCXC. (Cod. 2063).

Opus geographicum Moqaddasîi (s. Maqdisîi, quoque al-Basschârî et Ibn-al-Bannâ dicti), dimidio posteriore saeculi quarti conscriptum. De hoc opere et de Codicibus egi in introductione ad Bibliothecam Geographorum Arabicorum vol. III. Codex hic est apographon Codicis Constantinopolitani nitidissimum meo rogatu sumptu publico factum ab Asad Efendi.

DCCXCI. (Cod. 421 Warn.)

مُعْجَم، مَا اسْتَعْجَم. Lexicon nominum locorum, fluviorum caet., qui memorantur in antiquis Arabum historiis, in traditionibus quae ad Prophetam spectant, et imprimis in carminibus, auctore Abu-ʿObaid al-Bekrî (+ 487); de cujus scriptoris vita et operibus fuse exposuit Dozy in libro c. t. *Recherches sur l'histoire politique et littéraire de l'Espagne pendant le moyen âge* (I, p. 282—307), ubi etiam hunc Codicem, duobus voluminibus constantem et anno 709 exaratum, descripsit. Deinde opus integrum ex hoc Cod. aliisque edidit F. Wüstenfeld anno 1876.

DCCXCII. (Cod. 334 (2) Warn.)

كِتَابُ ٱلْجِبَالِ وَٱلْأَمْكِنَةِ وَٱلْمِيَاهِ auctore az-Zamakhscharî (+ 538), libellus anno 1856 editus a M. Salverda de Grave ex hoc Codice.

Alterum exemplar Paris. (de Slane) 2219.

DCCXCIII. (Cod. 320 (1) Warn.)

Itinerarium Ibn-Djobairi, qui anno 578 Hispaniam reliquit, anno 1852 e nostro Codice editum a W. Wright.

Nonnulla de Ibn-Djobairo collegerat Dozy, quae huic Codici adjecit et n° 320*a* signavit. Sunt duae longiores vitae, quarum unam descripsit ex Ibn-al-Khatîbi Codice, mendoso quidem sed unico, e bibliotheca de Gayangos; alteram descripsit ex al-Maqqarîi Codice Gothano; tertiam denique eamque brevissimam, e nostro Codice operis al-Maqrîzîi c. t. *al-Moqaffâ* (Cod. 1366, vol. 1).

Accedit apographum decem priorum paginarum, a Dozyo e nostro Codice factum et a de Gayangos cum Codice Escurialensi (Derenbourg) 488 (3) collatum. Noster Codex anno 875 in urbe Mekka exaratus est.

DCCXCIV. (Cod. 994*b* Warn.)

Una *korrâsa* (20 pp.) olim Codici 994 inserta, continens fragmentum geographici argumenti; sed liber ad quem pertinet alia etiam argumenta tractare videtur. Nam inveniebantur in eo caput de proverbiis et caput de historia Abrahami, ut patet ex prima fragmenti pagina ubi haec: وفى المثل من دخل ظفار حمّر اى تكلّم بلغة حمير وسنذكره فى الامثال ان شاء الله تعالى ونذكر ايضا عدن ونذكر ايضا مكة فى قصّة الخليل عم; promittit praeterea scriptor, se dicturum de Prophetae fuga (p. 2), de Tobbaʿis, Jemanae regibus (ibid.), de Prophetae vita (سيرة النبى ibid.), de historia Jonae (p. 3), et de historia Prophetae Hud, ad ʿÂditas missi (p. 8). Ex quibus efficeres fere, librum esse encyclopaediam.

Initium *korrâsae* (quae quota totius libri sit annotatum est, sed nota illa a bibliopega Orientali adeo abscissa est ut non amplius legi possit) est hoc: فصل ومنها الانبار وهى مدينة قديمة ذكرها الجوهرى وقال وانبار اسم بلد وسنذكرها فيما بعد; tum agit scriptor de urbe Çanʿâ in Jemana, frequenterque laudat al-Djauharîum et al-Djawâlîqîum; porro de Medina, de oppidis Mesopotamiae et Syriae, imprimis de Damasco; nempe de urbis aedificatione, de portis quas habet caet.; laudat Ibn ʿAsâkiri historiam Damasci, Ibn-al-Monâdîi (+ 336) divisionem Syriae, alios; traditiones nonnullas narrat absurdas et carmina quaedam, in Damasci laudem composita, describit. Inter haec est unum auctore notissimo ʿImâd-ad-dîn al-Ispahânî (+ 597), quod hujus permissu cum lectore communicat (p. 15). Vixit igitur auctor dimidio posteriore saeculi sexti, quod confirmatur eo quod de Nur-ad-dîn Mahmud ibn-Zankî (+ 569) loquitur cum formula رحمه الله. P. 11 auctor avum commemorat ut hominem eruditum, sed non nominat. Ultima verba *korrâsae* sunt ومنها قاسيون sine paginae custode.

Codex antiquus est et bene exaratus.

DCCXCV. (Cod. 295 Warn.)

كتاب مراصد الاطلاع. Lexicon geographicum, compendium magni operis Jâquti (+ 626); quod opus annis 1850—1864 edidit T. G. J. Juynboll, qui in Introductione tomo IV praemissa cum de hoc tum de reliquis Codicibus exposuit.

Duo exempl. existunt Constantinopoli in bibliotheca Râghib Pâschae; v. Cat. p. 44.

DCCXCVI. (Cod. 334 (1) Warn.)

Jâquti *al-Moschtarik*, quem librum Wüstenfeld, nostro etiam Codice, anno 713 exarato, usus, edidit.

DCCXCVII. (Cod. 10 Gol., 512 Warn.)

Qazwînîi (+ 682) Cosmographia c. t. عجائب المخلوقات. Duabus constat partibus, quarum altera peculiarem habet titulum آثار البلاد.

Codex 10 continet priorem partem, κατ' ἐξοχὴν عجائب المخلوقات dictam. Ineleganter exaratus est et anni nota caret. — Cod. 512 (286 foll.), qui آثار البلاد continet, anno 930 exaratus est; cf. quae monuit Wüstenfeld p. VI seq. editionis suae, ubi etiam de aliis Codicibus exposuit.

Copiosius etiam de bibliographia exposuit Pertsch ad Cod. Goth. 1503. Adde:

Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 221; Berol. (Ahlwardt) 6043; Paris. (De Slane) 1273—79, exc. 2180, 2776 (5), comp. 2182 (1), 2419 (3). Editus est Qâhirae 1309 (in marg. libri Hajât al-Haiwân auct. al-Damîrî).

DCCXCVIII. (Cod. 1324).

Versio Persica prioris partis libri al-Qazwînîi. Codex anno 1074 exaratus est charactere nestalîq.

Oriundus e Bibl. Societ. Ind. Orient.

DCCXCIX. (Cod. 1990 = Amîn 267)

Fragmenta epitomes e Qazwînîi عجائب المخلوقات et quidem

continent f. 1 et 2 inde a Qazw. ed. Wüstenfeld I, ۱۰۹, 17—۱۱۲, 5 a f.; f. 3 ib. ۸۰, 17—۸۲, 15; f. 4—34 ib. ۱۲۷ ult.—۲۲۳, 5 a f.; f. 35—59 ib. ۳۳۹, 15—۳۸۷, 6; f. 60—82 i. e. finem ib. ۱۱, 12—۹۲, 8. Abrupte incipit Codex atque desinit et currente calamo nec sine vitiis exaratus est. Attamen alicujus usus esse potest uti e. g. I, ۱۸۱ paen. recte habet المليانى pro الملتانى quod in editione Wüstenfeld exstat.

DCCC. (Cod. 1466)

„بَرْقُ الشام[1]، فى مَحاسِنِ اقْلِيمِ الشام"، auctore ʿIzz-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-ʿAlî ibn-Ibrâhîm *ibn-Schaddâd* al-Halabî, qui cª annum 680 hunc librum edidit (obiit 684). Divisus est in duas partes (قسم), quarum prior agit فى ذكر ما اشتمل عليه محاسن دمشق, altera فى ذكر ما هو خارج عن دمشق وهو مضاف اليها. Pars prior continet 10 capita: 1um فى ذكر اشتقاق اسمها; 2um فى ذكر مساجدها الجامع; 3um فى ذكر من بناها وعدّة ابوابها وقلعتها (الجامع المعمور); 4um فى ذكر مساجدها باطنها وظاهرها; 5um فى ذكر الخوانق والأربُط (والرُبُط) 6um; المزارات بها بباطنها وظاهرها فى ذكر ما بدمشق 8um; فى ذكر المدارس 7um; بباطنها وظاهرها فى ذكر الحمّامات بباطن دمشق 9um; وظاهرها من الكنائس والاعمار فى ذكر فضلها وما مُدحت به نثرا ونظما 10um; وظاهرها. Pars altera continet sex capita: 1um فى ذكر انهارها وقنواتها; 2um فى ذكر جبالها; 3um فى ذكر بلاد البلاد من جندها عليه اشتمل ما ذكر فى 4um; فى ذكر ما فى 6um; فى ذكر بلاد جند فلسطين 5um; جند الاردن مجموع هذه الاجناد من المزارات.

---

1) Ad hanc vocem in titulo legimus: الشام بمعنى الشيم من الجامع et ad sequens الشام: الشام معرب سام بن نوح عليه السلام من الجامع للفارابى.

Si cum hoc capitum elencho comparamus descriptionem tomi tertii operis «الأعلاق الخطيرة، في ذكر. أمراء الشام والجزيرة» in Catal. Mus. Brit. p. 614 seq. patet nostrum librum nihil esse quam hujus tomi caput primum et secundum novo titulo ornata. Quum haec capita in exemplaribus operis الاعلاق desiderentur, Codex noster pretiosus est; utilissimum nempe est opus ad res Syriae meridionalis et Palaestinae praesertim saeculis sexto et septimo cognoscendas. Ex antiquioribus saepe laudantur al-Balâdzorî, geographia al-Jaqubîi, interdum Abu-Hanîfa ad-Dinawarî et Ibn-Hauqal. Codex, anno 870 bene exaratus, continet 289 pag.

Libri الاعلاق tomum primum et partem posteriorem tertii possidet Mus. Brit. n. 1323, 1324, primum quoque Mus. Asiat. Petrop. (Rosen, *Notices Sommaires*, p. 99 n. 162). Excerptum exstat in Cod. Mus. Brit. 282 (2). Quod ibi auctor appellatur Bahâ-ad-dîn Ibn-Schaddâd est repetitio erroris H. Khal. I, 360, quem correxit Rieu in Catal. p. 613.

E. Scheidius Codicem anno 1767 ex Oriente accepit. Deinde fuit e libris S. Rau. Cf. Praefatio ad hanc edit. Cat. I, p. XXXII.

DCCCI. (Cod. 11 (2) Gol.)

الرِّحْلَة المَغْرِبيَّة. Itinerarium al-ʿAbdarîi, qui anno 688 Héham reliquit Mekkam profecturus. De libro exposuit Cherbonneau in *Journal Asiat.* 1854, II, p. 144 seqq. qui quoque alia exempl. enumeravit (ib. p. 146).

Noster Codex, male habitus et charactere Africano incomte scriptus, sed satis antiquus est.

DCCCII. (Cod. 57 Gol.)

Abu-'l-Fedâi (+ 732) Geographia. Hic Codex, quo ad suam editionem usi sunt Reinaud et de Slane, in auctoris usum exaratus est et ipsius correctionibus et additamentis locupletatus; v. editorum praefationem p. XLI.

Alia exempl.: Bodl. Uri 898, 912; Nic. p. 359; Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 234, 236; Paris. (de Slane) 2239—42; excerpta 2243—45;

Mus. Brit. 375—377, 1320; Vindob. (Flügel) 1265; Havn. 98; Monac. 457—59; compend. ibid. 460; Mus. Brit. 379.

DCCCIII. (Cod. 40 Gol.)

اجزاء منفرقه از تقويم البلدان لعجمى بيك بن قاضى معروف
Versio Turcica quorundam locorum Geographiae Abu-'l-Fedâi. Liber nullius pretii.

DCCCIV. (Cod. 602 Warn.)

أَوْضَحُ ٱلْمَسَالِك، إِلَى مَعْرِفَةِ ٱلْبُلْدَانِ وَٱلْمَمَالِك » auctore Mohammed ibn-ʿAlî, vulgo Sipâhî-zâdeh (+ 997) dicto. Est Abu-'l-Fedâi Geographia, Turcice versa et alphabetice ordinata (cf. H. Khal. II, p. 395).

Codex bene exaratus est anno 994.

Alia exempl.: Mus. Brit. 378; Petrop. (Rosen Collect. Scientif.) 69; Vindob. (Flügel) 1278 (1); Italinski (Hammer, Lettere IV) 222; Bodl. Uri 889; Râghib Pâscha p. 44.

DCCCV. (Cod. 1406).

Scriptio Hamakeri, qua primum de opere, a Sipâhî-zâdeh composito, exponitur, tum loci de Irâqo Persico, qui in illo obvii sunt, Latine interpretantur. Ex praefatione Dissertationis Uylenbroekii discimus, Hamakero propositum fuisse ut illi operi appendicem, a se conscriptam, adjungeret, qua loci de Irâqo Persico, qui apud scriptores Persas et Turcas occurrunt, continerentur. Hic igitur 13 paginarum libellus ad hoc argumentum pertinet.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 112, n. 3).

DCCCVI. (Cod. 1407).

Versio Latina, ab Hamakero facta, loci Persici de Irâqo Persico. Duobus Codicibus usus est, sed libri titulum non indicavit. Initium est: »Caput secundum de descriptione Irâcae Persicae. Dividitur illa regio in novem praefecturas majores et urbium

jurisdictiones minores ad quadraginta. Aëre plerumque utitur temperato." 47 pp. quadruplicatae.

Emtus e Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 112, n. 4).

DCCCVII. (Cod. 464 Warn.)

نُخْبَةُ ٱلدَّهْرِ، فِى عَجَائِبِ ٱلْبَرِّ وَٱلْبَحْرِ" auctore Schams-ad-dîn Abu-ʿAbdallah Mohammed ibn-abî-Tâlib al-Ançârî aç-Çufî ad-Dimaschqî (+ 727). Opus anno 1866, versionem anno 1874 edidit A. F. Mehren, qui praefatus est de Codicibus.

Codex, anno 970 incomte et raptim (على سبيل الاستعجال, ut dicitur in subscriptione) exaratus, textum offert quam maxime corruptum.

DCCCVIII. (Cod. 158 Gol.)

خَرِيدَةُ ٱلْعَجَائِبِ. Notissimum Ibn-al-Wardîi (+ 750) opus, quod in quavis fere Bibliotheca asservatur et editum est Qâhirae anno 1296. Codex multis vocalibus instructus et bene exaratus est anno 984.

Alia exempl. enumeravit Pertsch (Cat. Goth. 1514). Adde: Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 225, 226, 227; Paris. (de Slane) 2188—2210; Petrop. (Rosen, Collect. Scient.) 66, 67; Argentor. (Spitta) 19; India Office (Loth) 726—28; Berol. (Ahlw.) 6046—48.

DCCCIX. (Cod. 755 (3) Warn.)

Libellus sex paginarum de Roma. Incipit a verbis: هذا ما ورد الينا عمّا سمعوه السادة العلماء الفضلاء اهل الفطنة والمعرفة واصحاب التواريخ القديمة مما وجدوه من اخبار رومية الكبرى المعظمة فى سائر المدن بين الملوك والاكابر وهذا ما ورد الينا من صفها وما فيها من سائر التحف فى البنيان من الاسواق والكنائس المعظمة وما فيها من كثرة الاجتهاد فى الطاعة والعبادة والعجائب فى الذهب والفضة والنحاس الاصفر والاصنام المرصودة والنهور الممدودة

والبلاط المرخم الخ. In multis convenit liber cum descriptione Romae, quae in Ibn-al-Wardîi opere geographico invenitur. Auctor autem in fine dicit se haec compilavisse e magnis libris de historia antiqua.

Codex anno 1021 exaratus est.

DCCCX. (Cod. 560 (6) Warn.)

كتاب, الطُّرْفَة الغَرِيبَة، من أَخْبار وادي حَضْرَمَوْت العَجِيبَة» au-ctore celeberrimo al-Maqrîzîo (+ 845), quod opusculum ex hoc Codice edidit Paul Berlin Noskowy Bonnae anno 1866. Titulum et subscriptionem ipse auctor addidit anno 841.

DCCCXI. (Cod. 1156 Warn.)

Parvus hic Codex, octo tantum paginis quadruplicatis constans, hanc offert inscriptionem: نقلت هذه الانساب والاقاليم والبلاد من تاريخ قاضي القضاة المشهور بالعيني،. Habemus igitur hic excerpta ex parte geographica Historiae al-ᶜAinîi (+ 855); sed non apparet ex quanam illius historiae redactione desumta sint. Etenim *tres* historias composuit al-ᶜAinî; *magnam* c. t. عقد الجمان، في تاريخ اهل الزمان», quae 20 voluminibus constabat; *mediocrem*, 10 voluminibus constantem, c. t. تاريخ البدر، في اوصاف اهل العصر», et *parvam*, tribus voluminibus constantem; sed tria haec opera fusius breviusve idem tractabant argumentum. Eorum initio (teste H. Khal.) egit auctor de geographia, duce Abu-'l-Fedâi *Taqwîm al-boldân*.

Excerptum de quo agimus incipit a verbis: القسم التاسع في حد اذربيجان. Breviter agitur de oppidis illius regionis. Sequitur sectio decima de Arrân; tum 11ª de Mesopotamia; 12ª de 'Irâqo; 13ª de al-Djabal s. ᶜIrâq al-ᶜadjam; 14ª de ad-Dailam et al-Djîl; 15ª de Tabaristân, Mâzandarân et Qumis; 16ª de Khorâsân; 17ª de al-Ghur et Zâbulistân; 18ª de Tokhâristân; 19ª de Khowârizm; 20ª de Mâ-warâ-an-nahr; 21ª de Kirmân; 22ª, 23ª, 24ª, 25ª et 26ª omissae sunt, »quia his quinque sectionibus nos facile carere posse arbitror," ait epitomator in nota marginali; 27ª de Perside, et denique 28ª de Khuzistân.

Hae octo paginae non magni sunt pretii nisi quod omnium nominorum pronuntiatio praescribitur.

Anni nota non est addita.

DCCCXII. (Cod. 818 Warn.)

«نَشْقُ الأَزْهَارِ، فِى عَجَائِبِ الأَقْطَارِ» Ibn-Ijâsi Geographia; notus liber. Codex anno 996 exaratus est.

DCCCXIII. (Cod. 741 Warn.)

Alterum exemplar, anno 999 exaratum.

Alia exempl. enumeravit Pertsch ad Cod. Goth. 1518. Add.: India Office (Loth) 728 (1); Petrop. (Rosen Coll. Scientif.) 68; Paris. (de Slane) 2207—10, cf. ibid. 3513 (3).

DCCCXIV. (Cod. 1862 = Amîn 143)

«ضَرْبُ الحَوْطَة، عَلَى جَمِيعِ الغُوطَة», brevis descriptio *Ghutae* Damasci auctore Mohammed *ibn-Tulun* aç-Çâlihî (+ 953). Nomina geographica alphabetico ordine in margine rubro adscripta sunt. Post praefationem incipit loco laudato e libro الاعلاق auctore Abu-ʿAbdallah ibn-Schaddâd (vid. supra p. 5).

Autographon auctoris, 5 folia.

DCCCXV. (Cod. 1981 = Amîn 258)

Haec 6 folia continent carmen, in quo cujusdam viri ʿAlî ibn-Musâ al-Qortobî itinera describuntur in regionem Rûm, Indiam, Arabiam, Aegyptum. Initium deperditum est et in fine simpliciter inscribitur: المنظومة البديعة لمولفها زين العابدين بن ولى حاجى. Auctor vixit regnante Schah ʿAbbâs ibn-Ismâʿîl in Persia, ceteroquin mihi incognitus est.

DCCCXVI. (Cod. 1602)

Itinera Macarii, Patriarchae Antiocheni, annis 1652—1659, ab ejus comite, archidiacono Paulo, scripta. Codex negligenter exaratus est.

Emtus anno 1843 a de Gayangos et Sprenger, qui illum brevi ante Londini, una cum aliis Codd., ex auctione Consulis Salamé comparaverant. Putabant hi ex *hoc* exemplari Belfourium interpretationem suam Anglicam edidisse anno 1829; sed *aliud* hoc esse exemplar, Dozyo quum, Londini versaretur, affirmavit Cureton.

DCCCXVII. (Cod. 2008 f. 26—39 = Amîn 285)

Primo loco hic occurrunt excerpta e libro رِحْلَة الشِتاء والصَّيْف auctore *Kibrît* Mohammed ibn-ʿAbdallah al-Hosainî al-Maulawî (+ 1070). Liber jam saepe descriptus est, — vide v. g. Pertsch ad Cod. Goth. 1543 — et Qâhirae editus anno 1293. Cf. Brill, *Cat. périod.* 77. De auctore copiose exposuit al-Mohibbî in libro *Kholâçat al-Athâr* IV, ٢٨ et seqq.

Explicunt haec excerpta fol. 35 v. Sequuntur nonnulla alia, adversaria poëtica etc., excerpta e libro quodam aç-Çafadîi usque ad fol. 39, quae separata mentione indigna sunt.

Praeter exemplaria apud Pertsch l. l. laudata alia exstant in collectione Brill (Houtsma) 289; Paris. (de Slane) 2294.

XIV.

HISTORIA.

---

1. INTRODUCTIO.

DCCCXVIII. (Cod. 560 (1) Warn.)

Opusculum Abu-Dja'fari Mohammed ibn-Habîb († 245) de similitudine et differentia nominum tribuum Arabicarum, quod a Wüstenfeld anno 1850 editum est e nostro Codice, celebratissimi historici al-Maqrîzî manu exarato, de quo fuse egit Dozy in *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 17 seqq.

DCCCXIX. (Cod. 782 Warn.)

كِتَابُ ٱلْمَعَارِف auctore Ibn-Qotaiba († 276); de quo libro, utpote anno 1850 edito a Wüstenfeld, qui nostro quoque Codice usus est, non opus est ut exponam.

Codex, paginas 515 octuplicatas continens, anno 1012 scriptus est. Alia exempl. enumerat Pertsch ad Cod. Goth. 1552; adde: Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 155; Petrop. (Coll. Scientif. 30); Paris. (de Slane) 1465.

DCCCXX. (Cod. 362 Warn.)

كِتَابُ ٱلْاشْتِقَاق auctore Ibn-Doraid († 321). Non opus est ut de hoc libro exponam, cum quia qualis ejus sit ratio satis intel-

ligi potest ex Reiskii descriptione (*Prodidagm.* p. 231), cum quia Wüstenfeld e nostro Codice libri editionem dedit anno 1854.

Codex, 196 paginas continens, anno 668 bene exaratus est.

DCCCXXI. (Cod. 677 Warn.)

« الْإِعْلَانُ بِالتَّوْبِيخِ، لِمَنْ ذَمَّ أَهْلَ التَّارِيخِ » auctore Schams-ad-dîn Abu-'l-Khair Mohammed ibn-ᶜAbd-ar-Rahmân *as-Sakhâwî* (+ 902).

Primum exponit auctor quid sit historia, et hujus disciplinae utilitatem luculentissimis testimoniis probat. In altera libri parte enumerat opera historica quae cognita habebat; sed quamquam negare non ausim, quaedam ab eo esse tradita memoratu digna, pleraque tamen quae tradit jam aliunde accuratius scimus, et dubito an hic liber multum conferre possit ad historiographiam Moslimorum melius cognoscendam. In fine testatur, se hunc librum Mekkae composuisse anno 97 (i. e. 897).

Codex aqua adeo laesus est ut ejus lectione oculi fatigentur. Anni nota caret, et alius mihi non innotuit.

2. HISTORIA UNIVERSALIS.

DCCCXXII. (Cod. 1953 = Amîn 230)

الْأَخْبَارُ الطِّوَالُ auctore Abu-Hanîfa Ahmed ibn-Dâwud ad-Dinawarî, qui anno 282 (secundum Dzahabii locum in primo Codicis folio), vel 281 (secundum alios e. g. Ibn-Schâkir) diem supremum obiit.

Librum anno 1888 edidit Vladimir Girgas e nostro satis bono Codice et altero Petropolitano. Mors impedivit quominus adderet praefationem et indices, quos supplere promisit Nob. V. Rosen.

Tertium exemplar exstat in Bibl. Italinsky (Hammer, Lettere IV) 205.

DCCCXXIII. (Cod. 497 Warn.)

Tertium volumen *genuinae* Historiae summi historici at-Tabarí (+ 310), editionis Leid. I, p. ٧٧٥, 16 ad ١٠٧٠ l. ult.

»Incipit haec Thabaritae pars, sine ulla praefatione, a Septem

dormientium fabula. (ذكر الخبر عن اصحاب الكهف). Hinc de Jona propheta, de S. Georgio, prolixe nugatur. Tum usque ad finem libri res imperii Sassanidarum enarrat auctor, quibus fata Arabiae felicis et bella a Persis ibi gesta intermiscet. Desinit vero in enumeratione epocharum et supputatione temporis, quod secundum Judaeos, Christianos, Magos, inter Adami lapsum et Mohammedis fugam effluxerit.

»Codex continet pp. 269. A fine est mutilus, ita ut nulla adsit librarii nota, ex qua de libri aetate aestimatio fieri possit. Scriptura est elegans, at pluribus tamen in locis, ob frequentissimam punctorum diacriticorum omissionem, difficilior." Haec Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 19 seq.). Addidit Dozy: »Utinam hujus voluminis loco aliud haberemus in quo historia Islamitica tractaretur!"

In introductione ad editionem Leidensem de Codicibus Tabarîi superstitibus agetur.

DCCCXXIV. (Cod. 1612 (1))

Versio Persica, vel potius macrum et exile compendium, Historiae at-Tabarîi, a Balʿamî († 386) circa annum 352 factum. Exordium hujus Codicis convenit, non cum Codice Gothano (Pertsch p. 48), sed cum exordio duorum Codd. Petropol., quod Kosegarten dedit in praefatione editionis inchoatae p. XII, Cod. Vindob. et versionis Zotenberg. Memoratu dignum est in nostro exemplari historiam continuatam esse usque ad Baghdâdum ab Hulâku anno 656 expugnatum, ut in Cod. Vindob.

Codex anno 754 bene exaratus est.

Bibliothecae dono dedit Hooykaas Herderschee.

Anno 1836 prodiit tomus primus versionis Gallicae ab L. Dubeux factae; annis 1867—1874 totius operis versionem Gallicam dedit H. Zotenberg, qui quare regno al-Moʿtazzi finem fecerit, nescio.

Al. ex., praeter illa de quibus Zotenberg in praef. ad Tom. I loquitur: Bodl. (Uri) 40 (p. 277), Ouseley 269—276 (4 ex.), Radcl. (Fraser p. 4); Vind. (Flügel) 829; Gotha Pers. 24, 25; Caes. Petrop. 264—266, Mus. Asiat. 572; cf. Chwolson, *Ueber die Ueberreste der alt-Babylonischen Literatur*, p. 132, n. 281; Nan. 78; Berol.

(Sprenger) 43, 44. In nonnullis bibliothecis exstant praeterea exemplaria versionis Turcicae, quae ex Persica facta est quaeque edita est Constantinopoli.

DCCCXXV. (Cod. 140 Gol.)

Secundum volumen versionis Arabicae Compendii Persici a Balᶜamîo facti, operis at-Tabarîi; cf. Kosegarten, Vol. I, Praef. p. xxiii seqq. Facta est haec versio, anno 935—937, a Khidhr ibn-Khidhr, cujus integra genealogia est: خضر بن خضر بن الحاجى حسن بن الحاجى محمد بن الحاجى حسن بن الحاجى اسماعيل بن الحاجى على الآمدى.

»Incipit hoc volumen a nativitate Mohammedis, desinit in caede Hosaini (die 10 Moharremi A. H. 61. Chr. 680) et extremo loco narrat, quomodo caput Hosaini captivasque mulieres et pueros Obeidollah miserit ad Jezidum, qui Alidas paucis post diebus Medinam deducendos curaverit." Hamakerus in *Spec. Catal.* p. 20.

Codex, ab ipso interprete exaratus, continet minutae et inelegantis scripturae pp. 961.

DCCCXXVI. (Cod. 1485)

Versio Arabica e versione Persica facta, in qua tamen partim textus abbreviatus est, partim locupletior est. In initio 7 folia perierunt; procedit ad mortem Marwâni, ultimi Khalîfae Omayadarum. In Codice e quo hic transcriptus fuit, lacuna erat inde a media historia Mokhtâri (in vers. Zotenberg IV, 95) ad mediam narrationem de Ibrâhîmo al-imâmo capto et necato a Marwâno (Zotenb. p. 336). In Codice nostro haec lacuna sine ulla indicatione est. Praecedit index capitum anno 83 (i. e. 1083?) confectus. Margo multas glossas et emendationes continet.

In fine voluminis (f. 417 seqq.) varia annotata sunt: 1° ما اخذت من المواهب اللدنية ولم يذكره الطبرى الا بعضه بطريق الاجمال. Opus المواهب اللدنية est Commentarius ad القواعد الشرعية auctore Mohammed ibn ᶜIrâq (+ 933). Haec excerpta agunt de expeditionibus a Propheta missis (6 fol.). Abrupte desinunt. 2° Pars ultima

libri روضة العلماء (H. Khal. III, 505) et quidem cap. 104 في ذم النفاق, cap. 105 في فضل قلة الاكل وذم الاكل, cap. 106 في فضل الصحابة et cap. 107 في فضل السلام, singula مسائلة وعظات, sed folia turbata sunt et quaedam desiderantur (8 fol.). Operis hujus ex. exstat in Mus. Brit. 745. Codex Bonon. (apud Rosen) 113 (1) fortasse alium habet auctorem. Liber ejusdem tituli et argumenti in Bibl. Dresd. 176 adscribitur Zamakhscharîo.

Quae implent folia seqq. sine ullo valore sunt.

Bibliothecae dono dedit de Goeje, qui librum acceperat a Jûsof al-Châlidî quum Vindobonae degeret.

DCCCXXVII. (Cod. 127 Gol.)

Volumen secundum operis مروج الذهب auctore al-Mas^cudî, qui anno 336 hunc librum absolvit. Ab initio post titulum pauca folia desiderantur. Nunc incipit in media historia necis reginae az-Zabbâ (editionis Paris. III, p. 196 l. 7 ثم طعن) et pergit ad finem regni Jazîd ibn-Mo^câwia (ed. Par. V, p. 168 l. 2). Sunt 300 pag.

Charactere Africano optime scriptus est Codex; anni nota caret, sed valde antiquus est. In margine variae lectiones ex alio exemplari ab ipso librario annotatae reperiuntur.

DCCCXXVIII. (Cod. 282 Warn.)

Tomus prior ejusdem operis, continens cap. 1—85 (ed. Paris. I—V, p. 14).

Anno 963 descriptus est Codex ex exemplari valde aegroto, ut dicunt (سقيمة جدّا), quapropter librarius lectori qui meliore Codice nacturus sit, commendat ut cum hoc denuo textum conferat. Sunt 414 pag. formae maximae.

DCCCXXIX. (Cod. 537 Warn.)

Duo volumina ejusdem operis, alterum 537*a* continens librum ab initio ad finem cap. 32 (Vol. I et II edit. Paris.), alterum 537*d*, in titulo tomus quartus vocatus, ab initio khalifatus ʿAlîi ad mortem ʿAbd-al-Maliki (ed. Paris. IV, 288 ad V, 360). Sprenger in Praefatione ad versionem Anglicam de hoc Codice dicit (I,

p. LXX): »It is very ancient, made by a man of great learning, and therefore very correct. Sometimes, however, when he found a corrupt passage, he gave a wrong sense to it in his corrections. But it is, at all events, the best copy in existence. On the margin one sometimes finds valuable variants, written by a later hand". Fugisse videtur virum doctissimum subscriptio tomi primi, quae sic audit: نساخة العبد الفقير الى الله تعالى محمد بن قاسم النويرى غفر الله له ولوالديه ولذريته ولجميع المسلمين امين امين. Hic autem Moḥammed ibn-Qâsim an-Nowairî vixit medio saeculo octavo, teste H. Khal. II, 107.

DCCCXXX. (Cod. 2392).

Fragmentum ejusdem libri, continens inde ab initio khalifatus ʿAlîi ad mortem Jazîdi (edit. Par. IV, 288—V, 168). Apographon recens sine anni nota in Oriente exaratum.

Emtus e libris Dozy.

Totum opus Masʿudîi editum est Parisiis a Barbier de Meynard 1861—1877 (9 tomi), qui praeter Codices Paris. nostris quoque usus est. Ed. Bulaqi prodiit anno 1283 (1866). Alii Codices: Mus. Brit. 272, 273; Bodl. (Uri) 707, 711 (1), 792, 815, 994; Cantabrig. 61, 62 (Preston p. 3); Caes. Vindob. 806, 807; Mus. Asiat. Petrop. (v. Rosen) 219 apographon Codicis Qâhirensis; Bibl. de Gayangos; Argentor. v. Zeitschr. D. M. G. 1886, p. 306; etc.

DCCCXXXI. (Cod. 767 Warn.)

Hamzae Ispahanensis Annales; quem librum, anno 350 absolutum, edidit Gottwaldt, qui de nostro Codice egit p. XXII.

Excerpta hujus operis existunt in Bibl. Ambros. (Hammer n. 340) et Mus. Brit. 349 (2).

DCCCXXXII. (Cod. 159 (2) Gol.)

تعليقات من كتاب التعريف بطبقات الامم. Breve excerptum ex طبقات الامم, auctore Abu-'l-Qâsim Çâʿid ibn-Ahmed ibn-Çâʿid, qâdhîo Toletano (+ 462). Agit hoc excerptum de Persis, Chal-

daeis, Graecis, Coptis, Turcis, Indis, Sinensibus, Arabibus et Judaeis (in quo loco Codex abrupte desinit).

Sunt 33 pp., a Turca, linguae Arabicae imperito, exaratae. ·Idem excerptum est in Mus. Brit. 281 (1).

DCCCXXXIII. (Cod. 1008 Warn.)

شذور العقود، فى تأريخ العهود „ sive compendium libri c. t. „المنتظم، فى تواريخ الامم„, auctore Abu-'l-Faradj ibn-al-Djauzî (+ 597). Cf. H. Khal. IV, 19. In fronte Codicis falsus exstat titulus operis majoris, qua de re cf. de Jong in Cat. Codd. Orient. Acad. Reg. ad num. 102, qui alterum hujus compendii exemplar idque integrum continet. Noster enim Codex initium tantum continet a creato mundo usque ad Christum.

Codex anni nota caret, sed possessoris nota gerit annum 994, neque multo antiquior est. Sunt 32 folia.

Exceptis hisce duobus exemplaribus aliud non innotuit.

DCCCXXXIV. (Cod. 973 Warn.)

Pars Chronici c. t. „مرآة الزمان، فى معرفة الخلفاء والاعيان„ auctore Abu-'l-Mothaffar Jusof, vulgo *Sibt ibn-al-Djauzî* (i. e. *filius filiae Ibn-al-Djauzîi*) dicto (+ 654). In titulo hoc volumen *secundum* vocatur, agitque de regibus Persiae, de antiqua Arabum historia et de Mohammede.

Codex anno 729 non male exaratus est.

DCCCXXXV. (Cod. 88 Gol.)

Alia pars ejusdem operis, quae incipit in medio anno 479 et pergit usque ad annum 533 incl. Spissum volumen currente calamo exaratum est anno 734.

Al. volumina magni hujus operis: Paris. (de Slane) 1505, 1506; Mus. Brit. 279 (2); Bodl. (Uri) 294 (2), 679, 682, 723, 759; Bibl. Cureton (unum volumen); Goth. (Pertsch) 1556; Escur. 1639, 1640, 1641; Cid-Hammouda (p. 16); Mon. 937. Praeterea v. quae annotavit Pertsch ad Cod. Goth.

DCCCXXXVI. (Cod. 125 Gol.)

تَأْرِيخُ ٱبْنِ ٱلْعَمِيدِ. Elmacini i. e. al-Makîni (+ 672) historiae pars prior quae explicit in historia Heraclii. Pars altera, cujus editionem paravit Erpenius secundum Codicem ipsius, qui nunc servatur in Bibl. Univ. Cantabrig., paullo post mortem ejus anno 1625 Leidae prodiit. Codex anni nota caret.

Alii: Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 161, 191 (2); Vindob. (Flügel) 884; Mon. 367; Goth. (Pertsch) 1557; ceterum v. Pertsch ad Cod. Goth.

DCCCXXXVII. (Cod. 1954 = Amîn 231).

Hic Codex titulo destitutus et a fine mancus est. Quum autem initium supersit patuit nos hic habere alterum exemplar al-Makîni historiae et quidem voluminis II. Instituto examine suspicio omnino confirmata est. Codex noster usque ad mediam paginam 222 editionis Erpenii pergit.

Codex non male scriptus, sed antiquus non est. In primo folio manu Amîni false inscriptus est Compendium Tabarîi factum ab Abu 'l-Hasan Mohammed ibn Abd-al-Malik al-Hamadhâni (+ 521).

DCCCXXXVIII. (Cod. 533 Warn.)

مُخْتَصَرُ ٱلدُّوَلِ. Gregorii Abu-'l-Faradj (+ 685) Historia, a Pocockio edita. It. Beryti 1890 (edidit Salhani). Codex anni nota caret, sed initio saeculi noni scriptus fuisse videtur, quia manu scriptoris in fine adnotatum reperio, arcem Mâridîni ab al-Malik aç-Çâlih f. regis Iskander al-Ortokî traditam fuisse Emîro Jusof f. Emîri Karâ Mohammed anno 814 (800 certum est, 14 dubio obnoxium).

DCCCXXXIX. (Cod. 985 Warn.)

Alterum exemplar ejusdem libri. In fine nomen auctoris etiam Syriacis litteris scriptum est. Hic Codex similiter anni nota des-

titutus est, sed praecedenti antiquior est. In primo folio possessor Codicis describit pestem in urbe Mâridîn anno 1651.

Alia exempl.: Bodl. (Uri) 96, 97; Havn. 121; Palat. 117; Mon. 377; Mus. Brit. 931, 1222—23; Petrop. (Rosen, Collect. Scientif.) 37; von Kremer 6; Sprenger 54.

DCCCLX. (Cod. 554 Warn.)

المُخْتَصَر، فِي أَخْبَارِ الْبَشَرِ. Abulfedâi (+ 732) Annales.

Hic Codex, quo Reiskius ad suam editionem usus est, anni nota caret.

DCCCLXI. (Cod. 851 Warn.)

Pars prior ejusdem operis (usque ad annum 402). Etiam hic Codex anni nota caret, sed praecedente multo recentior est.

Parisiis est exemplar ipsius auctoris jussu exaratum et ab eo correctum; cf. Cat. de Slane 1508—13. Alia: Bodl. (Uri) 686, 687, 689, 760, 765; Palat. 109, 110; Vatic. 272, 753—758; Escur. 1636, 1755; Mus. Brit. 281 (2) exc., 349 (1), 354, 1234, 1436 (5) exc.; compend. (لب لباب) Petrop. 115.

Editum est Constant. 1286 et abbreviata forma cum appendice Ibn-al-Wardîi Qâhirae 1285.

DCCCLXII. (Cod. 1700*a* et *b*).

Duo haec volumina complectuntur historiam Damasci ab anno Hidjrae 709—718. Auctor imprimis hoc agit ut quavis mense annotet virorum celeberrimorum obitum ita ut magna necrologia dici possit. Statim comparet nos hic habere fragmentum magni operis sed nomen auctoris vel operis *titulus non* memorantur. Nec tamen difficile fuit majorem lucem afferre, nam sub anno 713 auctor memorat mortem filii carissimi Abu-'l-Fadhîl Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Mohammed ibn-Jusof ibn-Mohammad ibn-Jusof ibn-Mohammed al-Barzâlî. (Cf. Cod. 1700*a*, p. 260). Auctor libri itaque est celeberrimus ʿAlam-ad-dîn Abu-Mohammed al-Qâsim ibn-Mohammed ad-Dimaschkî vulgo *Barzâlî* dictus + 739. Cf.

Orient. II, 371. Habemus igitur fragmentum magni operis تاريخ البرزالى de quo vide H. Khal. II, 118.

Codex noster teste subscriptione prioris voluminis A. H. 752 tredecim annis post mortem auctoris scriptus est. Ceterum opus periisse videtur. Emtus est Codex Parisiis anno 1876 in auctione Perron n. 6.

Excerpta hujus operis continet Cod. Goth. (Pertsch) 1569. Continuatio ibid. 1758.

DCCCLXIII. (Cod. 1721 = Amîn 1).

تَارِيخُ ٱلْإِسْلَامِ auctore ad-*Dhahabîo* (+ 748). Pars quae hoc Codice continetur complectitur annos 241—350. Usque ad annum 300 omnia ex ordine sequuntur, deinde autem lacuna observatur, nam fol. 179 versatur in media sectione annorum 211—220 quae pergit ad fol. 189 r. Hanc excipit initium sectionis 220—230 ad fol. 190 v. Deinde sine introductione viri sectionis annorum 301—310 recensentur et pergit Codex ad annum 350. Est autem liber autographus, prima auctoris redactio (المسوّد), in qua nondum omnia in ordinem redacta sunt et forte nonnulla perierunt. Eximius valor hujus Codicis imprimis eo augetur, quod illa pars, quae continet annos 241—300 in bibliothecis Europae adhuc desiderabatur. Cf. Wüstenfeld, *Die Geschichtschreiber der Ar.* n. 410, p. 173. In fine hoc volumen dicitur tertium, ut quoque minio in fronte Cod. adscriptum est a possessore.

Numerus foll. est 245.

DCCCXLIV. (Cod. 428 Warn.)

Compendium magnae historiae ad-Dhahabîi c. t. تاريخ الاسلام, ab ipso auctore factum. Titulus in hoc Codice est: كتاب دول الاسلام على الولاء وخلفاء الامة وملوكها واعلامها تاليف الشيخ الامام الحافظ الحجة شمس الدين الذهبى قدس الله روحه ونوّر ضريحه والحمد لله وحده. Incipit a Mohammede et pergit usque ad annum 744.

Codex bene exaratus est anno 772; sed ipse librarius testatur, se hoc exemplar ex mendoso Codice descripsisse.

DCCCXLV. (Cod. 988 Warn.)

Idem liber. Titulus hic est: كتاب الدول مختصر من تاريخ الاسلام. Codex anno 885 exaratus est.

Volumina magnae historiae ad-Dhahabîi et exemplaria compendii sunt in Bibl. Paris. (De Slane) 1580—83; supplem. ibid. 1598—1600; exc. ibid. 2074, 2076; Bodl. (Uri) 647, 649, 652, 654, 656, 659, 764, 803, 812, 843, 853 (1); cf. Doct. Lee 71 (ed. sec.); Goth. (Pertsch) 1563—65; supplem. ibid. 1574; Vind. (Flügel) 809 (comp.); Havn. 133; Mus. Asiat. Petr. (مع منتخب من ذيل السخاوى) (Rosen) 165; cf. Ambros. 238 et Escur. 1659; Cid-Hammouda (p. 15) (ذيل ذيل الذهبى); Argentor. (Spitta) 12; Mon. 378; Mus. Brit. 1636—41, comp. ibid. 1491; Sprenger 56 (exc.).

DCCCXLVI. (Cod. 320 (2) Warn.)

Appendix ad *magnum* opus historicum ad-Dhahabîi, qua exponitur de ingenti numero illustrium hominum (non tantum virorum, sed etiam feminarum), qui inter annum 701 ad 740 mortui sunt. Haec appendix ab ipso ad-Dhahabîo confecta, sed ab alio quopiam edita est; nam prima verba in nostro Codice post *bismillam* sunt haec: اخبرنى غير واحد مشافهة وكتابة عن الامام الحافظ الكبير شمس الدين ابى عبد الله محمد بن احمد بن عثمان ابن قايماز رحمة الله تعالى عليه قال هذا مجلد ملحق بتاريخ الاسلام شبه الذيل عليه فيه نحو من اربعين سنة اولها سنة احدى وسبعمائة; et praeterea in fine operis de viro agitur, qui anno 750 obiisse legitur; quum autem ad-Dhahabîum jam anno 748 mortuum fuisse constet, locum illum non ad-Dhahabîo sed operis editori tribuamus necesse est. Observandum etiam est, ad-Dhahabîum de paucis exposuisse, qui *post* annum 740 diem supremum obierunt.

Codex, 227 paginis constans, in urbe Mekka exaratus est

anno 875; puncta diacritica saepe desiderantur, sed textum valde emendatum esse, judicavit Weijers, qui de hoc libro exposuit in *Orient.* II, p. 179 seq.

DCCCLXVII. (Cod. 1957 = Amîn 234).

Hic Codex ab initio et a fine mutilus continet chronicon Arabicum agens de annis 261—304. Auctor primo breviter exponit de rebus politicis sub singulis annis et deinde copiose agit de viris doctis, poetis etc., qui illo anno mortui sunt. Continet plura quae in aliis libris ejusdem generis frustra quaeruntur, sed neque nomen auctoris neque libri titulus in Codice memorantur. Eum autem pertinere ad auctores recentiores mihi librum perlustranti patuit, quum v. g. laudatos viderim Dhahabî (+ 748), Ibn-Fadhl-allâh (+ 749) et aç-Çafadî (+ 764). Conjeci igitur auctorem esse Fakhr ad-dîn Mohammed *ibn-Schâkir* al-Kotobî (+ 764) et operis titulum esse عيون التواريخ, ad quam suspicionem confirmandam rogavi Vir. Clar. W. Pertsch, ut nonnulla verba e nostro Codice descripta conferre vellet cum Codice Gothano n. 1567, in quo etiam pars hujus chronici ab annis scilicet 297—337 continetur. Examine instituto suspicio probata est: Codices partes ejusdem libri continent.

Quod ad externum habitum Codicis attinet, bene scriptus est et satis antiquus videtur; puncta diacritica interdum desunt.

Alia exempl. hujus operis enumerantur apud Pertsch l. l. (Cat. Par. 1586, 1587, 1588, von Kremer n. 2). Damasci in Bibliotheca Kobbae Melik Thâhir (Cat. p. 84 n. 43—49) septem tomi hujus operis asservantur.

DCCCXLVIII. (Cod. 1722 = Amîn 2)

البِدَايَةُ والنِّهَايَةُ فِى التَّأْرِيخ auctore *Ibn-Kathîr* (+ 774). Exordium voluminis, quod hic habemus, usque ad fol. 67, versatur in exponendis prophetae privilegiis et honoribus, quae finem constituunt biographiae Mohammedis. Deinde f. 67 r. legimus hanc inscriptionem: كتاب تاريخ الاسلام الاول من الحوادث الواقعة فى الزمان

ووفيات المشاهير والاعيان تاليف اوحد الزمان ترجمان القران. Nomen auctoris deest, nam statim ipse textus incipit ab enarrandis iis, quae inde ab anno 11, postquam Abu-Bekr khalifa factus est, evenerunt usque ad mortem khalifae Othmâni. De libro ipso cf. praeter H. Khal. in v. Wüstenfeld, *Die Geschichtschr.* etc. n. 434 p. 184.

Codex noster subscriptione caret sed satis antiquus est, et ad nonum saeculum Hidjrae accedere videtur. Charactere neskhi scriptus est et foll. continet 249.

Al. exempl. Paris (de Slane) 1515—16; Goth. (Pertsch) 1568—69. Versio turcica Lips. 274—75. Cet. v. Pertsch ad Cod. Goth.

DCCCXLXIX. (Cod. 1526 (2) Testa).

Haec pars Codicis 1526 post *bismillam* hanc offert inscriptionem: فهذا مجموع من البداية والنهاية لابن كثير. Hic autem 35 paginarum libellus nihil continet praeter traditiones de Propheta ex Ibn-Kathîri opere excerptas. Recens est et male exaratus.

DCCCL. (Cod. 1350, 48 Gol., 1145 Warn., 1414, 1351)

Omnes hi Codices partes continent celebratissimae Historiae Universalis Ibn-Khalduni (+ 808). Ordiar a Codice 1350, quinque voluminibus formae maximae constante [1]). Hamakero rogante descriptus est Tuneti annis 1236—1242 (1820—1826) ex exemplari quod, ni fallor, in quadam illius urbis mosquea asservatur, magnoque pretio pro Bibliotheca emtus est quum totum Ibn-Khalduni opus continere censeretur. Sed aut exemplar Tunetanum, ex quo nostrum descriptum est, imperfectum est, aut librarius Tunetanus Hamakerum decepit; nam longe abest ut Codex 1350 opus Ibn-Khalduni absolutum contineat. Ipse Hamakerus animadvertit,

---

1) Tornberg anno 1840 dixit (in libro c. t. *Ibn-Khalduni Narratio de expeditionibus Francorum in terras Islamismo subjectas*, p. 5), Weijersium descriptionem nostrorum Ibn-Khalduni Codicum editioni parare. Certo affirmare possum, scripsit Dozy, Weijersium in animo quidem habuisse aliquando de iis referre, sed aliis negotiis impeditum fuisse quominus Codices nostros describeret atque adeo accuratius examinaret.

secundam tantum partem Historiae Berberorum illo contineri; hanc ob causam a Gråberg de Hemsö emtus est Codex 1351, *primam* Historiae Berberorum partem et secundae partis initium continens. Sed hoc Codice coëmto nondum factum est ut *totum* habeamus opus; desideramus enim plus quam totum volumen, ut mox patebit. Caeterum Codex 1350 manu Africana, valde sibi constante, eleganter exaratus est, et modo ei sis assuefactus, lectu non est difficilis. Mendis scatet et haud paucis laborat lacunis, quas in suo archetypo se invenisse testatur librarius; sed absolutae singularum dynastiarum historiae subjunguntur in hoc Codice tabulae genealogicae, quae in Codicibus Parisiensibus desiderari videntur.

Primum volumen Codicis 1350 continet Prolegomena, quorum major pars exstat quoque in Cod. 48, qui desinit in initio capitis c. t.: فصل فى اشعار العرب واهل الامصار لهذا العهد; sed librarius suum apographum non continuavit, quia Codex quem describebat, pessimum offerebat textum; quod ipse testatur his verbis: وهذه القصيدة وما بعدها لما وجدناهم (sic) فى غاية السقم تركنا كتابتهم وبهم يتم هذا الكتاب وكذلك جميع هذا المؤلّف من اوله الى اخره فى غاية السقم وعدم الصحّة مِنْ كاتب نسخة الاصل فلا حول ولا قوة الا بالله. — Parvus Codex 1145 incipit a capite, quod Sacyus in primo Chrestomathiae volumine edidit. Sunt 37 paginae, currente calamo et punctis diacriticis saepe omissis exaratae.

Secundum volumen Codicis 1350 primum de variis nationibus harumque origine agit; tum de historia Arabum ante Mohammedem, cui intermiscetur historia Abrahami, الخبر عن ملوك بابل من النبط والسريانيين وملوك الموصل ونينوى من الجرامقة, deinde de historia Coptorum, Israëlitarum, Jesu Christi, ejus discipulorum et sectarum Christianarum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Imperatorum Byzantinorum et Gothorum (imprimis Wisigothorum in Hispania). Tum transit scriptor (fol. 151 v.) ad Omaijadas, quorum historia hoc volumine absolvitur. Observandum igitur est, partem illam de Mohammede et de quatuor primis khalifis

agentem, quam ipse Ibn-Khaldun in Indice (Vol. II, fol. 6 v. et 7 r.) commemorat, in Codice nostro desiderari.

Volumen tertium agit de historia Abbâsidarum (cum Bagdâdi tum in Aegypto), Idrîsidarum in Africa (198 r.), τοῦ صاحب الزنج (208 r.), الخبر عن دعاة الديلم والجيل من العلوية وما كان لهم من الدولة بطبرستان للداعى واخيه أوّلاً ثمّ للاطروش وبنيه وتصاريف ذلك الى انقضائه (210 v.), de historia Obaiditarum (215 v.), cui subjungitur historia gentis Banu-Hamdun, principum al-Masîlae et az-Zâbi (243 r.), de Karmatis in al-Bahrain (244 r.), de Ismâilitis in Irâko, Persia et Syria (249 r.), de Ismâilitis ex Banu-'l-Hasan Mekkae (252 r.), de Hâschimitis ex Banu-'l-Hasan Mekkae (254 r.), de Banu-Katâda, Mekkae emîris, deque Banu-abî-Nomai (256 r.), de Banu-Mohannâ, Medînae emîris (258 v.) et de Banu-ar-Rassî Zaiditis Çaᶜdae (261 r.).

Volumen quartum agit de historia Hispaniae, nempe de praefectis, de Omaijadarum dynastia, de parvis dynastiis, de iis qui ab Almoravidis defecerunt, imprimis de Banu-Mardanîsch, de Ibn-Hud qui ab Almohadis defecit, de Banu-'l-Ahmar Granatae regibus, de regibus Christianis in Hispania; tum de iis qui Abbâsidarum imperium agnoscebant, nempe de Aglabitis in Africa (40 r.) et de historia Siciliae et Cretae, de iis qui in Jamana aut Abbâsidarum aut Obaiditarum imperium agnoscebant (54 v.), de Banu-Hamdân (64 v.), de Banu-ʿOkail in urbe al-Maucil (78 v.), de Mirdâsitis (87 r.), de Banu-Mazjad (90 r.), de Tulunidis (99 r.), de Banu-Marwân in Dijâr-Bekr (112 r.), de Çaffâridis 115 v.), de Sâmânidis (122 r.), de Banu-Seboktekîn (138 r.), de Turcis in Kâschgar (156 r.), de Guridis (161 r.), de Bujidis (173 v.), de Waschmegîr ejusque posteris (221 v.), de Mosâfiridis (225 v.), de Schâhînidis (229 r.) deque reliquis qui in al-Botaiha regnarunt, et denique de Banu-Hasnawaih (232 v.). — Jam quum volumen quintum idemque ultimum solummodo de historia Berberorum agat, certum est collato Indice (Vol. II, fol. 7 r.), complura inter volumen quartum et quintum desiderari, nempe historiam Seldjukidarum, gentis Khowârezm-Schâh, gentis Saᶜmân (سعمان) in Khilâto et Armenia, Ortokidarum, Atâbekorum al-Maucili et

Halebi, Aijubitarum, Mamlukorum, Rasulidarum in Jamana, Tatarorum, Othmânorum caet.; quae tanta sunt ut totum volumen implere posse videantur.

De quinto volumine Codicis 1350 et de Codice 1351 (anno 1242 incomte exarato), qui Historiam Berberorum continent, non opus est ut exponam, quoniam hoc fecit de Slane in praefatione ad suam hujus partis editionem, ad quam nostris etiam Codicibus usus est. Addo itaque tantum, in fine Codicis 1350 exstare vitam Ibn-Khalduni, ab ipso scriptam, quam ἐπιτομῶς vertit de Slane in Diario Asiatico. — Codex 1414 continet initium narrationis de Zenâtensibus, ab Hamakero Latine versum (Hamak. Catal. p. 113, n. 11).

Aliae partes Ibn-Khalduni: Paris. (de Slane) 1517—35; Bodl. (Nic.) 124, 125; Mus. Brit. 934, 1237—38; Vindob. (Flügel) 815—16; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 172, 173, 174 (3 exempl. Prolegomenorum); Madr. 118, 550; Tubing. 345; Mon. 373. De Codice Prolegomenorum quem Acerbi Bibliothecae »di Brera in Milano" dedit, egit hic in *Biblioteca Italiana* (1831), tom. 61, p. 292 seqq. Versio Turcica Prolegomenorum est in Bibl. Caes. Vind. (Flügel) 1817—20. Praeter Historiam Berberorum quem anno 1847 edidit de Slane, deinde Gallice vertit, Quatremère edidit de Slane vertit Prolegomena annis 1858—68. Prolegomena deinde edita sunt Bulaki anno 1274 (1857), et totum opus ibid. anno 1284 (1867). Beryti edita sunt Proleg. annis 1284, 1289.

DCCCLI. (Cod. 32 (1) Gol.)

Chronicon Ibn-as-Schihnae (+ 815), c. t. رَوْضُ المَنَاظِرِ، فِى عِلْمِ الأَوَائِلِ والأَوَاخِرِ؛ opus parvi momenti.

Sequuntur 4 paginae continentes excerpta ex Ibn-al-Djauzîi chronico de Abu-Dolaf conditore urbis كَرَج.

Codex anno 854 exaratus est. Alia exempl.: Mus. Brit. 283, 1239; Bodl. (Uri) 666 (1), 797, (Nic.) 145, 146 (1), 153; cf. Lee 35; Vindob. (Flügel) 821; Acad. Orient. Vind. 243; Havn. 124;

Vatic. 271, 276, 279; Escur. 1833; Wetzstein 10 (a); Paris. (de Slane) 1537—41, exc. ibid. 2212 (2).

DCCCLII. (Cod. 814 (3) Warn. fol. 99—181).

Titulus in Codice est: وفيات على ترتيب الاعوام للشيخ عبد الرحمن الحروفى الوفاق الحنفى عملها فى دولة السلطان مراد خان ابن محمد خان بن يلدرم خان بمدينة بروسة من اول وفات سيد المرسلين الى علم سبعمائة; quibus verbis libri argumentum satis accurate indicatur. Incipit exile chronicon a verbis: الحمد لله الذى اطلع من سماء ذاته السبوحية, unde patet nos habere idem opus quod recensetur ab H. Khal. III, 221, sub titulo: درر فى الحوادث والسير. In praefatione auctor se ipse vocat Abd-ar-Rahmân ibn-Mohammed ibn-Alî ibn-Ahmed al-Bistâmî (+ 845); librum dedicat sultâno Morâdo, quem magnificis laudibus ornat, et in operis fine testatur, se illud anno 835 absolvisse.

Codex nitidus et recens est.

Simile opusculum ejusdem auctoris sed a nostro diversum recensuit Pertsch, Cat. Goth. n. 1738.

DCCCLIII. (Cod. 1723 = Amîn 3).

„عِقْدُ الْجُمَانِ، فِى تَارِيخِ أَهْلِ الزَّمَانِ“ auctore Mahmud *al-ʿAinî* al-Hanafî (+ 855). Cf. supra p. 10 descript. Cod. 1156. Est volumen secundum teste subscriptione Codicis quam integram h. l. describam quantum legi potest: تم الجزء الثانى من عقد الجمان فى تاريخ اهل الزمان للامام البدرى قضاى (sic) القضاة محمود العينى الحنفى تغمده (?) الله برحمته واسكنه فسيح جنته الرتع بخط الكريم يوم الجمعة اخر النهار العاشر من ربيع الاخر حجة ٨٢٥ ووافق الفراغ منه الثالث من اول فصل مهرجان (?) على يد كاتبه محمد بن عبد العالى الوفاى فى سابع عشر ذى قعدة الحرام علم ٨٨٨ من الهجرة النبوية فى ايام

والعشرة وقبل البعثة وأو... Initium Codicis versatur in historia Ibrâhîmi, deinde auctor pergit describenda historia Israelitarum et gentium, ut solent Arabes, usque dum in fine Codicis pervenit ad historiam antiquam Arabum.

Codex aqua laesus grave damnum passus est ita ut sine difficultate legi nequeat; de opere ipso cf. Wüstenfeld. *Die Geschichtschreiber etc.*, n. 489, p. 219; von Rosen, *Notices Sommaires etc.*, I, p. 120, n. 177.

Ab initio 9 folia interierunt; supersunt 229 folia.

Alii Codices hujus operis Paris. (de Slane) 1542—44; Petrop. (v. Rosen l. l.); Cantabr. (Prest. p. 1.); Lee 41 (ed. prim.); Escur. 723 (tom. I ut videtur). Versio Turcica auct. Monîrzâde exstat Constantin. in Bibl. Sultani Abd-al-Hamîd I, Cat. p. 118 n. 318—325.

DCCCLIV. (Cod. 53 Gol.)

كتاب الجمان، في مختصر أخبار الزمان" auctore Mohammed ibn-Alî ibn-Mohammed ibn-Hosain as-Schâtibî[1]), qui medio saeculo nono scripsisse videtur. Exile compendium historiae universalis, de quo cf. de Sacy in *Notices et extraits* II, p. 124 seqq. et de Slane in Catalogo Algeriensi p. 8.

Codex incomta manu Africana pessime exaratus est anno 1008. In charta involucro Codicis agglutinata est delineatio arboris balsami, cum amphoris in quos opobalsamum colligitur. Subscribitur البلسان.

Alia exempl.: Paris. 1545—49; Goth. 1575; Vindob. (Flügel) 911—12; Havn. 126; Alger. (p. 8); von Kremer 5; Madr. 122, 513; cf. porro Pertsch III, 205.

DCCCLV. (Cod. 819 Warn.)

Exile compendium historiae Islâmiticae, in quo imprimis anni notati sunt quo viri docti obierunt. Vocatur وفيات الاعيان; incipit a morte Mohammedis et pergit usque ad annum 965. Divisum est in novem capita, quorum singula centuriam continent.

---

1) In libri initio est: الشطيبى, sed in fine الشاطبى.

Sub anno 959 memorat mortem »magistri mei et patris Maulâ Schams-ad-dîn Ibrâhîmi academici (المدرّس) filii, vulgo *Modarris-Zâdeh* appellati". Ipsius auctoris nomen non comparet, sed Constantinopoli vixisse videtur. Libri finis est: وفى سنة ٩٦٥ توفى المولى محمد بن حسام الدين كان حسام الدين من ابناء الروم ومن موالى محمد پاشا ثم قرا وصار قاضيا ببعض البلاد وخلف ولده محيى الدين المذكور وقرا هو على علماء عصره منهم ابن كمال پاشا ثم صار مدرسا بالمدارس العالية ثم صار قاضيا بمدينة بروسا مرتين ثم بأدرنة ثم مات قاضيا بقسطنطينية كان عالما فاضلا وكان له اطّلاع على علم الكلام ومهارة فى علم الفقه وكانت له ممارسة فى النظم واطّلاع على علم التواريخ والمحاضرات.

Codex subscriptione caret.

DCCCLVI. (Cod. 182).

«أَخْبارُ الدُّوَلِ، وآثارُ الأُوَلِ», auctore Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Jusof ad-Dimaschkî (+ 1019), qui anno 1008 hoc opus composuit. Est notissima historia universalis, in praefationem et 55 capita divisa, cujus argumentum tradidit Rasmussen, *Annales Islamismi*, Praef. p. IV—VI. Idem l. l. p. 61—134 partem hujus libri Latine vertit.

Codex noster (502 foll.) anno 1016 bene exaratus est.

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 36 n. 726).

DCCCLVII. (Cod. 1978 = Amîn 255).

Ejusdem libri alterum et pejus exemplar sordide exaratum anno 1201.

Alia exempl.: Goth. 1579 (fragmentum); Petrop. (Rosen, Collect. scientif.) 52—54; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 185, 186; Paris. (de Slane) 1556—59; Madrid 582; cet. v. Pertsch ad. Cod. Goth.

Editus est Qâhirae 1290 in marg. operis al-Kâmil auct. Ibn-al-Athîr. Lithograph. Bagdâd 1283.

DCCCLVIII. (Cod. 1992 = Amîn 269).

Secundum titulum hic Codex continet epitome (كتاب منتزع) »e chronico Christiani quod vocatur Dynastiae mundi" (دول العالم), et incipit verbis هذه فوائد منقولة من تاريخ النصرانى جعل فيه دول العالم عشرا (Cod. عسر) اولها دولة (Cod. دول) الانبياء وفى الله كانت قبل الطوفان وبعده الخ. Intelligitur Abu 'l-Faradji Historia dynastiarum; et epitome subsistit in loco ed. Pocock. p. 527 l. paen. Deinde Codex continet continuationem quae incipit in medio anno 892 et procedit ad medium annum 1160. Sed interrumpitur historia al-Mowaffaki (ed. Pocock. p. 273) a duobus fragmentis. Prius post bismillam et doxologiam incipit اما بعد فهذه نبذة لطيفة منتزعة من اخبار الفتن الحادثة على روس القرون من اول الاسلام الى عصرنا وسميتها الشعون فى حوادث القرون. Tantum initium hic habemus (11 pag.) agens de Khâridjitis tempore al-Haddjâdji. Alterum abrupte incipiens et desinens versatur in historia Hispaniae. Sunt 34 fol., quibus accedunt in fine voluminis 17, male ordinata et quae a primis fere annis saeculi secundi ad initium quinti procedunt. Laudantur saepe Ibn-Haijân, Ibn-Baschkowâl, alii et bis quoque Ibn-Khaldun.

Totus Codex sordide exaratus 152 fol. continet.

DCCCLIX. (Cod. 2021 = Amîn 298).

Codex duabus partibus constat quarum prior (18 fol.) 27 Redjeb anno 1245 scriptus a Mohammed ibn-as-Scheikh ʿAtîya sine titulo aut introductione incipit: باب حاوى اسماء الشجعان من الصحابة اسماء الجبنى من العرب وغيرهم (sic) وغيروا. Hi viri intrepidi in tres classes dividuntur. F. 8 r. incipit caput alterum ذكر الجبن واخبار الجبناء وما جاء عنهم. Sed f. 10 traditiones continet de liberis parvulis, f. 11 incipit ومن ذلك ما حكى et est continuatio capitis de beneficentia et de laudatione grati animi. Pars altera est historia universalis, sed prototypus hujus Codicis mirificum in modum turbatus fuisse videtur, nam incipit abrupte versiculis quos recitasse fertur Abdallah ibn ʿAbbâs quum al-Hosain Mekkâ egressus

est versus Irâkum, et deinde statim transit ad Abu Moslim, as-Saffâh et eversionem Omayadarum et hinc transit ad Moâwiam et alios khalîfas hujus dynastiae. Invenimus alicubi titulum الباب الثانى فى ذكر الدولة العباسية, alibi الباب الثالث فى الدولة العبيدية المسمين بالفاطميين بالمغرب, quod vero incipit brevi mentione Omaijadarum in Hispania et deinde subito transit ad annum 1076 ex historia Scherîforum Mekkae. Caput quartum de Aijubidis, quintum de Turcomanis, sextum de Djârkassiis in Aegypto et Syria agit, septimum, sed hujus titulus et initium desiderantur, de Scherîfis Mekkanis. Hoc caput in mense Scha^cbân anni 1102 (1691) subsistit. Accedunt primum narrationes historicae e genere الفرج بعد الشدة quae forte ad priorem Codicis partem pertinent; deinde caput de templis et locis sacris. Haec pars Codicis quae priore fere decies major est, ab eodem scriba 12 Scha^cbân anno 1245 absoluta est.

De auctore nihil affirmare possum nisi eum fuisse civem Mekkanum et sub finem saeculi undecimi et initium duodecimi floruisse. Carmina quae ipse dixit in reditum Scherîfi Ahmed ibn-Zeid ex itinere Constantinopolitano anno 1087 (1677) non leguntur in libro al-Mohibbîi (*Kholâsat al-athar*, I, ١٩١, seqq.); hinc igitur lux obtineri nequit. Sub anno 1084 in margine legimus قف انظر اسم مصنف هذى الكتاب بعينه, sed textus habet — وفيها مولانا السيد حمود بن عبد الله هو ومولانا الذى صنف هذى الكتاب برسمه وشرف بشريف لقبه واسمه الشريف احمد بن غالب منع الله بحياته, unde tantum docemur librum compositum esse jussu Scherîfi Ahmed ibn-Ghâlib hujusque nomini dicatum.

Codex incomte sed satis perspicue exaratus est.

DCCCLX. (Cod. 787 Warn.)

Titulus in Codice est: ما رواه الاساطين فى تاريخ ولادة سيد المرسلين، والخلفاء الراشدين، والملوك والسلاطين». Auctor vocatur Scheikh Ma^ctuq (معتوق) Hanafita, شيخ القرافتين. Est exile compendium Historiae Islâmiticae, inde a Mohammede usque ad

imperium Ahmedis Pâschâ in Aegypto, anno 1024. Post enumerationem autem khalifarum usque al-Mostandjid, totum versatur in historia Aegypti.

3. HISTORIA MOHAMMEDIS.

DCCCLXI. (Cod. 1966 = Amîn 243).

Fragmenta biographiae Prophetae secundum editionem Ibn-Hischâmî (+ 213) e redactione Abu-'l-Qâsimi ibn-al-Maghribî (+ 418). Continet Codex ex edit. Wüstenf. p. ٣٥٠, 4 a f. — ٣٥٨ paen.; ٧٠٣, 1—٧٢٧, 1; ٨٩٩, 8 a f. — ٩٣٩ ult.; ٥٨٣, 5 a f. — ٥٩٢, 3; ٦٦٨, 6 a f. — ٦٧١, 5; ٧٤١, 11—٨٨٥, 4; ٦٩٣, 2 — ٧٠٠, 10. Ad calcem hujus loci, in ultimo Codicis folio, legitur اخِرِ المُجَلَّد الثانى من سيرة النبى صلعم يتلوه فى الثالث ان شاء الله تعالى ما قيل من الشعر فى امر الخندق وبنى قريظة وذلك على يد العبد et sic abrupte desinit. Porro in margine est h. l. finem esse partis 20^mae^ e divisione Abu-'l-Qâsimi quae 30 partibus constabat. Ad alios quoque locos in margine legimus quota pars absoluta est divisionis Abu-'l-Qâsimi, quota Ibn-Hischâmi, quae 20 partibus constabat. Exemplar itaque ad quod haec fragmenta pertinuerunt, constitit tribus tomis, singulis 10 partes Abu-'l-Qâsimi operis continentibus.

Codex antiquus et bene scriptus est cum vocalibus. Cum altero Codice collatus est et praeterea in margine multae glossae sunt e Sohailîi (+ 581) opere روض الانف.

Infeliciter Schaikhus Amîn in fronte Codicis annotavit سيرة لابى القاسم بن المغربى.

Praeter exemplaria quibus usus est Wüstenfeld (v. edit. ejus p. XLVIII—LV), memoranda sunt: Paris. 1948—1950; Damasc. (Melik Thahir) Cat. p. 31.

DCCCLXII. (Cod. 482 Warn.)

Inscribitur مُخْتَصَرُ سِيرَةِ رَسُولِ اللّٰهِ صلعم لابن هشام عن ابن اسحاق.

Est Vita Prophetae, ab Ibn-Hischâm composita, sed in hac re-

dactione, ab ᶜImâd-ad-dîn Abu-'l-ᶜAbbâs Ahmed ibn-Ibrâhîm ibn-ᶜAbd-ar-Rahmân al-Wâsitî (+ 711) facta, omissa sunt traditionariorum nomina, carmina quaedam et nonnulla capita quae de historia ante Islâmum agunt. Cf. Wüstenfeld p. XLVI et L seq., qui Codice hujus compendii e libris Ewaldi usus est.

Codex anno 707 exaratus est.

DCCCLXIII. (Cod. 2008 (5) = Amîn 285).

Excerpta ex Ibn-Hischâmi سيرة رسول الله. Sunt 16 paginae currente calamo scriptae.

DCCCLXIV. (Cod. 370 Warn.)

Abu-'l-Qâsim as-Sohailî (+ 581) scripsit librum (الروض) روض الانف في شرح غريب السير, ut difficultates in biographia Ibn-Ishâqi explicaret et tolleret. Exemplaria hujus operis adservantur in bibliotheca Parisiensi 1960, 1961, 1962, 1963; in bibliotheca Berolinensi (Ahlw.) 9564, 9565; Argentor. (Spitta) 8; Lips. (Ref.) 226; Mus. Brit. 1276, Suppl. 504—7; Damasc. (Bibl. Melik Thahir Cat. p. 81) et apud Brill (Houtsma) 100. Compendium auctoris c. t. الاشارة الى سيرة المصطفى واثار من بعده من الخلفاء est in Bibl. Monac. 448. Cf. etiam H.-Khal. III, p. 486 et Wüstenfeld in introd. ad edit. Ibn-Hischâmi p. XLVI seq. In hunc autem librum Commentarium plerumque polemicum composuit ᶜAlâ-ad-dîn Mogletâi ibn-Qalîdj (مغلطاى بن قليج) Turca Aegyptiacus (+ 762), quem divisit in 24 sectiones (جزء), quarum tomus prior continet 13. Post doxologiam incipit his verbis: اما بعد فانى ذاكر في هذا الكتاب نبذا من الشرح المسمى الروض الانف تاليف السهيلى محتوية على اكثر من عشرين فنا من علوم السير فمنها ما ذكره ابن اسحق من غير رواية البكائى مما فيه زيادة وتبيين ما فى الحديث ممن أتاهم في روايته ومنها ما ذكره ابن اسحق من طريق ضعيفة ولها طريق صحيحة ومنها آلخ.

Titulus autem quo librum suum ornavit est الزهر الباسم في سير ابى القاسم".

Codex, duos tomos complectens, spissum volumen est anno 847 exaratum ab Ahmed ibn-Alî ibn-Saᶜîd as-Schâfiᶜî, qui illum descripsit e Codice scripto a celeberrimo Ibn-Hadjar (✝ 852) ut annotatione in primo folio patet.

DCCCLXV. (Cod. 322 (1) Warn.)

الوفا، في فضائل المصطفى. Historia Mohammedis auctore Abu-'l-Faradj Abd-ar-Rahmân ibn-Alî *ibn-al-Djauzî* (✝ 597).

Primus liber (46 capita) agit de iis quae ante Mohammedem natum acciderunt; de prophetiis quibus ejus adventus praedictus est caet., et de iis quae egit antequam Prophetam se declarasset. In libro secundo (35 capita) historia Mohammedis usque ad Fugam enarratur; in tertio (20 capita) de ejus exilio Medinensi agitur; in quarto (31 capita) ejus miracula exponuntur; in quinto (11 capita) demonstrat auctor, Mohammedem reliquis Prophetis antecellere; in sexto (31 capita) partes ejus corporis describuntur; in septimo (12 capita) animi indoles et ingenium ejus describitur virtutesque enumerantur; in octavo (26 capita) describuntur ejus mores et studia; in sequentibus libris de reliquis prophetae virtutibus deque ejus praestantia, quam variis in rebus monstraverit, agitur, inque iis sermo est praeterea de armis quibus utebatur, de ejus expeditionibus bellicis, de epistolis quas ad principes scripsit, de legationibus ad ipsum missis caet. Enarratur denique reliqua ejus historia, agiturque de rebus futuris.

Codex, 172 foliis formae, quae in folio dicitur, minoris constans, anno 846 exaratus est. Aliud exemplar mihi non innotuit. Excerpta conservat Bibl. Berol. (Ahlw.) 1447.

DCCCLXVI. (Cod. 340 Warn.)

كتاب عيون الأثر، في فنون المغازي والشمائل والسير auctore Abu-'l-Fath Mohammed ibn-Mohammed ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Abdallah *Fath-ad-din ibn-Saijidi-'n-nâs* al-Jaᶜmori ar-Rabᶜî (✝ 734). In introductione tractatur veracitas tum Ibn-Ishâqi, tum Wâqidîi, cujus partem edidit Wüstenfeld in praefatione ad

suam editionem Ibn-Hischâmi. In fine commemorantur catenae doctorum, quibuscum auctor libros quos fontes adhibuit, perlegit. Cf. Cat. Goth. (Pertsch) III, 365 necnon Wüstenfeld, *die Geschichtschreiber* n. 400.

Codex antiquus et satis bonae notae est, licet hic illic verbum omissum sit, aut levis corruptela irrepserit, ut mihi patuit collatis iis quae Wüstenfeld edidit. Interdum tamen quoque lectionem meliorem affert quam Codices quibus hic usus est. Subscriptio testatur eum cum archetypo fuisse collatum. Sunt 198 foll. Anni nota deëst.

DCCCLXVII. (Cod. 1965 = Amîn 240).

Ejusdem operis volumen primum anno 1119 exaratum. E magna parte non amplius legi potest, quum atramenti acritas chartam absumpserit.

Al. ex.: Gotha 1784—1787; Paris. 1967, cf. ibid. 1968, 1969; Berol. (Ahlw.) 9577—78; Mus. Brit. 355, Suppl. 512; Calcutta 920; Argent. 18; Inst. or. Petrop. (Rosen Coll. Scientif.) 40; Brill 102.

DCCCLXVIII. (Cod. 1962 = Amîn 239).

„نُورُ العُيُونِ، فِي تَلْخِيصِ سِيرَةِ الأَمِينِ المَأْمُونِ" auctore eodem Ibn-Saijidi-'n-nâs. Est compendium libri praecedentis. Alia exemplaria enumeraverunt Pertsch et Wüstenfeld l.l. Add. e Mus. Brit. (Suppl.) 1217 (10).

Codex 20 foliis constans anno 1084 exaratus est.

DCCCLXIX. (Cod. 1964 = Amîn 241).

مختصر سيرة النبي auctore ʿIzz-ad-dîn Abû-Amr [1]) *ibn-Djamâʿa* ✝ 767. Cf. Wüstenfeld, *Die Geschichtschreiber* etc. n. 428, Loth, Cat. Ind. Off. n. 1038 (7). Praecipue secutus est Scharaf-ad-dîn Abd-al-Mûmin aç-Çâlihî ad-Dimjâtî (✝ 705, v. H. Khal. III, 635).

---

1) Ità Loth; Wüstenfeld: Abu-Omar. In titulo ابو محمد.

Codex nostèr satis antiquus est sed anni nota caret. Secundum Landberg una *korrâsa* foliorum periit, sed revera nihil desideratur.

DCCCLXX. (Cod. 1961 = Amîn 238).

نَظْمُ الدُّرَر، فى المَغازِى والسِّيَر» sive الأَلْفِيَّةُ فى السِّيرَةِ النَّبَوِيَّةِ auctore Zain-ad-dîn Abd-ar-Rahîm ibn-al-Hosain noto nomine *al-Irâqî* + 806. Cf. H. Khal. VI, 358. Idem auctor plura carmina ejusdem generis composuit. Cf. H. Kh. I, 416, III, 215, Cat. Goth. (Pertsch) n. 1794.

Codex perspicue exaratus anni nota caret sed recens est. Alia exemplaria Berol. (Ahlw.) 9584—87; Lips. (Ref.) 261; Esc. (Derenb.) 446 (comment.)

DCCCLXXI. (Cod. 1728 = Amîn 190).

كتاب إِمْتاع الأَسْماع، بما للرَّسُول من الأَنْباء والأَحْوال والحَفَدَةِ والمَتَاع» auctore Ahmed ibn-Alî ibn-Abd-al-Qâdir ibn-Mohammed *al-Maqrîzî* (+ 845) de quo opere cf. H. Khal. I, 434 et Pertsch, Cat. Goth. III, 390, n. 1830. Longum autem abest, ut totum opus hic possideamus, Codex enim noster nonnisi fragmentum libri, teste H. Khal. sex volumina comprehendentis, continet et quidem exordium. Quum liber parum innotuerit describam, quae auctor post doxologiam praefatus est: وبعد فغير جميل بمن تصدّر للتدريس والافتا، وجلس للحكم بين الناس وفصل القضا» ان يجهل من احوال رسول الله صلّعم ونسبه، وجميل سيرته ورفيع منصبه» وما كان له من الامور الذاتيّة والعرضيّة ما لا غناء لمن صدّقه وآمن به عن معرفته، ولا بدّ لكلّ من اتّسم بالعلم من درايته» فقد ادركنا وعاصرنا وصحِبنا ورايـنا كثيرا منهم عن هذا النبا العظيم معرضون، ولهذا النوع الشريف من العلم تاركون، وبه جاهلون» فجمعتُ فى هذا المختصر من احوال رسول الله صلّعم جملة ارجو ان تكون ان شاء الله كافيه، ولمن وفقه الله سبحانه من داء الجهل

شافية» التقط كتابا جليلا وبابا من امّهات العلم مجموعا كان له عنْمة (l. غنْمة) وعلى مولفه عزمة (l. غرْمة) وكان له نفعة وعلى صاحبه منْجدة مع تعرضه لطاعن البغاة ولاعتراض المناكسين ومع كونه عقلة الكوون ضياء العقول الفارغة ومصاب على الفئة المارد ونحكيمة فئة المتاولة والحسدة ومع ذلك فقد سميته امتاع الاسماع.

Meliora edocti essemus de libri scopo et ambitu, si index argumenti, qui in Cod. praecedit totum opus amplecteretur, sed tantum fragmentum est, itaque quae descripsi sufficiant. Si Cod. Goth. revera idem opus continet hic plura docebit.

Codex noster nonnisi 17 folia continet quorum tria pertinent ad indicem et varias annotationes ex libro nescio quo desumptas. Fol. 4 r. continet titulum libri et in fine adscriptum est cum annotatione بخط المؤلف praeter alia: ابتداءت فيه يوم الجمعة اخر شهر ربيع الاخر سنة ٨٣٢ يسّر الله بفراغه فى عافية بلا محنة.

DCCCLXXII. (Cod. 1965 = Amîn 242).

السيرة etiam كتاب سُبُل الهُدَى والرَّشاد، فى سيرة خَيْرِ العبّاد» الشاميّة (in involucro Codicis exteriore) et سيرة الشامى appellatus, auctore Abû-Abdallah [1]) Mohammed ibn-Jûsof ad-Dimaschqî aç-Çâlihî as-Schâfiʿî + 942. Cf. H. Khal. III, 580, Wüstenfeld, *die Geschichtschreiber* n. 517.

Codex noster primum libri tomum continet; volumen sequens secundum subscriptionem incepit ab historia ascensionis prophetae. Est sane opus ingens nam continet circa 2000 capita, in sectiones (جماع ابواب) divisa, quorum index non minus quam 27 folia implet! Scriptura nitida est (neskhî), anni nota 993.

Volumina operis sunt Paris. 1987—1996; Gotha (Pertsch) 1796, 1797; Mus. Brit. 1278; Escur. Casiri 1679; Const. Raghib Pascha 1018—19.

---

1) Pro Abû-Abdallah in titulo male Abdallah ibn.

DCCCLXXIII. (Cod. 1725 = Amîn 229).

«تأريخ الخميس، في أحوال أنفس[1] النّفيس», auctore Hosain ibn-Mohammed ibn-Hasan *ad-Dijârbekrî* (+ 962)[2]. Opus notissimum post editionem Qâhirensem (1283 H.) et jam saepius in Catalogis descriptum. Cf. Cat. Vindob. II, 343, Goth. ad num. 1798. Hic Codex ingens volumen in folio integrum opus continet et explicit in regno Selimi I (+ 926) ut Codd. Vindob. 1177 et Paris. 1980. Bene exaratus est anno 1079.

DCCCLXXIV. (Cod. 1687).

Ejusdem libri alterum exemplar quod tribus constat tomis in 4^{0}, quorum 1us (f. 1—272) continet introductionem, 2us (f. 273—673) fulcimenta (ركن) duo priora et tertii partem priorem usque ad finem habitaculi (موطن) quarti, 3us denique (f. 674—1187) reliquam operis partem, excepto habitaculi quinti e fulcimento tertio initio, quod desideratur. In hujus exemplaris ita ut in seq. num. epilogo usque ad mortem Selîmi II (anno 982) res breviter narrantur. Tres hi tomi descripti sunt anno 1857 ab Anglo quodam (litterae initiales ejus nominis sunt G. H.) e Codicibus Blandii; qua de re sequentia in initio tomi primi leguntur: »This MS. is a transcript from a MS. belonging to N. Bland Esq. of Randall's Park, Surrey — which MS. is in 2 Vol^{s}. 4^{0} et 1 Vol. folio — 3 Vol^{s}. in all. The two 4os, are well written — but very inaccurate. — The folio is coarsely written, with the lines so close together that the diacritic points of the upper line are intermingled with the diacritic points of the under line. The upper corner of this folio has been wet —, is consequently damaged by the running of the ink and by offsets. This transcript is a close copy of the original MS. with all its faults — many obvious as they often are. To correct faults from mere conjecture, without the authority of any other MS. is too often merely the addition

1) Male in titulo Codicis sequentis et apud H. Khal. III, 177 النفس, et نفس in praefat. Cod. seq. et apud Pertsch III, 372 n. 1798.

2) Ita in titulo Codicis sequentis. H. Khal. III, 177 habet 966 (960 cf. VII p. 717).

of a new corruption, to fresh departure from the original text. The only true and safe remedy for a corrupted text is the formation of a correct text by the collation of other MSS. — when they *can* be *procured*. It is perfectly possible, that this transcript, having been very often a hasty one, has added new errors of its own, — only to be removed by a critical and leisurely perusal, if I should ever have the time, or by a collation with some other MS., if I should ever have the opportunity. G. H. 1854."

Duo illa volumina in 4°, unde duo priores nostri exemplaris tomi descripti sunt, teste subscriptione (in fine tomi 2di) anno H. 1198 exarata erant. Volumen illud in folio, cujus apographon exhibet ultimus nostri exemplaris tomus, est ipse Codex sequens. Hinc igitur nobis patere potest, quomodo scriba Anglus officio suo functus sit. Et reverâ Codices suos, qui textum minime accuratum exhibent, in universum presse secutus esse videtur, licet non pauca exempla adsunt novorum mendorum, quae ipse, ut jam suspicatus erat, commisit. Speciminis instar textum Codicis seq. 1889 (A) et apographi nostri (B) conferam cum textu ab Otto von Platen *Geschichte der Tödtung des Chalifen Omar*, p. 8 l. 3 seqq., e Codd. Gothanis edito (C): l. 4 C لقائم وما, A et B لقا رما — l. 6 et C. وقال. A et B قال — l. 8 C الاول, A et B medius الاولى — l. 10 C فطار العلج بسكين, A et B فطار الكلب كبر — l. 13 C طرج, A et B فارخ — l. 14 C عمر عند ما سقط اى A et B عمر ما سقط فى — l. 17 C et A وحمل, B وحل — p. 9 l. 1 C عمر, A et B عمار — l. 4 C منيتى بيد رجل A et B مينتى برجل — l. 9 C عليه, A et B melius اليه — l. 10 C واوعدنى, A et B وواعدنى — l. 11 C et A كعب B لعب; sic l. 12 C et A لميت B الميت, l. 14 C et A الطبيب B الطيب et l. 16 C et A مشكلا B مشكا — l. 14 post مشكلا haec verba inserunt A et B, quae in C desiderantur: فقال اسقوه لنا فخرج من جوفه ابيض فعرفوا انه ميت (sic) — l. 15 C تريد A et B فاعلا.

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 37 n. 739)

DCCCLXXV. (Cod. 1688).

Posterior pars operis praecedentis, de quo vide sub n. praec. Scripta est regnante Sultano Morâd III (982—1003). Postquam

enim librarius in fine libri mentionem fecit mortis Selîmi anno 982, haec verba addit: وتسلطن ولده السلطان مراد خان نصره الله في التاريخ. Anno 1023 exemplar nostrum transiisse legitur in potestatem cujusdam Hanafitae.

Ejusdem originis ac num. praeced. (v. *Catal.* p. 37 n. 740).

Alia exempl.: Goth. 1798—1800; Caes. Vind. 1177 et 1178 (apud Flügel Cat. II, p. 343—345; Inst. Or. Petr. (Rosen, Coll. Scient. 48, 49); Mus. Brit. 922, 923, 1279, Suppl. 517—18; Berol. (Ahlw.) 9467—68; Paris. 1980, 1983; Constant. Fatihîe 4347—4351, Köpr. 1035; Monac. 49; Havn. 130—132. Cf. etiam *J. Asiat.* 1854, Oct. Nov. p. 434 n. 11.

DCCCLXXV. (Cod. 1708, 1709, 1710, 1711).

(سيرة السيرة الحلبية sive انسان العيون، في سيرة الامين المأمون" الحلبي) auctore Alî al-Halabî (+ 1044), quod opus anno 1280 (et 1292) Qâhirae typis impressum est. Ceterum cf. Cat. Mus. Brit. ad n. 924 et Cat. Goth. ad num. 1801, etc. Haec quatuor volumina integrum opus continent sed recentiore aetate, anno nempe 1143, exarata sunt.

Passim vermibus charta perforata est.

Codices anno 1880 Beryti empti sunt.

DCCCLXXVI. (Cod. 1465).

Tomus tertius ejusdem libri. Incipit in mediâ sectione de expeditionibus, et quidem expeditione contra Banu-Lihjân, et ad finem totius operis pergit.

Codex anno 1076 currente calamo exaratus est.

Al. exempl.: Goth. 1801—1805; Paris. 1999—2005; Berol. (Ahlw.) 9604—9611; Monac. 449—451 (apud Aumer *Cat.* p. 185 seq.); Lips. (Ref.) 129, 130, 210; Brill (Houtsma) 104; Cant. (Browne) 84—86; Calcutta p. 2; Kasan 21; Mus. Brit. (Suppl.) 1274—76 cf. 606; Const. Aschir-Eff. 599, Fatihîe 2978—79. Versio libri Turcica anno 1833 prodiit Qâhirae (Zenker I, p. 118 n. 965).

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 39, n. 763).

DCCCLXXVII. (Cod. 1907 = Amîn 178).

Continet hic Codex descriptionem et delineationem auro et rubro pictam solearum prophetae sed titulo destitutus est. Auctor sese appellat Mançûr ibn-Abd-al-Wâhid as-Sûsî. Secundum Schaikh Amîn compendium est libri „فَتْحِ المُتَعالِ فِى وَصْفِ النِّعالِ" dicti, quem Ahmed ibn-Mohammed al-Maghribî *al-Maqqarî* † 1041 hac de re composuit. Cf. H. Khal. IV, 376 n. 8881. Auctor post editionem libri *Analectes sur l'histoire et la littérature des Arabes d'Espagne* notissimus; vita ejus quoque exstat in libro Kholâçat al-Athr I, 304. Certum quidem est librum al-Maqqarîi multo plura continere quam hoc nostrum compendium, nam notitia de eo exstat in Cod. nostro 1969 fol. 44 ubi auctor narrat anno 1066 apographon libri in provinciam Jaman esse pervulgatam. Legimus enim l.l.: وفيها وصلت الى اليمن نسخة من كتاب فتح المتعال فى مدح النعال للشيخ العلّامة احمد بن محمد المَقَّرىّ التلمسانىّ الاصل والمولد الفاسىّ الدار نزيل القاهرة المحروسة وكان قد وصف قبله فى ذلك ابن عساكر والشّبّينىّ والبُلْقينىّ لكنه اوعب فيه ما يتعلّق بالنعال الشريفة وما قيل فيها من المدح اللطيفة وانجز كلامه الى اطراف تقتضى بسعة اطّلاعه ورتّبه على فاتحة فى معنى النعل والقبال والشراك والشسع وما يناسب ذلك وابواب الاول فى بعض ما ورد فيها من الاحاديث وتفسير الفاظها وما يتبع ذلك والثانى فى صفات المثال العظيم البركات وما يتّصل بذلك والثالث فى ايراد نبذة من المقطّعات والقصائد المقولة فيه وما يتّصل بذلك والرابع فى سرد جملة من خواصّها وخاتمة فى زبد مما يتعلّق بها وما يتّصل بذلك ووقع نظرى على نسخة من هذا الكتاب مثل فيها النعال الشريف بالذهب الاحمر الخ. Ex quibus verbis sat superque patet, nostrum librum tantum continere aliquot excerpta ex hoc libro, si quae necessitudo inter utrumque exstat, quod adhuc dubium est. Libellus incipit fol. 2 v. sed praecedit inscriptio rubro

picta (in fol. 1 v. et 2 r.) qua docemur illum compositum esse jussu Abu-'l-Abbâsi Ahmed ex urbe Tetuan (التطاون). Cf. Landberg Catal. p. 47. Catenam traditionis de hisce soleis, ipsam etiam benificam, auctor accepit a Schaikho suo Abu-'l-Hasan, qui dixit اخبرنى

الشيخ الصالح امين الدين ابو اليمن عبد الصمد بن عبد الوهّاب بن عساكر قال اخبرنى جدّى الشيخ ابو البركات لحسن ابو (sic) محمّد بن لحسن بن هبة الله قراءة عليه الخ

Codex 12 foliis exstans charactere maghribino exaratus est sed quo anno non dicitur.

Liber Maqqarîi exstat Lipsiae, *Ref.* 402 et Constantinopoli Aia-Sophia 3337, Nur-i-Othmânîe 3397; fragmentum ejus Berolini Ahlw. 2595.

DCCCLXXVIII. (Cod. 1976 = Amîn 253).

Fragmentum 8 foliorum alicujus operis biographici argumenti de propheta continens epistolas quas Mohammed scripsisse dicitur et initium capitis de iis qui legati ad eum venerunt. Auctor imprimis laudat verba Wâqidîi et Ibn-Ishâqi, semel Ibn-Sîda († 458), semel al-Dâraqotnî († 385) citatur, sed ad quemnam librum hoc fragmentum pertinuerit non liquet. Est igitur parvi momenti; scriptura fortasse ad saeculum septimum pertinet; antiquior mihi non videtur.

DCCCLXXIX. (Cod. 1960 = Amîn 237).

In fronte hujus Codicis legitur كتاب الاسراء et revera in eo agitur de ascensione prophetae, sed in fine subscriptio testatur primam tantum partem libri absolutam esse (تمّ القسم الاوّل). Auctor in praefatione hoc confirmat dicens se librum suum dividisse in duas partes: وقد جعلناه قسمين احدها يشتمل على الفضائل المتلوّات والآخر يشتمل على الوقائع والغزوات المجلوّات. Sunt 47 folia formae in folio minoris. Incipit: سبحان الذى اسرى بعبده ليلا من المسجد الحرام الخ

Qui libri auctor sit et quo anno Codex in Jamano exaratus fuerit, non patet; possessoris nota in fronte scripta est anno 1182, nec multo antiquior videtur.

DCCCLXXXI. (Cod. 2007 = Amîn 284).

قصّة خِطْبَة النبيّ صلعم للسيّدة خديجة بنت خُوَيْلد وزواجه بها صلعم sive historia matrimonii prophetae metro redjez composita ab anonymo quodam ex urbe Baälbek Syro. Est ejusdem generis libellus ac Cod. Goth. n. 1820 apud Pertsch. Incipit:

الحمد لله الجليل ذو الكرم مهلك عادًا وثمودًا والامم

In ipso carmine tria carmine sub finem inseruntur, metris khafîf, basît et kâmil.

Sunt 15 folia anno 1088 exarata.

DCCCLXXXII. (Cod. 786 (7) Warn.)

كتاب المعْراج للنبيّ صلعم, auctore anonymo. Auctoritate Ibn-ʿAbbâsi historia haecce narratur. Initium: روى عن ابن عبّاس رضّهما انه قال قال رسول الله صلعم بينما انا نائم في منزلي بمكّة اذ جاءني جبْريل عم الخ.

Tractatus nitide scriptus anni nota caret. Sunt 22 folia.

4. HISTORIA EXPUGNATIONUM.

DCCCLXXXIII. (Cod. 430 Warn.)

كتَاب فُتُوح البُلْدَان auctore Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Jahjâ ibn-Djâbir *al-Belâdhorî* (+ 279), de quo vide introductionem ad editionem meam anno 1866; praeter hunc Codicem usus sum Codice Musei Brit. Tertius postea repertus est optimae notae quem possidet Comes de Landberg.

DCCCLXXXIV. (Cod. 1629).

Hamakeri versio Latina al-Belâdhorîi, usque ad caput 47 (quod de expugnatione Alexandriae agit).

DCCCLXXXV. (Cod. 343 Warn.)

كتاب الغزوات auctore Abu-'l-Qâsim Abd-ar-Rahmân ibn-Mohammed ibn-Abdallah ibn-Jusof *ibn-Hobaisch* [non *Hobais*, ut perperam scripsit Hamakerus, *Spec. Catal.* p. 56, 57 neque *Habîsch*, ut dedit Ahlwardt in Catal. IX, 221, vid. e. g. Ibn-al-Abbâr, *Tekmîleh* n. 1617 (Bibl. Ar. Hisp. ed. Codera VI, ٥٧٣) et Maqqarî II ٩٣٩] al-Ançârî; de quo auctore, anno 584 mortuo, praeter Casirii locum, jam ab Hamakero (p. 57) citatum, cf. de Gayangos, *History of the Mohammedan Dynasties in Spain*, II, p. 312. Ex Indice Hispanorum qui in opere c. t. تكملة الديباج (auctore Ahmed Bâbâ at-Tomboctî) commemorantur, „quem Indicem, scripsit Dozy, Cl° Cherbonneau debeo", patet ejus vitam in illo opere exstare. Almeriae natus est anno 504.

Liber compositus est jussu secundi principis dynastiae al-Mowahhidarum, Abu-Jaqub Jusof. Series libri Ibn-Hobaischi hic est, ut primum luculenter agat de rebellione Arabum post mortem Prophetae, bellisque intestinis quae sub Abu-Bekri initiis gesta sunt; tum de expugnatione Syriae, Aegypti, Barcae, Tripoleos et reliquae Africae, Nubiae, Cypri, Irâqi, omniumque provinciarum Imperii Persici exponat. Auctores potissimum secutus est quatuor, ut ipse in praefatione testatur: Mohammed ibn-Omar al-Wâqidî in opere inscripto كتاب الردّة (*Liber defectionis*), at-Tabarî, Saif ibn-Omar al-Asadî in كتاب الردّة والفتوح, et *Librum de expugnatione Syriae*, cujus exemplaria, ab Ibn-Hobaischo inspecta, alia alium auctorem ferebant [1]. In annotatione, titulo subjuncta, testatur

1) Cf. libellum meum: Mémoire sur le Fotouho's-Scham attribué à Abou Ismaïl al-Baçrî (Lugd. Bat. 1864), p. 3 seqq.

Ibn-Dihja, vulgo Dhu-'n-nasabaini (*vir duplicis genealogiae*) dictus (+ 633), Ibn-Hobaischum multas fide indignas traditiones in suum librum admisisse.

Codex, pp. 485 constans, anno 851 Qâhirae exaratus est, in gratiam Borhân-ad-dîni al-Biqâ'î (البقاعي), qui, cum aliis operibus, tum libro de Medjnuni et Lailae amoribus inclaruit et anno 885 Damasci obiit.

Huc redeunt quae monuit Hamakerus in *Spec. Catal.* (p. 56—66). Alterum hujus operis exemplar, paullo post auctoris mortem in Hispania scriptum, fuit in bibliotheca de Gayangos (v. l.l. II, p. 518, ann. 10), tertium Berolini est 9689 (Ahlw.)

DCCCLXXXVI. (Cod. 43 Gol.)

Pseudo-Wâqidîi Expugnatio Syriae. Hoc exemplar compluribus foliis ab initio mutilum esse, at maximam tamen belli Syriaci partem, inde a congregatis Graecorum apud Adjnadinum copiis, continere, paginas 327 in folio minori complecti, et anno 831 exaratum esse, jam monuit Hamakerus (Praef. ad librum mox laudandum p. VIII). Incipit nempe edit. Nassau Lees p. ٧٢, 11, ed. Qâh. I, ٢., 11. Textus nostri Codicis in multis ab editionibus inter sese etiam discrepantibus, deviat, sed magis cum Indica convenit.

Alia exempl.: Paris. 1652—1661, alia redactio ibid. 1662, 1663; Mus. Brit. 286—298, 926, 1269, 1270, 1501, Suppl. 521, 522, 1277; Cantabr. (Preston) p. 11, (Browne) 719—21; Oxon. (Uri) 655, 684, 736, 795; Goth. 1599—1603, Monac. 383, 384, 385; Berol. (Ahlw.) 9765—9775; Vind. 903 (vers. Turc.); cf. Dresd. 38; Mus. Rumänz. (versio Turc.; v. *Bulletin scientif.* I, p. 157, ubi Fraehn de hoc opere ejusque Codicibus egit); Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 153 (1); Upsal. 259 et 260 (vers. Turc.); Ambros. 232—236; Vatic. 274; Cid-Hammouda (p. 15); Const. Koprülü 1123. Editus est Qâhirae anno 1282.

DCCCLXXXVII. (Cod. 200 Gol.)

Ejusdem falsarii liber de expugnatione Memphidis et Alexandriae (فتوح مصر), quem Hamakerus edidit. Codex anno 840 scrip-

tus est. Est continuatio praecedentis. In edit. Qâh. occupat II, ٥٧—١٠٧.

Alia exempl.: Paris. 1663 (3), 1689; Goth. 1599, 1601 (Seetzen 1222, quocum Hamakeri editionem contulit Weijers, cujus annotatio hîc servatur X. Q. 609 inter libros impressos qui dicuntur); Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 153 (2), 154 (1); Const. Köpr. 1124; cf. Vatic. 732 (Hammeri Lettere III p. 6). Exempla Mus. Brit. et Bibl. Berol. v. ad Cod. praec.

DCCCLXXXVIII. (Cod. 1399).

Ejusdem Expugnatio Irâqi. Hoc exemplar a Persa quodam descriptum est ex Codice Petropolitano, curante Fraehnio, qui illud Hamakero dono dedit. Cf. Hamakeri Praef. p. XIII. Brevior recensio in ed. Qâh. II, ١٧٨ seqq. Alia sunt in Bibl. Univ. Cantabr. (Browne) 1722; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 153 (3), 154 (3); Bibl. Goth. (Pertsch) 1604; Mus. Brit. (Suppl.) 1277 (3).

Emtus ex Bibl. Hamakeri (*Catal.* p. 109, n. 3).

DCCCLXXXIX. (Cod. 885 (1) Warn.)

Expugnatio Bahnesae ex eadem officina. Hamakero (p. x) Codex anno 800 exaratus visus est; sed longe abest ut tam antiquus sit. Anni nota est ٢١..., sed signum illud ٢ videtur ١ erasum. Exemplar igitur anno 1000 exaratum est, quam aetatem scripturae genus manifesto indicat. In edit. Qâh. occupat II, ٢٠٢—٢٨٤, nisi quod in nostro Codice additur poëma Khâlido ibn-al-Wâlid attributum.

Alia exempl.: Inst. Reg. Neerl. 181 (antea Willmeti, de quo egit Hamaker); Paris. 1608—1612; Mus. Brit. 299—305, 1651, Suppl. 525, 1277 (4). Goth. 1607 (2)—1612; Mon. 401; Berol. (Ahlw.) 9096; Lips. (Ref.) 162; Havn. 138; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 154 (2); Ambros. 229. Editus est Qahirae annis 1278, 1280, 1290.

DCCCLXXXX. (Cod. 1196).

Expugnatio Ifrîqîjae. Aut ejusdem aut similis falsarii opus est. Codicem, charactere Africano exaratum et pp. 313 constantem,

perantiquum censuit Hamakerus (p. xi). Est contra recens et saeculo decimo sexto p. Chr. non antiquior; Hamakeri error inde explicandus est quod Codices Africanos, rudi manu in mala charta exaratos et speciem quandam antiquitatis saepe habentes, rarius tractaverat. In fine docemur historiam expugnationis Africae (a Qairawâno ad Zâbum) esse tomum secundum libri expugnationum (كتاب الفتوح), cujus tomus primus expugnationem Syriae, tertius Occidentis (الغرب) continet. Primum Codicis folium manus recentior supplevit.

Codex in Catalogo anni 1640 ex Mauritania allatus dicitur.

DCCCLXXXXI. (Cod. 1342).

Alterum exemplar, quod breviorem recensionem quam Codex 1196 continet. Narrationi praemissa est khotba, sive oratio ʿOqbae ibn-ʿAmir ad bellum Africanum profecturi; cf. Hamaker p. xii.

Ab Humberto huc allatus et a Rege Bibl. donatus.

Alia exempl. praeter Habichtianum de quo Hamakerus exposuit: Paris. 1879—1881; Mus. Brit. 306; Cantabr. (Browne) 718; cf. Goth. 1695; Alger. p. 14.

DCCCLXXXXII. (Cod. 1635).

Hamakeri excerpta Latina ex scriptis Pseudo-Wâqidîi cum annotatione. Accedit versio Latina capitis Ibn-Khallikânis quod de al-Wâqidîo, illiusque quod de ejus scriba Ibn-Saʿd agit. Addita sunt praeterea excerpta Latina ex variis scriptoribus (v. g. al-Masʿudî, al-Maqrîzî, an-Nowairî, at-Tabarî, as-Sojutî, al-Belâdhorî), quae ad expugnationem Syriae, Aegypti, Irâqi etc. spectant et cum Pseudo-Wâqidîo comparanda erant. Sunt 7 fasciculi.

5. HISTORIA KHALIFARUM.

DCCCLXXXXIII. (Cod. 595 Warn.)

"كِتَابُ الْأَنْبَاءِ فِي تَارِيخِ الْخُلَفَاءِ" auctore Mohammed al-ʿImrânî, qui, ut ex libri initio et fine apparet, scripsit regnante al-Mostandjido (555—566).

Est historia Mohammedis et khalîfarum, quam scriptor ad suum usque tempus, nempe ad annum usque 559, deduxit; sed historia Omaijadarum undecim paginis absolvitur. Multo plura habet auctor de Abbasidis, sed in opere suo, quod ceteroquin se commendat historiolis, facetiis et versibus lectu jucundis, ea quae nos a historiographo imprimis quaerimus leviter tantum tetigit. Ad finem auctor scribit ولبعدى عن العراق وطول غيبتى عنها لم اتحقق من اخبارها شيئا أورخه والله تعالى العالم بما يتجدد بعد ذلك

Codex bene exaratus est anno 682. Alterum exemplar non innotuit.

DCCCLXXXXIV. (Cod. 567 Warn.)

Tertium volumen Historiae khalifarum c. t. «العيون والحدائق في أخبار الحقائق». Incipit a Walîdo, filio Abd-al-Maliki, et pergit usque ad mortem al-Motaçimi; ultimum caput anno 1849 editum est a C. Sandenbergh Matthiessen, aliae deinde partes ab Anspach et a me donec una cum de Jong totum opus edidi in priore volumine libri c. t. *Fragmenta historicorum Arabicorum*. Leid. 1868. Nomen auctoris adhuc latet, sed scripsit certe *post* saeculum undecimum et ante 626 quo anno scriptus est codex, teste subscriptione voluminis quarti ejusdem exemplaris hujus operis, quod Berolini servatur, n. 9491 Ahlw. Auctor in urbe Qairawân opus conscripsit et Fâtimidarum fautor erat. Praecipua ejus fons historiae Africanae erat liber Ibn-al-Djazzâri (+ 395, Wüstenfeld, *Geschichtschr.* n. 158).

Codex, multis vocalibus additis, nitidissime exaratus non tamen mendis vacuus est. Volumen quartum ad finem anni 350 pergit. In fine ejus legimus volumen quintum secuturum esse.

DCCCLXXXXV. (Cod. 560 (15) Warn.)

«كتاب النزاع والتخاصم فيما بين بنى أمية وبنى هاشم» auctore al-

Maqrîzîo, anno 841 ab ipso auctore correctum et annotatum, 37 ppg. Editum est opusculum a Dmo G. Vos. L. B. 1888.

Al. ex. Argentor. cp. Z.D.M.G. 1886, p. 309; Vindob. 886; Paris. 4657, 7; Cantabr. (Browne) 924.

DCCCLXXXXVI. (Cod. 560 (13) Warn.)

كتاب فيه مَعْرِفَةُ ما يَجِبُ لآلِ البَيْتِ من الحَقِّ عَلَى مَنْ عَادَاهُمْ

auctore al-Maqrîzîo, ab ipso auctore correctum et partim scriptum anno 841. Sunt 25 ppg., quae a vermibus male passae sunt.

Al. ex. Vindob. 890; Paris. 4657, 8.

DCCCLXXXXVII. (Cod. 560 (14) Warn.)

كتاب الذَّهَب المَسْبُوك، فى ذِكْرِ مَنْ حَجَّ من الخُلَفَاء Maqrîzîi „والمُلُوك", anno 841 ab ipso auctore correctum et annotatum opusculum, 32 ppg.

Al. ex. Paris. 4557, 6; Cantabr. (Browne) 442—43.

DCCCLXXXXVIII. (Cod. 1994 *a* = Amîn 271).

Imâmus Zaiditarum *al-Mahdî-li-dîn-Allâh* Ahmed ibn-Jahjâ ibn-al-Mortadhâ († 840), auctor operis ingentis c. t. „البَحْر الزَّخَّار، الجَامِعُ لِمَذَاهِب عُلَمَاء الأَمْصَار", infra describendi inter libros theologiae dogmaticae, ad introductionis partem decimam quae titulum habet „كتابُ الجَوَاهِرِ والدُّرَر، من (var. l. فى) سِيرَة سَيِّد البَشَر، وأَصْحابِهِ العَشَرَة الغُرَر، وعِتْرَتِه الأَئِمَّة المُنْتَخَبِين الزُّهَر", commentarium scripsit sub titulo يَوَاقِيت السِّيَر, cujus partes singulas separato titulo ornavit et quidem eam quae de Imâmis Zaiditis agit titulo „رِيَاضُ الفِكَر، فى شَرْحِ سِيرَة عِتْرَتِهِ المُنْتَخَبِين الزُّهَر". Hujus noster Codex continet, praeter fragmentum infra describendum, finem di-

midium paginae occupantem in quo enumerantur Imâmi sepulti in templo al-Hâdîi in urbe Çaᶜda. Pars sequens habet titulum تُحْفَةُ الأَكْيَاس، فِى شَرْحِ تَعْيِينِ آلِ أُمَيَّةَ والعَبَّاس». Hanc totam habemus. Incipit ab Othmân, primo khalîfa Omaijadarum, cujus autem mentio, ait auctor, jam facta est in parte de decem sociis Prophetae praecipuis. Post Merwân ibn-Mohammed in appendice tractantur (ut etiam in البحر الزخّار) Omaijadae Hispaniae; commentator saepe laudat Ibn-ᶜAbd-Rabbihi. Hic in Codice aliquot folia agglutinata olim fuerunt, quae nunc separato involucro gaudent (v. ad n. seq.). Deinde historia Abbâsidarum describitur usque ad khalîfam an-Nâcir-li-dîn-Allâh, qui anno 575 khalîfatum obtinuit. Pars prior hujus historiae ex Ibn-Abd-Rabbihi libro hausta est ad annum 325, posterior e certo chronico (بعض كتب التواريخ) quod anno 593 terminatus fuit. Ita enim legimus in libro البحر الزخّار (quae addidit commentator uncinis inclusa sunt): وبقى الامر كذلك الى [وقت كتاب التعليق فى] شهر رمضان سنة ٥٩٣ وسلطان اليمن يومئذ سيف الاسلام طغتكين بن ايّوب بن شادى (1 [بن مروان] وسلاطين الشام بنو اخيه عثمن وعلى وعمر بنو صلاح الدين يوسف بن ايّوب [وسلطان مصر اخوه الملك العادل ابو بكر ابن ايّوب قلت ثم غلب على ملكهم الاتراك وارتفعت حكمتهم وان أُخذت (Cod. احدث) الولاية منهم قطع الله دابر الظالمين واقام قناة للحقّ المبين بصالحى ائمّة اهل البيت المطهرين (2] الخ. Subscriptio est تم شرح السيرة النبوية وتوابعها من تاريخ العشرة المرضية et addit auctor se

1) Cod. ساى et سادن.

2) Verba ultima, certe inde a قطع, leguntur in Codice Berol. operis البحر الزخّار, *Catal.* IV, p. 303 *a*.

huic commentario scribendo finem imposuisse anno 836, quum esset في الدقايق من نواحي مسور.

Hanc partem excipit كتاب تزيين المجالس، بذكر التحف النفائس، ومكنون حسان العرائس» quae ut auctor statim addit est epilogus (خاتمة) ad opus بواقيت السير. Excerptum hoc est e libro تحفة الوعاظ auctore Ibn-al-Djauzî (+ 597) et continet sexaginta narrationes e vita virorum sanctorum, singulas تحفة inscriptas. Subscriptio hujus est وهو آخر تصنيف مولانا الامام المهدى لدين الله احمد بن يحيى بن رسول الله صلى الله عليه وآله eaque docet Codicem anno 1054 scriptum fuisse. Deinde legimus ويتلوه كتاب جلاء (Cod. حلا) قلوب العارفين تصنيف الفقيه ابى القسم بن محمد الشقيف (Cod. السعيف) رحمه هذا الكتاب مضاف الى الجواهر, sed hic liber in Codice non invenitur. Sequuntur quidem septem folia sordide exarata sed proprie ad hunc Codicem non pertinent. Primum folium continet narrationem de Hârûn ar-Raschîd quum peregrinationem sacram fecit cum Badawîo, secundum excerpta e Zamakhscharîi أطواق الذهب (subscriptio docet hoc anno 997 cum archetypo esse collatum), cetera opusculum المقالات dictum paraenetici argumenti, secundum subscriptionem anno 969 scriptum.

DCCCLXXXXIX. (Cod. 1994 *b* = Amîn 271).

Haec sex folia olim in medio Codice praecedenti agglutinata, continent fragmentum libri رياض الفكر et quidem partem posteriorem vitae Abdallae ibn-Hamza (+ 614) et partem priorem vitae ejus successoris al-Mahdî-li-dîn-Allâh Ahmed ibn-al-Hosain (+ 656). Exarata sunt eadem manu qua Codex 1994 *a* itaque anno 1054.

DCCCC. (Cod. 1975 = Amîn 252).

Carmen metro *basît* quod conspectum chronologicum continet Prophetae et khalîfarum usque ad khalîfam al-Mostandjid in Aegypto

anno 884 mortuum. Ante hujus mortem conscriptum fuit, deinde vero quinque versus addidit auctor. Quisnam hic fuerit Sojûtî (+ 911), ut docet H. Khal. II, 231 sub n. 2617, an al-Minhâdjî, ut est in titulo Codicis Berol. 9716 Ahlw., efficere nequeo. Codex noster titulo caret; in subscriptione legimus تمّت الرسالة في اسماء الخلفاء, sed verus titulus est «تُحْفَةُ الظُّرَفَاء بِأَسْمَاء الخُلَفَاء». Sunt 4 folia sine anno.

Al. ex. Berol. (Ahlw.) 9715, 9716; Paris. 3972 (6).

DCCCCI. (Cod. 1980 = Amîn 257).

«بُغْيَةُ الخَاطِر، وَنُزْهَةُ النَّاظِر» sive historia Mohammedanica auctore Mohammed ibn-Mostafâ, qui inclaruit nomine *Qânî* et vixit saeculo undecimo. Vita ejus exstat in libro: *Kholâçat-al-Atzar* IV, p. ٢٢٥, ubi quoque hujus libri mentio fit. Deinceps tractantur propheta ejusque successores, Omaijadae, Abbasidae et Othmanidae usque ad annum 1033. In ultima parte quoque plura habet de khalîfis Zaiditarum. In introductione auctor enumerat fontes quibus usus est.

Codex satis bene exaratus est anno 1058. In fine supplentur nonnulla quae in describendo Codice exciderant (ساقط من اصل النقل في الكتاب).

DCCCCII. (Cod. 1968 = Amîn 245).

زُهْرَةُ العُيُون وجَلَاء القُلُوب auctore *al-Miçrî* ut docet inscriptio in fronte Codicis confirmata subscriptionibus sectionum. Liber enim divisus est in tres sectiones quarum prior historiam Mohammedis et quatuor priorum khalîfarum, secunda historiam Omaijadarum, tertia denique Abbasidarum continet. In praefatione auctor dicit, se hunc librum compilavisse e chronicis Ibn-al-Atzîri, Ibn-Maschkawaihi, cet. ne opus haberet toties pervolvendi illa volumina. Unde jam patet opus non esse magni pretii. In fine sectionis tertiae legimus: هذه التعليقة تمام تواريخ الخلفاء ماخوذة من كتاب تحفة الاولياء الاتقياء في ذكر حال سيد الانبياء والخلفاء النجباء (Cod. s. p.)

تاليف بدل بن المعمر بن اسمعيل التبريزى (Cod. s. p.) رحمه الله, de quo opere conf. H. Khal. II, 223, Cat. Goth. (Pertsch) n. 45. Deinde sequitur ثم استوى ملوك الترك على بلاد الاسلام بالعجم والعراقين الى الآن. Restat ut moneam post absolutam historiam Abbasidarum auctori placuisse adjungere nonnulla capita quorum prius inscribitur باب توقيعات الخلفاء والوزراء, secundum باب السلطان وما قيل فيه وفى صحبته etc. Ceteroquin de auctore nihil compertum habeo. Initium Codicis: الحمد لله الذى حكم على الاعمار بالاجال; scriptus est in Jemana anno 978 jussu khalîfae Zaiditarum al-Mahdî ibn-Izz-ad-dîn. Scriptura satis distincta est sed saepe caret punctis diacriticis, duo prima folia novissima manus supplevit, sed inter folium primum et secundum aliquot folia desiderantur.

DCCCCIII. (Cod. 908 (4) f. 33—42).

Fragmentum operis majoris, cujus neque titulum sive argumentum, neque auctorem novi, continet vero historiam necis Hosaini, homicidii Bosri ibn-Artât, qui duos filios parvulos Obaidallae ibn-al-Abbâs ibn-Abd-al-Mottalib morti dedit, mortis Othmâni et tandem cladis Çiffîni. Major autem pars desumta est, ut ter ait compilator (المولّف) ex opere «مَرْج البَحْرَيْن فى فَوَائِد المَشْرِقِيْن والمَغْرِبَيْن», cujus auctor est Abu-'l-Khattâb ibn-Dihja (+ 633); cf. *Tabaqât-al-Hoffâtz* 18, 16, Hâdjî-Khal. V, p. 491, supra p. 46, et imprimis al-Maqqarî I, p. ٥٢٥—٥٣٩. Sunt 19 pagg. sine anni nota.

Emtus est Codex Londini anno 1865 e Catalogo Bernardi Quaritch (p. 38 n. 752).

DCCCCIV. (Cod. 1212).

جامع اللّطائف opusculum a Zain-ad-dîn Hosain ibn-Hasan Ishâqî non diu post annum 936 conscriptum, quadripartitum. Agit caput primum فى السياسات, secundum, longe major pars libri, فى تاريخ اكابر البريّات (est conspectus chronologicus historiae khalîfarum et principum ad annum p. Ch. 1529), tertium فى الاخلاق

والمذمومات الحمودات, quartum في عجائب المخلوقات. In primo folio liber inscribitur عجائب وغرائب مخلوقات ولطائف.

Codex nitide est exaratus.

Emtus anno 1867 apud K. F. Köhler, Lipsiae.

DCCCCV. (Cod. 1499 (2).)

Codex, qui fortasse inter Hebraïcos collocandus fuisset, continet versionem Arabicam partis libri יוחסין »Genealogia" auctore Abraham Zacut c^{a} annum 1500, secundum editionem Samuelis Schullam (cf. Steinschneider, *Catal. libr. hebr. in bibl. Bodl.*, p. 707 et 2478), et quidem *tempus* (الزمان) octavum, nonum et decimum cum epilogo Samuelis. Nonnulla folia desiderantur. Versio igitur, a nescio quo Arabicae linguae classicae imperitissimo facta, continet chronologiam inde ab Heraclii et Mohammedis tempore ad Sultanum Selim usque. Adduntur excerpta Samuelis e libro ארחות עולם auctore Abraham Farrizol (Steinschneider l. l. p. 688), et excerpta Mosis Isserls (Steinschn. p. 1827) e libro יסוד עולם (p. 1125) Arabice. Abrupte desinit. Erant hae chartae in eodem volucro cum Golii locorum in Cathechismo Heidelbergensi laudatorum serie.

Codex anno 1837 Groningae e bibliotheca van Eerde emtus et a Rege Acad. nostrae donatus est.

6. HISTORIA ALII ET ALIDARUM.

DCCCCVI. (Cod. 915 Warn.)

„تَذْكِرَةُ ٱلْخَوَاصِّ مِنَ ٱلْأُمَّه، بِذِكْرِ خَصَائِصِ ٱلْأَئِمَّه" (titulus occurrit cum in praefatione tum in subscriptione), auctore Schams-ad-dîn Abu-'l-Motzaffar Jûsof, vulgo *Sibt ibn-al-Djauzî* (i. e. filius filiae Abu-'l-Faradji ibn-al-Djauzî, qui anno 597 obiit). Obiit hic scriptor anno 654.

Est luculentissima historia Alîi et Alidarum, quam auctor ideo in duodecim capita se divisisse affirmat, quia Imâmi duodecim fuerint numero. Sex priora capita de Alîo agunt, nempe de ejus

genealogia, virtutibus, khalifatu, dictis carminibusque, denique de ejus morte. Septimum caput agit de Alîi uxoribus liberisque; octavum (fol. 103 v. — 132 r.) de al-Hasano; nonum (fol. 132 r. — 175 r.) de al-Hosaino; decimum (fol. 175 r. — 181 r.) de Mohammed ibn-al-Hanafîja; undecimum (fol. 181 r. — 193 r.) de Khadîdja et de Fâtima. Caput duodecimum (fol. 193 r. — 224 r.) agit de reliquis Imâmis, nempe de Alî ibn-al-Hosain Zain-al-ᶜAbidîn (193 v.), de Mohammed al-Bâqir (201 r.), de Djaᶜfar aç-Çâdiq (204 r.), de Musâ ibn-Djaᶜfar al-Kâtzim (207 v.), de Alî ibn-Musâ ar-Ridhâ (210 r.), de Mohammed al-Djawwâd (215 r.), de Alî al-ᶜAskarî (215 v.) et de al-Hasan al-ᶜAskarî (217 r.). Fol. 218 r. occurrit carmen de Imâmis, quod compositum est ab Abu-'l-Fadhl Jahjâ ibn-Salâma al-Haçkafî (الحصكفي) (+ 553). In fine denique historiolas de Imâmis refert libri auctor.

Codex minutis litteris exaratus est anno 905. Continet 224 folia quadruplicata. Aliud exemplar in Bibliothecis Europaeis mihi non innotuit; sed lithographia prodiit Teherani anno 1285 (1868).

DCCCCVII. (Cod. 1647).

Historia Alîi et Alidarum, c. t. كتاب الارشاد, ut exstat non tantum in primo folio, sed quoque in subscriptione tomi primi, aut plenius «كتاب الارشاد في معرفة حجج الله على العباد» ut in titulo Codicis mox describendi. Auctor qui in ipso libro passim appellatur as-Schaikh al-Mofîd est Mohammed ibn-Mohammed ibn-an-Noᶜmân al-Mofîd al-Hâritzî al-Bagdâdî al-ᶜOkbarî (العكبري), Abu-Abdallah, cognomine *Ibn-al-Moᶜallim* (338—413, vid. Tusy's *List of Shy'ah Books* p. ٣١٤ seq.). Inter doctores a quibus traditiones accepit praecipui sunt Abu-'l-Djaisch Motzaffar ibn-Mohammed al-Balkhî (Tusy p. ٣٣١); Abu-'l-Fadhl ibn-Schâdzân (+ 334); Abu-Bekr Mohammed ibn-Omar ibn-al-Djiᶜâbî [1]) (+ 355); Abu-Hafç

1) In hoc Codice semper الخفاني, sed in altero recte ut rec. Cf. praefatio ad *Moschtarik*, p. 21, Abu-'l-Mahâsin II, p. ٣٨٥, *Tabaqât-al-Hoffâtz*, 12, 32, Tusy p. ٣٠٩. Saepissime hoc nomen corruptum invenitur.

Omar ibn-Mohammed aç-Çairafî (+ 375); Abu-Abdallah Mohammed ibn-ʿImrân al-Merzobânî (+ 384); Djaʿfar ibn-Mohammed ibn-Kuluja Abu-'l-Qâsim al-Qommî (Tusy p. ۷۷ seq.); Abu-Bekr Mohammed ibn-al-Motzaffar al-Bazzâz; Alî ibn-al-Mondzir at-Tarîqî (الطريقى). Duo libri laudantur: f. 13 v. قال الشيخ المفيد رَه وجدت فى كتاب ابى جعفر محمد بن العباس الرازى قال, et f. 202 v. وجدت بخط ابى الفرج على بن الحسين بن محمد الاصفهانى فى اصل كتابه المعروف بمقاتل الطالبيين اخبرنى. Auctor hujus operis obiit anno 357, teste Abu-Noʿaim (Cod. 568, f. 12 v.)

Quod ad ipsum opus attinet, divisum est in duos tomos (جزء) quorum primus (f. 1—131) continet historiam Alîi. In tomo altero exhibitur historia duodecim Imâmorum ex Alîi posteris, et quidem deinceps tractantur: f. 131—140 al-Hasan; f. 140—186 al-Hosain, f. 186—191 Alî Zain-al-Abidîn; f. 191—196 Mohammed al-Bâqir; f. 196—198 frater ejus Abdallah ibn-Alî; f. 198—211 Djaʿfar aç-Çâdiq; f. 211—222 Musâ al-Kâtzim; f. 222—232 Alî ar-Ridhâ; f. 232—240 Mohammed al-Mortadhâ; f. 240—246 Alî ibn-Mohammed; f. 246—255 al-Hasan ibn-Alî; f. 255—263 Abu-'l-Qâsim Mohammed ibn-al-Hasan, qui est al-Mahdî al-Qâim; f. 263 ad finem operis (f. 270) de reapparitione Mahdîi agunt.

Post doxologiam liber sic incipit: اما بعد فانى مثبت بتوفيق الله ومعونته ما سألتَ ايّدك الله اثباتَه من اسماء ائمّة الهدى عم وتاريخ اعمارهم وذكر مشاهدهم واسماء اولادهم وطرف من اخبارهم المفيدة لعلم احوالهم لتقف على ذلك وقوف العارف بهم ويظهر لك فرق ما بين الدعاوى والاعتقادات فيهم (Cod. 1973 الفرق), quod propositnm non impedit quominus auctorem credulum appellemus.

Codex recens sed bene exaratus anni nota caret.

Emtus anno 1859 Amstelodami e bibliotheca R. van Voorst (v. *Catalogue raisonné* p. 2, n 8).

DCCCCVIII. (Cod. 1973 = Amîn 250).

Ejusdem libri tomus prior qui abrupte desinit in fine historiae Alîi, Codicis antecedentis f. 130 r. l. 5 a f. cum annotatione li-

brarii: هذا آخر ما وقع فى يدى من هذا الكتاب. Operi suo hic finem imposuit anno 999 probabiliter in Jemana. Forma Codicis est oblonga; bene est exaratus.

DCCCCIX. (Cod. 959 Warn.)

Quatuor opuscula de caede Hosaini, omnia ab eodem librario, qui sine dubio Schîita erat, exarata, hoc Codice continentur. Eorum argumentum his verbis, in fronte Codicis scriptis, declaratur: رسالة فى جواز اللعن على يزيد، ورسالة فى المصرع الشين فى قتل الحسين رضه، واخذ الثار على يد السادة الاخيار، ونبذة من جواهر العقدين فى فضل الشرفين، . De singulis accuratius exponendum est.

Primum opusculum ab Abu-'l-Faradj ibn-al-Djauzî († 597) compositum est, sed ab alio viro editum, ut patet ex his verbis quae post *bismillam* leguntur: اخبرنا سيدنا وشيخنا الامام الراجى رحمة ربه الكريم شرف الدين ابو محمد عبد العزيز (adde بن) محمد بن عبد المحسن الانصارى الاوسى بلّغه الله نهاية اربه، وزاده علما ونفع به« بقراتى عليه فى يوم الجمعة ثانى صفر (adde سنة) ست وخمسين وستمائة قال اخبرنا الشيخ الامام العالم جمال الدين ابو الفرج عبد الرحمن بن محمد بن على بن الجوزى رحمه الله اجازةً قال الحمد لله الذى نجانا بالعلم من موافقة الضلال الخ. — Narrat Ibn-al-Djauzî, se aliquando rogatum fuisse utrum Jezîd, Moâwijae filius, maledicendus sit propter Hosaini caedem et Medinam ejus jussu depopulatam. Respondi, inquit: يكفيه ما به والسكوت اصلح. Tali responso alter minime contentus, ولكن هل يجوز, inquit, علمتُ ان السكوت اصلح لعنه. »Jezîdo maledicere," respondit Ibn-al-Djauzî, »licitum censuerunt docti piique viri, inter quos est Ahmed ibn-Hanbal." Hoc responsum ad viri cujusdam aures pervenit, qui ex Omaïjadarum stirpe fuisse videtur, nam Ibn-al-Djauzî his verbis eum designat: »شيخ قد قرا احاديث مرويه، ولم يخرج عن العصبية القاسية«. Omaïjada igitur ille tractatum (جزء) composuit in quo falsa de

Jezîdo scripsit (يبتهر فيه ليزيد); erat vero vir mirae ignorantiae qui v. g. affirmasset aliquando, Moslimum ibn-Dînâr ex clarissimis Prophetae sociis fuisse, quique veras traditiones a falsis non decernere soleret. Refutat igitur Ibn-al-Djauzî virum istum, et ad suam sententiam comprobandam, historiam Jezîdi enarrat inde ab anno 56 quo a Moâwija imperii haeres est constitutus; qua in re imprimis sequitur Abu-Bekr ibn-abi-'d-Donjâ, Mohammed ibn-Saᶜd (auctorem libri *Tabaqât*) et at-Tabarî. — Fol. 28 v. est libri finis, ibique haec exstat subscriptio: كتبتُه من نسخة عليها خط المصنّف وخـط الشيخ الامام العالـم العلامة شيخ الشيوخ شـرف الـديـن ابى محمد عبد العزيز بـن محمد بـن (عبد adde) المحسن فى سنة سبع ابن محمد بن منصور الانصارى وكتب من الهجرة النبويـة (وكُتِبَتْ .l) وسبعين وتسع مائة (.l وستمائة) والحمد لله; ex quibus verbis minime efficiendum esse censeo, *nostrum* exemplar ex antiquo illo Codice, anno 677 exarato, descriptum esse; nam si hoc ita esset, nec explicari posset quo modo factum sit ut noster librarius ridiculo errore 977 scripserit pro 677, nec quo modo factum sit ut Codicis nostri textus gravissimis mendis scateat. Videntur mihi verba laudata a librario nostri Codicis descripta ex exemplo quo usus est, et *hoc* verosimiliter ex antiquo illo Codice, anno 677 exarato, descriptum erat. Haec opinio eo confirmatur quod librarius (qui Turca fuisse et Arabica quae scribebat verba fere non intellexisse videtur) verba illa كتبته caet., nullo spatio relicto, praecedentibus ita adjunxit ut ipse non perspexisse videatur, haec verba subscriptionem constituere, sed putasse illa ad ipsum textum pertinere. — Absoluta subscriptione ista, editor libri (وجدتُ فى هـذه النسخة يقول مولفها ولم اجد احدا الخ) dicit, se nullum unquam emîrum ᶜAmro ibn-al-Âçi magis justitiam de semet ipso facientem (انصف من نفسه) invenisse, qui quum, a Moâwijâ Aegypto praefectus, audivisset al-Hasanum, Alîi filium, a principe 150,000 dinâros accepisse, hoc imprudenter factum esse censuit, et carmen ad Moâwijam scripsit, in nostro Codice traditum, quo al-Hasanum summis laudibus effert et Moâwijam hortatur ut a tam praeclaro

ideoque suspiciosissimo viro veneno se liberet. De Amri igitur sententia Moâwija al-Hasanum veneno, quod ei a Djaᶜda datum est, sustulit. Quum deinde Moâwija Aegypti praefectura Amrum privare vellet eamque in Abd-al-Melik ibn-Merwân conferre, Amr ei carmen misit, quod historici الجلجلية appellare solent et incipit a versu:

معاوية الفضل لا تنس لى وعن منهج الحق لا تعدل

Hoc carmine omnia enumerat Amr quae in Moâwijae gratiam perpetraverat, cujus causam injustissimam fuisse luculenter exponit. Moâwija, carmine illo commotus, ei Aegypti praefecturam reliquit et bene curavit ne Syri carmen istud audirent: وامر ان لا يسمعها احد من اهل الشام خوفًا من الانحراف عنه. — Longae disputationi ansam darent haec, cui tamen hic locus minus aptus est; sed monendum mihi restat, librum Ibn-al-Djauzîi, de quo dixi, citari ab as-Samhudîo (vide v. g. Codicis de quo agimus fol. 224 r.) sub titulo: «كتاب الرد على المتعصّب العنيد، المانع من ذمّ يزيد».

Secundum opusculum tribuitur celeberrimo Abu-Mikhnaf Lût ibn-Jahjâ ✝ 170 (cf. *Fihrist* ٩٣, 12); editum autem est ab Alî ibn-Musâ ibn-Djaᶜfar ibn-Mohammed ibn-Tâwus al-Hosainî (fol. 35 v.: وقال على — — الحسيني جامع هذا الكتاب عن ابى مخنف لوط بن يحيى — فى مصرع الحسين عم (Cod. مخنف)). Continet longam narrationem, quae a caede Alîi incipit et in caede Hosaini desinit. Titulum habet sec. subscriptionem «الْمَصْرَعُ الشَّيْنُ، فِى قَتْلِ الحُسَيْنِ» et occupat Codicis fol. 34 v. — 145 r.

Tertium opusculum quod ab eodem scriptore compositum esse dicitur, est continuatio *secundi*, ut in *hujus* subscriptione declaratur et titulum habet sec. eandem subscriptionem «أَخْذُ الثار، على يَد السادة الأَخْيار، ابراهيم الثَّقَفِى المختار». Continet narrationem illorum quae inde a caede Hosaini acciderunt usque ad caedem al-Mokhtâri anno 67, et Moçᶜabi anno 71. Occupat Codicis fol. 145 v. — 197 v.

Duorum horum opusculorum versionem dedit Wüstenfeld anno 1883 sub titulo »Der Tod des Ḥusein ben ʿAli" in Abh. der Kön. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen xxx, cum praefatione in qua ostendit fundamentum narrationis quidem esse Abû Mikhnafi opus, sed multis fabulosis et fictitiis auctum et depravatum, ita ut Pseudo-Wâqidianis potius quam historicis annumerandum sit. Codices et editiones in eadem praefatione describuntur.

Quarto denique loco occurrit excerptum ex opere c. t. جَوَاهِرُ العِقْدَيْن، فى فَضْلِ الشَّرَفَيْن" auctore Nur-ad-dîn as-Samhudî (+ 911), quem librum totum hic habemus, n⁰. 790 signatum. Describendus erit in capite de Theologia ibique de hac parte Codicis 959 dicendum.

Codex exaratus est anno 995.

DCCCCX. (Cod. 989 (fol. 36 r. — 41 v.) Warn.)

Duo parva fragmenta, ex duobus operibus desumta quae de Alidis agunt, hac Codicis 989 parte contineri videntur. In primo (quod tribus paginis constat et abrupte incipit a verbis: من يده مع عشرة او عشرين وخرج من العسكر فاختفى بالشعب فلما اصبح راى الاحوال فرجع الى دمشق) sermo est de ʿAçim (عاصم) ibn-Sâlim qui castellum τοῦ طمهروث بن كوموث (sic) intrare secunda vice tentat; de quo castello fabulae nonnullae narrantur, traditurque ʿAçim partem thesaurorum, a se in illo inventorum, Mohammedi ibn-al-Hanafîja, partem ʿAuno ibn-Alî misisse. Tum narratur mors Jezîdi, contenditque scriptor anonymus, Jezîdi filium, Moâwijam II, animo sibi proposuisse ut khalifatu se abdicaret in gratiam Alîi Zain-al-ʿâbidîn, filii Hosaini, et hanc ob causam a matre sua hujusque marito, Moâwijae vitrico, Merwân ibn-al-Hakam, veneno esse sublatum. Quum igitur Merwân khalifatu erat potitus, hujus filius Abd-al-Melik se ad castellum illud, thesauris repletum, contulit, de quo in praecedentibus mentio facta est; at quum in propinquo esset a serpente, castelli custode, impeditus est quominus intraret. Narrantur alia quaedam quae minime melioris notae sunt.

Secundum fragmentum (9 pp.) incipit a verbis: انبأنى المعتمد اجازةً بما روى عن يزيد بن ابى حبيب والحارث بن يزيد وابن هبيرة انهم جميعا قالوا اجتمع عند معاوية عمرو بن العاص وعتبة بن ابى سفيان والوليد بن عُقْبة والمُغيرة بن شعبة فقالوا ارسلْ لنا الى الحسن فلْنُسَبِّبْ اباه ونصغّره بذلك. Venit igitur al-Hasan, a Moâwija arcessitus, et cum viris illis disputat. Fragmentum abrupte desinit.

DCCCCXI. (Cod. 686 Warn.)

تَهْذِيبُ الْأَنْسَابِ، وَنِهَايَةُ الْأَعْقَابِ«. Egregium opus de genealogia Alidarum, auctore ᶜObaidallî i. e. Abu-'l-Hasan Mohammed ibn-abî-Djaᶜfar Mohammed ibn-Alî ibn-al-Hasan ibn-Alî ibn-Ibrâhîm ibn-Alî ibn-Obaidallah al-Aᶜradj (الاعرج) ibn-al-Hosain al-Açgar ibn-Alî ibn-al-Hosain ibn-Alî ibn-abî-Tâlib, cujus pater etiam de eodem argumento scripsit teste as-Sakhâwî, cod. 677 f. 68 v. Integram scriptoris genealogiam descripsi, ut pateret, hunc Alidam quarto Arabum saeculo floruisse. Antea majus opus de eodem argumento composuerat, nempe *al-Kâmil*, quod citat fol. 20 v., ubi haec leguntur: وقد شرحنا ذلك فى الكتاب الكبير فى نسب آل ابى طالب الذى سميناه الكامل. Ingens erat opus, nam in praefatione nostri operis testatur auctor, illud 10,000 foliis (ورقة) constitisse. Epitome autem de qua agimus, additamentis aucta est ab alio Alida, cui nomen: Abu-Abdallah al-Hosain ibn-Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Mohammed ibn-al-Qâsim ibn-Alî ibn-Mohammed ibn-Ahmed ibn-Ibrâhim Tabâtabâ, qui, ut ex ejus genealogia efficio, exeunte saeculo quinto floruit; in ipso libro se ipse vocat Ibn-Tabâtabâ, et alterum illum auctorem صاحب الكتاب. — Utilissimum esset institutum, ex hoc libro tabulam genealogicam conficere; nam propter nominum similitudinem difficile est non errare ubi de Alidis sermo est. Caeterum genealogici tantum, non historici, argumenti est hic liber.

Codex, 169 foliis quadruplicatis constans, currente calamo sed cum cura exaratus est ab Alida quodam, qui se ipse genealogum

النسّابة vocat et alios Codices contulit, ut patet ex notis marginalibus. Anni nota addita non est. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCCCXII. (Cod. 1974 = Amîn 251).

كتابُ الافادة، فى تأريخ الأئمّة السّادة» auctore Abu-Tâlib Jahjâ ibn-al-Hosain ibn-Hârun al-Hasanî Alida al-Bothânî vel al-Bathânî. Natus est anno 340 et mortuus anno 422 vel 424 et quidem in provincia Dailem ubi tanquam khalifa a Zaiditis agnoscebatur. Est luculentissima historia Imamorum Zaiditarum usque ad aetatem auctoris sedecim numero, quorum nomina haec sunt: 1⁰ Alî, 2⁰ al-Hasan, 3⁰ al-Hosain, 4⁰ Zaid ibn-Alî, 5⁰ Jahja ibn-Zaid, 6⁰ Mohammed ibn-Abdallah, 7⁰ Ibrahîm frater ejus, 8⁰ al-Hosain ibn-Alî al-Fakkhi, 9⁰ Jahjâ ibn-Abdallah, 10⁰ Mohammed ibn-Ibrahîm, 11⁰ al-Qâsim ibn-Ibrahîm, 12⁰ al-Hâdî, 13⁰ an-Nâçir al-Hasan ibn-Alî, 14⁰ al-Mortadhâ, 15⁰ an-Nâçir Ahmed ibn-Jahjâ et 16⁰ al-Mahdî-li-dîn-Allâh Mohammed ibn-al-Hasan. Ultimi in provincia Dailem surrexerunt, al-Mahdî anno 360 diem supremum obiit.

Codex anno 1074 nitide exaratus est in Jemana teste subscriptione f. 72 r. Sequuntur deinceps nonnulla alia de quibus vide ad num. 1977. Duo alia exemplaria exstant in Bibl. Berol. (Ahlw.) 9665, 9666.

DCCCCXIII. (Cod. 1979 = Amîn 256).

Hujus libri priora folia perierunt nempe capitis primi sectiones 1—5 et initium 6ae, sed quid contineat et quis fuerit auctor e subscriptione quam integram describam patet. Est autem haec: على نسخة الاصل بخطّ المصنّف رضى الله عنه وارضاه نجزتُ من تاليفه وجمعه فى سابع وعشرين شهر رجب المبارك من سنة خمسين وستّمائة بحلب المحروسة يتلوه الرسالة الموسومة بالدر المنظم فى السرّ الاعظم التى فى سبب تصنيفه على ما تقدّم ان شاء الله تعالى، كلّ ذلك بخطّه رضى الله عنه. E quibus verbis patet in Codice autographo unde noster

descriptus est secutum esse tractatum ejusdem auctoris c. t. الدّرّ «المنظّم، في السّرّ الأعظم» satis cognitum, cujus exemplaria descripta sunt in Cat. Leid[1]. III, 175 seq. (Cod. 1252), Cat. Goth. (Pertsch) n. 1258 et in aliis catalogis. Quin e numero manuscriptorum Schaikhi Amîn est qui eundem tractatum contineat (cf. Landberg n. 472) et examine instituto luce clarius factum est Codicem illum olim cum nostro 1979 unum fuisse quum scriptura et habitus Codicum prorsus consentiant. Auctor libri igitur est Kamâl ad-dîn Abu-Sâlim Mohammed ibn-Talha ibn-Mohammed ibn al-Hasan al-Qoraschî an-Niçîbî (+ 652). Pro titulo quem Amîn libro dedit مطالب السول في غزوات الرسول corrigendum est, ut recte vidit van Vloten «مطالب السول، في مناقب آل الرسول», opus enim deinceps agit de Alîo, ejusque virtutibus et privilegiis (caput primum undecim sectionibus constans et longe majorem voluminis partem implens), de filiis ejus al-Hasan, et al-Hosain, de Ali ibn-al-Hosain, de Mohammed ibn-Alî, de Dja^c^far ibn-Mohammed, de Musâ ibn-Dja^c^far, de Alî ibn-Musâ, de Mohammed ibn-Alî, de Alî al-^c^Askarî, de al-Hasan ibn-Alî et de Mohammed ibn-al-Hasan. Auctor horum imamatum defendit et fuit igitur ex iis qui dicuntur الاثنى عشرية.

Aliud exemplar in bibliothecis Europaeis non exstat; subscriptionem autem male intellexit Landberg, quum verba وارضاه — على et iterum بتاريخ usque ad finem sint verba librarii, cetera autem auctoris in archetypo autographo obvia. Auctor igitur testatur se hunc librum composuisse anno 650, sed apographon nostrum est discipuli cujusdam sine anni nota sed ejusdem fere aetatis. Editum est Teherani una cum opere Sibt ibn-al-Djauzî (supra n. DCCCCVI) anno 1287. Fragmentum incipit p. ٣٩, l. 6 a f.

DCCCCXIV. (Cod. 1984 = Amîn 261).

«الحدائق الوردية، في ذكر أئمة الزيدية» auctore Homaid ibn-Ahmed al-Mahallî + 652. De auctore quaedam refert Khazradjî in historia sua Jemanae Cod. Leid. 302, p. 165, plura leguntur in ipso tituli folio. Hujus autem libri minime primum volumen

possidemus sed exile fragmentum vel potius plura folia ad varias partes voluminis primi pertinentia. Casu exordium et finis supersunt ita ut falsa species oriatur. Operis descriptionem dedit Rieu Suppl. p. 329 seq.

Duo priora et ultimum folium ad librum non pertinent. Quae supersunt 27 folia anno 1067 sunt exarata.

DCCCCXV. (Cod. 2326 = Amîn 608).

رسالة السُّلالة الزَّينبيّة, tractatulus as-Sojutîi de posteris Zainabi filiae Fâtimae in quo agitur quaestio utrum posteri Zainabi iisdem juribus utantur ac ceteri Alidae e filiis Alîi progeniti necne.

Sunt foll. 118—123 Codicis in 12⁰ continentis collectionem tractatuum as-Sojutîi et bene exarati. Ad eundem Codicem pertinet Cod. 1975 (Amîn 252).

DCCCCXVI. (Cod. 1977 = Amîn 254).

Hic Codex 6 tantum folia continens revera pertinet ad Cod. 1974 (n. DCCCCXII) quum ab eodem librario prorsus eodem modo scriptus sit et de simili argumento agat atque ea quae in fine illius Codicis tractantur. Continet enim primum tractatum inscriptum: مسألة ان امير المؤمنين كرّم الله وجهه اول المؤمنين ايمانا واسلاما, deinde alterum السؤال عن حكاية صلعم للبتول سلام الله عليها فدكا, auctore qâdhîo Ahmed ibn-Sa^cd-ad-dîn ibn-al-Hosain al-Miswarî. Idem in fine Codicis 1974 annotavit nonnulla de quibusdam Zaiditarum imamis in Jemana (2 fol.), dedit catenam (سند) traditionis viri Abu-'l-Ghanâïm [1]) dicti ($2^1/_2$ folia) quae statim ipsa sequitur inscripta ذكر الاسباط الاثنى عشر من ولد الحسنين (2 folia). Anno 432 conscripta fuit. Deinde (f. 79 Codicis) composuit tractatum de Jahjâ ibn-al-Hasan al-ᶜAqîqî, qui opere de genealogia Alidarum inclaruit. Finem fecit tractatu de fetwâ in quibus rebus

1) Nomen ejus est Abdallah filius Hasani al-Zaidî al-Hosainî et functus est munere qâdhîi in urbe Damasci primo dimidio saeculi quinti. Auctor est libri de genealogia Alidarum.

improbanda sit. Haec omnia anno 1074 ex autographo al-Miswarii descripta sunt qui ipse fere 1050 haec composuit.

DCCCCXVII. (Cod. 2023 = Amîn 300).

Fragmentum quindecim foliorum continens historiam regni imâmi Zaiditarum Jahjâ Scharaf-ad-dîn qui anno 965 obiit. Abrupte incipit in fine anni 944 et finem facit elegiis in mortem imâmi.

Subscriptionis initium est تمّت السيرة الفريدة المفيدة الشاهدة لمؤلفها. Scripsit Ahmed ibn-Jaḥjâ ibn-al-Mofaddhal ibn-Ibrâhîm ibn-Alî ibn-Emîr-al-Muminîn Jaḥjâ anno 1069.

In fine est apographum testamenti imâmi al-Motawakkil ʿala-'llâhi anno 952.

DCCCCXVIII. (Cod. 1970 = Amîn 247).

„سِمْطُ ٱللآل، فى شُعَرَاء [1] الآل" auctore Ismâʿîl ibn-Mohammed ibn-al-Hasan ibn-al-Qâsim imâmi Zaiditarum qui secundum *Kholâçat al-Atzar* I, ۴۱۹ et seqq. anno 1078 vel 1079 mortuus est. Argumentum libri titulo jam satis indicatur; est historia litteraria Alidarum in qua eorum res gestae paucis absolvuntur, contra dicta et carmina eorum in extenso describuntur. Multa autem continet ad elucidandam historiam Zaiditarum Jemanensium utilia.

Initium: نحمدك يا من تفضّل علينا باللسان العربى وجعلنا من افضل امّة ومن عترة خير نبىّ الخ. Auctor deinde sequentia monet: فالّفتُ هذا المختصر — وجمعت فيه ما استحسنته من شعرهم الرائق، ونظمهم الذى على كلّ نظم ونثر فائق، ولم احرص على نقل جميعه لكثرته، وانّما اخذت منه المختار فى بلاغته وعذوبته، طلبا للاختصار، واعتمادا على شهرته عند ذوى العقول والابصار، وجعلته شرحا لقصيدة كنتُ عارضت بها قصيدة الاديب يحيى بن سلامة الحصكفى المشهوره،

1) Ita bis in titulo, in praefatione ا vocis شعرا expuncta est et superinscriptum cum خ. In Codd. Mus. Brit. شعر, in *Khol.* اشعار. فضايل

الحقيقة بان تكون بالتبر مزبورة» وذكرت فيها من قال الشعر من الائمة.
الفارجين عن الاسلام كلّ غمّة» واستطردت فى هذا الشرح ذكر جماعة
من مقتصدى الآل، الذين نظموا كبار الياقوت واللآل» وما تعرّضت لذكر
وفياتهم، ولا لتبيين شيء من سيرتهم، وما اتّفق فى اوقاتهم» الّا ما كان
على سبيل الاستطراد من ذكر لطيفة تناسب ذلك المقام، وفضيلة اختصّ
بها احد من الائمّة الكرام، وطرف من سيرة مغمورة لمكتسب او امام»

In fine auctor qaçîdam addit coetanii ᶜImâd-ad-dîn Jahjâ ibn-Ahmed al-ᶜAbbâsi al-ᶜAlawî, quae ei innotuerat postquam librum absolverat.

Codex anno 1099 currente calamo exaratus est.

Al. ex. Mus. Brit. Suppl. 673, 674 (v. Rieu p. 457 seq.)

DCCCCXIX. (Cod. 1998 = Amîn 275).

«مَشْهَدُ الصَّفَا، فى المَدْفُونِينَ بِمِصْرَ مِنْ آلِ المُصْطَفَى» auctore Moçtafâ aç-Çafawî Schâfiᶜita qui post annum 1228 (p. Ch. 1813) scripsit (vid. f. 8 r.) et etiam chronicon composuit c. t. صَفْوَةُ الزَّمَان (f. 4. r.) Memorantur etiam in hoc libello sepulcra nonnullorum virorum celebriorum qui non erant e familia prophetae. Exordium: نحمدك اللهم على ترايد الافضال ونصلى ونسلم على سيدنا.محمد.

Sunt 20 folia bene exarata sine anni nota.

DCCCCXX. (Cod. 2006 = Amîn 283).

Haec octo folia continent 1⁰ كتاب مبارك فى ذكر مشاهد الاشراف وبعض الصحابة الذين قتلهم بنو امية الخ (2 folia); 2⁰ شرح ما قاله القسمطينى المنسوب بخط ابن حجر المكتوب منه agens de familiis Scharîforum diversis locis Maghribi domicilium habentibus (2 fol.); 3⁰ زيارة سيدنا الحسين رضه quid visitatori sepulcri sancti dicendum erit (4 fol.)

De Codicis habitu vide ad numerum sequentem.

DCCCCXXI. (Cod. 1983 = Amîn 260).

"القَوْلُ الجَلِىّ، فى فَضائل سَيِّدنا علىّ" auctore anonymo. Sunt tria folia quibus insequuntur tria alia eadem manu exarata quae inscribuntur رِسالَةٌ فى المَوْلد الشَّرِيف de institutione hujus festi, item anonyma.

Codex charactere majusculo scriptus in subscriptione annum 1106 habet. Sunt folia nonnulla e majore Codice ad quem etiam pertinet praecedens numerus.

7. HISTORIA MECCAE ET MEDINAE.

DCCCCXXII. (Cod. 424 Warn.)

Historia Meccae auctore al-Azraqî (+ 223), quae omnium antiquissima est. Titulus in Codice est: كتاب أَخْبار مَكَّة شرّفها الله تعالى وما جاء فيها من الآثار تاليف ابى الوليد محمّد بن عبد الله بن احمد بن محمّد الأَزْرقىّ رواية ابى محمّد اسحق بن احمد بن اسحق بن نافع الخزاعى, et post *bismillam* incipit liber ab his verbis: اخبرنى واندى الفقيه الامام المحدّث صدر الدين بقيّة المشايخ ابو حفص عمر بن عبد المجيد بن عُمر القرشىّ الميانسىّ رحمة الله عليه قال ثنا (i. e. حدثنا) القاضى الامام ابو المظفّر محمّد بن علىّ بن الحسين الشامىّ الطبرىّ عن جدّه الشيخ الامام الحسين وعن الشيخ ابى الحسن علىّ بن خلف الشامىّ عن خلف بن هبة [الله] الشامىّ عن ابى محمّد الحسن بن محمّد بن فراس عن ابى الحسن محمّد بن نافع الخزاعىّ عن ابى محمّد اسحق بن احمد الخزاعىّ عن ابى الوليد محمد بن عبد الله بن محمّد (l. احمد) بن محمّد الازرقىّ رضه.

Codex, currente calamo exaratus, punctis diacriticis saepissime omissis, nonnunquam est lectu difficilis. Secundum subscriptionem

tum partis prioris quum totius operis anno 737 est scriptus. Vid. porro praefationem Wüstenfeldi ad editionem (*die Chroniken der Stadt Mekka* I).

DCCCCXXIII. (Cod. 2022 = Amîn 299).

Fragmentum majus ejusdem historiae quod incipit a p. ٧, l. 15 in editione Wüstenfeld et pergit ad p. ٢٢٠, l. 7.

Codex satis antiquus est et probabiliter ad saeculum fere septimum Hidjrae referendus est.

Alia exempl.: Paris. 1628, 1629; Bodl. (Uri) 791, 826; Cantabr. (Browne) 17; Goth. 1705; Mus. Asiat. Petr. 597 (Rosen), 152 (1); Berol. (Ahlw.) 9751, 9752. Cf. Mus. Brit. Suppl. 575.

DCCCCXXIV. (Cod. 463 Warn.)

Secundum idque ultimum volumen Historiae Meccae, ab Abu-Abdallah Mohammed ibn-Ishâq ibn-al-ᶜAbbâs al-Fâkihî conscriptae, qui anno 272 adhuc inter vivos erat. Cf. Wüstenfeld l.l.

Agit hoc volumen de Templo et de variis ritibus sacris; de cursu inter aç-Çafâ et al-Marwa; de Ibn-az-Zobairo; de variorum virorum orationibus (*khotba*). Enumerantur praeterea Meccae praefecti, agiturque de locis circumjacentibus et reliquis templis. Singula capita enumerantur in copioso indice, qui libro praemissus est et haud minus quam viginti paginas formae maximae occupat.

Spissus hic Codex, cujus volumen prius deperditum 275 foliis formae maximae constabat, alterum 266 continet, Meccae exaratus est anno 877. Aliud exemplar mihi non innotuit.

DCCCCXXV. (Cod. 493 (4) Warn.)

«عَرْفُ ٱلطِّيبِ، مِنْ أَخْبَارِ مَكَّةَ وَمَدِينَةِ ٱلْحَبِيبِ», cujus libri, Hâdjî-Khalîfae incogniti, auctor in Codice non nominatur; floruisse vero videtur septimo Arabum saeculo, nam in praefatione testatur, se duos libros secutum esse, quorum unus est al-Azraqî († 223) opus, quod legerat coram ᶜIzz-ad-dîn al-Hosain ibn-Mohammed as-

Schâfiʿî; qui illud legerat coram Fakhr-ad-dîn Abu-'l-Hasan Alî ibn-Ahmed al-Maqdisî; qui illud legerat coram Abu-'l-Faradj ibn-al-Djauzî (+ 597). Alterum quod secutus est opus, est جامع الاصول, auctore Ibn-al-Atzîr (+ 606), quod etiam coram ʿIzz-ad-dîn as-Schâfiʿî legerat; qui illud legerat coram alio; qui illud legerat coram ipso Ibn-al-Atzîro.

Liber in tria capita divisus est, quorum primum agit de Templo Meccano ejusque fatis, secundum de reliquis locis sacris quae Meccae et Medinae sunt, tertium de sacris ritibus caet.

Sunt 24 paginae formae maximae, non male exaratae anno 830. Alius Codex mihi non innotuit.

DCCCCXXVI. (Cod. 160 Gol.)

كتاب الْاَعْلَام، بِاَعْلَامِ بَيْتِ اللّٰهِ الْحَرَامِ" auctore *Qotb-ad-dîn* Mohammed ibn-ʿAlâ-ad-dîn Ahmed an-Nahrawâlî al-Mekkî (+ 990); de quo opere cf. de Sacy in *Notices et Extraits* Vol. IV, et imprimis Wüstenfeld in praefatione ad editionem (*die Chroniken der Stadt Mekka* III).

Codex bene exaratus est anno 1008.

DCCCCXXVII. (Cod. 599 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1009 exaratum, quod secundum Wüstenfeld aliis praestat.

DCCCCXXVIII. (Cod. 690 Warn.)

Tertium exemplar, anno 1012 exaratum, secundum Wüstenfeld parvi valoris.

DCCCCXXIX. (Cod. 700 Warn.)

Quartum exemplar bonae notae, in cujus subscriptione commemoratur quidem annus compositi operis (985), non vero tempus quo hoc exemplar exaratum est.

DCCCCXXX. (Cod. 2013 = Amîn 290).

Quintum exemplar anno 1000 bene exaratum, sed praesertim in ultima parte a vermibus male habitum.

DCCCCXXXI. (Cod. 832 (1) Warn.)

Compendium ejusdem libri, factum ab Abd-al-Karîm ibn-Mohibb-ad-dîn ibn-ᶜAlâ-ad-dîn, filio fratris Qotb-ad-dîni (quem عمّى vocat in praefatione et in subscriptione quas edidit Wüstenfeld l.l.) anno 1000; compendio titulum dedit: اعْلامُ العُلَماء الأعْلام، ببناء المَسْجِد الحَرام". Additum est mandatum regium de legatis e quorum proventu Kaᶜbae vestimenta renovanda erunt, de quo in praecedentibus mentio erat facta, quodque sic inscriptum est: صورة كتاب الوقف الشريف السلطانى الامامى الاعظمى الخاقانى الأعْدلى المظفّرى السليمانى الوارد من خدمة الاعتاب الشريفة السلطانيّة، الى الديار المصريّة" الخ; hoc mandato descripto (anni nota est 1005) sequuntur duae pulchrae tabulae, in quarum una templum Meccanum delineatum est, singulis ejus partibus earum nominibus adscriptis; in altera delineatum est intervallum inter duas colles Marwa et Çafâ.

Codex optime exaratus est anno 1006.

Alia exempl. operis Qotb-ad-dîni: Paris. 1637—40, 1641 (1), 1642; Mus. Brit. 326, 327; Cantabr. (Browne) 42—44; Tübing. 23; Berol. (Ahlw.) 6065—66; Goth. 1708, 1709; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 181; Vatic. 284. Editus est Qâhirae anno 1303. Versio Turcica est in Bibl. Caes. Vind. (Flügel 895), in Bibl. Acad. Orient. Vind. (n. 260) et in Bibl. Goth. (Pertsch 158); Kasani edita est a Gothwald. Compendium Abd-al-Karîmi est in Mus. Brit. (Suppl. 1285).

DCCCCXXXII. (Cod. 560 (16) Warn.)

ذكر ما وَرَدَ فى بُنْيان الكَعْبَة المُعَظَّمة auctore al-Maqrîzîo (+ 845), ab ipso auctore correctum. Sunt 45 pag. anno 842 scriptae.

DCCCCXXXIII. (Cod. 2020 = Amîn 297).

Haec 4 folia titulo carent sed continent descriptionem 1° terrae motus et ignis quae devastarunt regionem urbis al-Medinae anno

654 mense Djomâda II, necnon 2⁰ incendii quo eodem anno mense Ramadhân delubrum Medinense conflagratum fuit. Ad calcem prioris legimus haec scripta fuisse anno 1064, in fine posterioris رواه الفقيه العالم احمد بن موسى بن على بن عجيل رحمه عن الفقيه العالم ابن العسلى (كذا cum).

DCCCCXXXIV. (Cod. 832 (2) Warn).

“ذُرْوَةُ ٱلْوَفَا، بِمَا يَجِبُ بِحَضْرَةِ ٱلْمُصْطَفَى” auctore Alî ibn-Abdallah ibn-Ahmed al-Hasanî as-Schâfiʿî *as-Samhûdî*, qui hunc librum, ut ex subscriptione apparet, anno 876 absolvit.

In praefatione dicit auctor, se multas historias Medinae legisse et ex illis maximo cum stupore didicisse haec: أَنَّ المسجد الشريف لمّا احترق فى سنة ٦٥٤ سقط من سقفه ما كان على اعلا الحجرة المقدّسة فوقع على سقف بيت النبى صلّعم فوقعا جميعًا على القبور المقدّسة ثم لمّا ابتدءوا بالعمارة قصدوا ازالة ما على القبور المقدّسة فلم يجسروا على ذلك وتركوه على ما هو عليه كما سياتى الاشارة اليه. Epistola hac de re missa est ad khalîfam Bagdâdensem, qui bello adversus Tataros impeditus est quominus responderet; deinde interfectus est corruitque khalifatus. Scriptori nostro rudera ista de quibus dixit, amovenda visa sunt, et hanc suam sententiam prodidit in libro c. t. “دفع التعرّض والانكار، لبسط روضة المختار”; idem argumentum denuo in hoc libro tractat, qui in tria capita et conclusionem divisus est. Caput primum agit de incendio anni 654; in secundo demonstrat auctor, rudera esse amovenda; in tertio ostendit, Medinenses qui incendii tempore vivebant, ruderibus amovendis impares fuisse ideoque vestigia eorum non premenda esse; in conclusione denique agit de quibusdam aliis rebus, ad mosqueam spectantibus. Auctor idem est cui historiam Medinae debemus.

Codex anno 1006 bene exaratus est. Alia exempl.: Esc. 1702;

Cantabr. (K. C.) 99; Mus. Brit. 328. Compendium c. t. خلاصة الوفا Paris. 1634—36; 2252 (2); Mus. Brit. 329, Suppl. 1284; Mon. 381; Berol. (Ahlw.) 9759 Cantabr. (Browne) 349.

DCCCCXXXV. (Cod. 2012 = Amîn 289).

«تُحْفَة الكِرَام، في أَخْبَار البَلَد الحَرَام» auctore Abu-t-Taijib Mohammed ibn-Ahmed ibn-Alî ibn-Abd-ar-Rahmân Taqî-ad-dîn *al-Fâsî* † 832, de quo opere cf. Wüstenfeld, *Die Chroniken der Stadt Mekka* II, Praef. XIV. Est epitome ex opere majore c. t. «شفاء الغرام، باخبار البلد الحرام».

Codex olim continebat 188 folia, sed casu quodam fol. 1—49 perierunt, ceterum satis bene exaratus est anno 907.

Al. ex. memorantur a Wüstenfeld l.l.

DCCCCXXXVI. (Cod. 2019 = Amîn 296).

«الجامِعُ اللَّطِيف، في فَضْل مَكَّة وأَهْلِها وبِنَاء البَيْت الشَّرِيف» auctore Mohammed Djâr-Allâh ibn-Amîn *ibn-Tzohaira* (ظهيرة) al-Qoraschî Meccano qui hoc opus anno 960 absolvit. Cf. Wüstenfeld, *Die Chroniken der Stadt Mekka* II, Praef. XXII. Ab eo praefatio, introductio et fragmenta aliquot edita sunt secundum Cod. Gothanum n. 1707 apud Pertsch, III, 300, q. v. Bonus Codex noster anno 1096 descriptus est e Codice quem ipse auctor sibi scribi jusserat quemque ipse cum autographo contulerat. Sunt 111 folia.

DCCCCXXXVII. (Cod. 2011 (2) = Amîn 288).

«ابْتِهاج الإِنْسان والزَّمَن، في الإِحْسان الواصِل للحَرَمَيْن من اليَمَن، بمَوْلانا الوَزِير العادِل الباشا حَسَن» de beneficiis igitur quibus Hasan Paschâ, qui anno 988 Jemanae praefectus est, affecit urbes sanctas, auctore Mohammed ibn-Qotb-ad-dîn ibn-ʿAlâ-ad-dîn an-Nahrawânî (sic), illo probabiliter filio Qotb-ad-dîni, quem in Jemana munere judicis functum fuisse docemur notâ quam dedit Wüstenfeld l.l. X seq. Scripsit hic anno 1005 eodemque anno Codex (non autogra-

phus) scriptus est. Incipit verbis الحمد لله الذى جعل حجّ البيت العتيق بعميم هداه من اركان الاسلام.

Alterum exemplar mihi non innotuit.

DCCCCXXXVIII. (Cod. 2017 = Amîn 294).

«اِسْعادُ آلِ عُثْمانَ المُكَرَّم، بِبِنَاءِ بَيْتِ اللّٰه المُحَرَّم» auctore Hasan as-Schoronbolâlî al-Wafâ'î Hanafita. Agit tractatus de aedificando templo Meccano et quaestionibus quibus ansam dedit, quum a vehementi torrente, quales saepius Meccae occurrunt, anno 1039 delubrum Meccanum grave damnum passum esset. Cf. *Kholâsat al-Atzar* IV, 339 infra seqq. et 361. Praecipua quaestio quae agitur haec est unde solvendi sint sumptus ad restaurandam Kaabam necessarii.

Sunt 7 folia non male exarata anno 1040.

DCCCCXXXIX. (Cod. 1743 = Amîn 7).

«هِدَايَةُ الزُّوَّار، اِلَى زِيَارَةِ ما بمكّة المشرّفة ونَوَاحِيها من مَشْهُورِ الآثار».

Libri argumentum hocce titulo satis indicatur, sed auctoris nomen incertum est. Repeto igitur verba quae jam descripsit Landberg in fronte Codicis manu Schaikhi Amîn exarata هذا التاريخ بخطّ مؤلّفه بدليل الحو والشطب والتخاريج وكان موجودا بمكّة فى عيد المولد سنة ١١٠١ كما ذكره فى الهامش بعد ثلاثة اوراق ويظهر من كلامه انه من تلاميذ الشيخ علىّ الشبراملّسىّ كما ذكره بعد اربعة اوراق وكان مسكنه بمكّة بسوق الليل كما ذكره بعد خمسة اوراق وذكر بعد ثمانية اوراق ان جدّه عمر بن الخطّاب رضه وذكر ايضا بعد احدى وعشرين ورقة ان شيخه الشيخ احمد النخلىّ المكّى وذكر بعد ثلاثة وعشرين ورقة ان شيخه الشيخ محمّد النبلاوىّ الدمياطىّ. Patet ex his auctorem vixisse Meccae ± 1101.

Sunt 37 folia manu auctoris, ut cum Amîno censeo, distincte exarata.

DCCCCXL. (Cod. 1627).

Opusculum pulcherrime scriptum, cum inscriptione auro ornata رسالة الحسن البصرى فى فضايل مكة. Est vero diversum ab eo quod in Catal. Goth. I, 54 et 72 (Cod. 23 (3) et 30 (1)) et ab eo quod in Catal. Vindob. II, 122 (Cod. 893 (1)) describitur. Post bismillam et doxologiam incipit verbis عن عبد الله بن عدى بن حمرآء رضه قال رايت رسول الله صلعم واقفا على الحزورة الخ quam traditionem excipit narratio a Wahb ibn Monabbih. Haec, ait auctor, corroborat epistola quam scripsit al-Hasan ibn-abi-'l-Hasan al-Baçrî (+ 110) ad fratrem in Deo, nomine Abd-ar-Rahmân ibn-Anas, Meccae degentem, qui locum sanctum relinquere voluit, a quo consilio al-Hasan eum avertere conatur. Epistola incipit post bismillam verbis حفظك الله يا اخى بحفظ الايمان.

Anno 1009 scriptus est Codex a Mohammed ibn-ᶜIsâ ibn-Morschid al-Omarî al-Hanafî deinde dedicatione ornatus ad Judicem supremum al-Hosain quum Meccam visitaret anno القاضى بمكة i. e. 1014.

Emtus Amstelodami anno 1849 e Bibl. Huët (Catal. p. 33 n. 448), in quam venit e Bibl. Nedermeijer Bosch. In primo folio legimus: Emi Lutetiae Parisiorum die 8 Martis 1747. G. Meerman.

8. HISTORIA JEMANAE. [1]

DCCCCXLI. (Cod. 1967 = Amîn 244.)

„السِّمْطُ الغالى الثَّمَن، فى أَخْبَارِ المُلُوكِ من الغُزِّ فى اليَمَن" auctore Mohammed ibn-Hâtim al-Jamanî al-Hamdânî qui sub finem saeculi septimi scripsit. Uberiorem descriptionem omitto quum lectorem relegare possim ad Cat. Mus. Brit. p. 716 sub num. 1584, ubi alterum exemplar hujus operis describitur.

Apographon nostrum anni nota caret, sed quum in fronte Codicis

1) De Jemana cf. etiam supra nos DCCCCXIV, DCCCCXVII, DCCCCXVIII, et infra sectionem de biographia miscella.

adscriptum sit illud confectum esse jussu imâmi al-Mahdî ibn-ᶜIzz-ad-dîn, satis constat illud exaratum esse sub finem saeculi decimi probabiliter in urbe Çanᶜâ, quum hic imâmus Zaiditarum anno 978 diem supremum obierit. Scripturae ductus non omni elegantia caret, sed puncta diacritica saepius omissa sunt. In fine mutilus est.

DCCCCXLII. (Cod. 302 Warn.)

„تَارِيخ ٱلْكِفَايَة وَٱلْإِعْلَام فِيمَنْ وَلِيَ ٱلْيَمَنَ وَسَكَنَهَا مِنَ ٱلْإِسْلَام"

auctore Alî ibn-al-Hasan al-Khazradjî (+ 812).

Incipit hoc volumen a capite quarto, quod de praestantia Jemanae et de iis, qui Çanᶜâae et Adeni regnarunt, agit; sed ut librum emturus putaret, integrum opus hoc volumine contineri, verbis الباب الرابع, a librario minio scriptis, bibliopola atramento superinscripsit haec: الفصل الاول ولا اول الا الله. Hujus capitis sectio secunda (p. 5) agit de conversione Jemanensium ad Islâmismum et de praefectis, a Propheta huic regioni praepositis. Sectio tertia (p. 12) agit de Jemanae praefectis inde a Prophetae morte usque ad Omaijadas; qui ab his Jemanae praepositi sunt in sectione quarta (p. 17) enumerantur. Sectio quinta (p. 20) agit de praefectis, ab Abbâsidis constitutis; sexta (p. 30) de Qarmatis in Jemana; septima (p. 38) de emîris qui Çanᶜâ sunt potiti; octava (p. 47) de Çolaihidis; nona (p. 59) de iis qui post hos Canᶜâae regnarunt; decima (p. 68) في اخبار الدولة الزريعية واستيلاء الزريعيين على عدن.

Caput quintum (p. 77), quod libri ultimum est, agit de emiris, regibus et weziris Zabîdi. Divisum est in duodecim sectiones, quarum prima agit de Zabîdo aedificato et de imperio Zijâditarum; secunda (p. 82) de regibus Habessiniis e stirpe Nadjâhi in Jemana; tertia (p. 88) de weziris e stirpe Nadjâhi; quarta (p. 97) de Alî ibn-Mahdî et de everso Habessiniorum imperio; quinta (p. 108) de Aijûbidis; sexta (p. 139) de Rasûlidis. Reliquae sectiones de singulis principibus ex Rasûlidarum stirpe agunt; nempe septima (p. 153) de al-Motzaffar; octava (p. 200) de al-Malik al-Aschraf; nona (p. 204) de al-Malik al-Moaijad; decima (p. 247) de al-Malik

al-Modjâhid; undecima (p. 303) de al-Afdhal; duodecima denique (p. 324) de al-Aschraf.

Codex, 384 foliis formae maximae constans, anno 948 exaratus est. Recte Hoogvliet (cui Codicem quondam tradiderat Hamaker, ut notaret e rebus in eo narratis eas, quae deëssent in Johannseni *Historia Jemanae*, utque imprimis etiam rationem haberet eorum locorum, e quibus nostra regionis Jemanensis notitia augeri posset, quo Indicem Geographicum, a Johannseno operi suo adjunctum, suppleret; v. Hoogvlieti praefationem ad librum c. t. *Diversorum Scriptorùm loci de Aphtasidis*): »Quamvis Codex," ait, »non ita male scriptus sit, lectio tamen ejus difficillima redditur eo, quod puncta diacritica in illo passim desunt, et saepissime quidem iis vocabulis, quibus maxime necessaria sunt, quin imo innumeris etiam in locis nominibus propriis." — Caeterum una haec est e *tribus* Jemanae historiis, ab al-Khazradjîo compositis (cf. Hâdjî-Khalîfa, II, p. 159); nempe illa quae secundum dynastiarum seriem ordinata est. De secunda, secundum ordinem alphabeticum disposita, infra dicturus sum ubi ad opera biographica pervenero.

Codici addidi elegiam in mortem al-Aschrafi quam vir clarissimus Redhouse anno 1887 e Khazradjîi opere العقود اللؤلؤيّة، في اخبار الدولة الرسوليّة„ cujus exemplar in bibl. India Office Londinii servatur (Loth 710), descripsit et ad me misit.

DCCCCXLIII. (Cod. 1972 = Amîn 249.)

رَوْضَةُ الأَخْبَارِ، ونُزْهَةُ الأَسْمَارِ، فى حَوَادِثِ اليَمَنِ الكِبَارِ، فى الحُصُونِ والأَمْصَارِ„ auctore Idrîs ibn-al-Hosain ibn-Abdallah ibn-Alî al-'Anf, qui ut ex hoc libro patet floruit dimidio posteriore saeculi noni [1]). Probabiliter fuit e numero Alidarum Jemanensium et proavus ejus Alî cognomine الانف ab aliis viris ejusdem nominis distinguitur quum nomen Alî frequentissimum sit inter Alidas. Male autem adscripsit Schaikhus Amîn المكرمى القرمطى cum annotatione وهم المكارمة والقرامطة ويسمّون بالبُهْرا فى ارض الهند الآن وهم دائما يسترون مذهبهم

1) Notitiam ejus in libro biographico Abu-Makhramae (Cod. 1956) non inveni.

وعقائدهم سترا شديدا اشدّ من التقيّة. Nam ii qui dicuntur المكارمة sine dubio nomen habebant ab illo Schaikho al-Makramî dicto de quo plura narrat Niebuhr in descriptione Arabiae (*Beschreibung von Arabien* 1772, p. 272 seqq.) et hic Schaikh fere eodem tempore quo Niebuhr Jemanam peragrabat res novas in rebus theologicis molitus est. Fortasse Shaikhum Amîn in errorem duxerunt verba alicujus lectoris in titulo: هذا الكتاب من كتب الباطنيّة يذكر فيه مولّفه ما جرا من حوادث اليمن ولم يكن الغرض من تحصيله الّا ليطلع الناظر على عداوته للايمّة عمّ ومحبّته اعدائهم (sic) neonon in fine libri quae ita fere audiunt: ما اظنّ اتحس ولا اشأم من هذا ابن الانف فانه تعصب لبنى طاهر ونافق لهم واذا ظفروا مدحهم واذا غُلبوا قال مُكر بهم وغُدر واستمرّت محاسنه حتى سرت الى مخدومه عامر فلما ودعه الى جهنّم رثاه بشىء يشبه الشعر وليس بشعر ونظيره اسجاعه التى تقدّمت من قسيم صرير الباب وطنين الذباب قبحه الله Hisce verbis nescio quis auctorem accusat quippe qui in rebus describendis quae in Jemana locum habuerint inter duos fratres al-Malik-al-Modjâhid Alî et al-Malik al-Tzâfir ʿAmir e gente Tâhiridarum (859—870) — cf. Johannsen, *Historia Jemanae* p. 186 et seqq. — partium studio flagrasset, in gratiam Tâhiridarum quorum alter al-Malik at-Tzâfir ʿAmir ibn-Tâhir anno 870 in expeditione adversus Çanʿâam trucidatus est [1]). Revera liber noster explicit in elegia auctoris in mortem hujus principis, neque aliud quidquam continet quam historiam Jemanae regnantibus Tâhiridis. Incipit: الحمد لله المحمود المعبود المنزه ان يحيط به الاقطار والحدود وخالق الخ

Aliud exemplar mihi non innotuit; Codex noster exaratus est anno 991; puncta diacritica saepe desunt.

1) Die 14mo mensis Dzu 'l-Qa'dae secundum nostrum, die 7mo secundum Johannsen l.l. p. 201.

DCCCCXLIV. (Cod. 1683).

„البرق اليمانى، فى الفتح العثمانى“, historia expugnationis Jemanae per Turcas, auctore Qotb-ad-dîn al-Mekkî († 990). Habemus hic editionem priorem, nisi quod divisionem in tria capita cum editione altera communem habet. Cf. de hoc opere de Sacy in *Notices et Extraits* IV, p. 412—521.

Codex a diversis manibus exaratus est. Pars antiquior, anno 1019 est anterior; tertia ferme pars Codicis a manu Europaea est addita. Desideratur a medio capite 20mo libri tertii ad finem operis.

Emtus anno 1860 in auctione publica Parisiis habita.

Alia ex.: Gotha (Pertsch) 1616; Bodl. (Uri) 839; Mus. Asiat. Petrop. (Rosen) 182; Havn. 140; Escur. 1715, 1716; Vindob. 977; Berol. (Ahlw.) 9742; Paris. 1644—1650, vid. Sacy l.l. p. 415 seqq.; Mus. Brit. 1646 et Suppl. (Rieu) 588; Const. Köpr. 1013.

DCCCCXLV. (Cod. 447 Warn.)

„الروض الحسن، فى أخبار سير مولانا صاحب السعادة الباشا حسن، فى أيام ولايته باقليم اليمن“, auctore ʿAmir ibn-Mohammed ibn-Hasan ar-Roʿâmî [1]), qui exeunte decimo Arabum saeculo floruit; ex quo Codice Rutgers suam *Historiam Jemanae sub Hasano Pascha* concinnavit; in cujus libri praefatione cum de opere ipso tum de Codice exposuit.

DCCCCXLVI. (Cod. 1969 = Amîn 246).

طبق الحلوى وصحاف المن والسلوى auctore Abdallah ibn-Alî al-Wazîr qui, ut mox patebit, anno 1181 scripsit.

Est historia Jemanae secundum singulos annos disposita ab anno H. 1046—1090 et in duas partes divisa quorum altera initium facit ab anno 1081. Primum folium Codicis periit sed in fine

---

1) Ita legit Rutgers. Mihi in Codice الدعامى exstare videtur.

partis alterius haec exstat subscriptio: قال المؤلف حفظه الله فى نسخته المنقول هذه منها من خطه والى هنا انتهى الجزء الثانى من طبق الحلوى وصحاف المن والسلوى تاريخ نقل الناقل المنقول هذا منه سنة ١١١٨ حرر الان فى شهر ربيع الآخر سنة ١١٨١ على يد جامعه الفقير عبد الله بن على الوزير سامحه الله وصلى الله على سيدنا محمد وآله وسلم كما وجد انتهى. Sequitur deinde: ترجمة صاحب هذا المجموع منقول (sic) من نسخة الصبا quae duas paginas implet sed nihil continet de vita auctoris et tantum versatur in celebrandis laudibus ejus. Priora 56 folia Codicis bene et nitide scripta sunt, cetera festinantius exarata quamquam satis distincte et accurate. Quod ad ipsum librum attinet ex subscriptione minime sequitur nos habere finem operis, quum tantum testetur auctor explicere partem secundam; utrum posteriores partes exstent necne non liquet.

Codicem anno 1181 esse exaratum ex autographo auctoris totidem verbis subscriptio supra jam data docet. In breviore subscriptione partis prioris idem affirmatur. Ad calcem libri est nota possessoris anno 1259 scripta.

Alterum exemplar exstat in Mus. Brit. Suppl. (Rieu) 592.

9. HISTORIA SYRIAE.

DCCCCXLVII. (Cod. 82 (2) Gol.)

"بَاعِثُ النُّفُوسِ، اِلَى زِيَارَةِ القُدْسِ المَحْرُوسِ" auctore Borhân-addîn al-Fazârî as-Schâfiʿî (Abu-Ishâq Ibrâhîm ibn-Abd-ar-Rahmân ibn-al-Firkâh) qui anno 729 obiit. Opusculum (23 pag.) in 13 sectiones divisum est, quarum titulos dedit Ahlwardt in Catal. Berol. V, 405. Egit de eo de Guignes in *Not. et Extr.* III, p. 605 seqq. qui Codice Parisino usus est.

Praecedit opusculum (11 pag.) de Salomone rege creato, de annulo, de dotibus quibus Deus eum ornavit et imprimis de aedificatione templi Hierosolymitani. Cod. Paris. eundem tractatum

continet (v. *Not. et Extr.* p. 608). Opuscula scripta sunt eadem manu qua 82 (1), itaque anno 936.

DCCCCXLVIII. (Cod. 824 (6) Warn.)

Idem libellus, sine anni nota.

Al. ex. Paris. 2254 (anc. fonds 837); Berol. Ahlw. 6093 (2), 6094 (1); Argentor. (Spitta) apud Nöldeke, Z.D.M.G. XL, 311.

DCCCCXLIX. (Cod. 931 Warn.)

« مثير الغرام، الى زيارة القدس والشام » auctore (in nostro Codice non commemorato) Schihâb-ad-dîn Abu-Mahmûd Ahmed ibn-Mohammed al-Maqdisî as-Schâfiî (+ 765), qui hoc opus anno 752 absolvit, ut ipse ad calcem libri affirmat.

Liber in duas partes divisus est, quarum prima de Syria, altera de templo Hierosolymitano agit. In fine libri agit auctor de praeclaris viris qui Hierosolymis habitarunt. Cf. porro quae Pertsch III, 305 seqq. scripsit.

Nitidus est Codex, anno 875 exaratus. Al. exempl.: Paris. 1667—1669; Lee 28; Goth. (Pertsch) 1715; Berol. (Ahlw.) 6095, 6096, 6097 (compendium); Cid-Hammouda (p. 17).

DCCCCL. (Cod. 1032 Warn.)

« اتحاف الاخصّا، بفضائل المسجد الاقصى » auctore, ut in nostro Codice legitur, Schams-ad-dîn Abu-Abdallah Mohammed ibn-Schihâb-ad-dîn Abu-'l-Abbâs Ahmed al-Minhâdjî al-Osjutî as-Schâfiʿî, qui in fine testatur, se librum anno 875 absolvisse. In nonnullis aliis libri exemplaribus nomen aliter traditur (cf. quae scripsit Pertsch III, 309), sed testimonium Codicis nostri magnae auctoritatis est, quippe scripti vivo auctore, cujus post nomen additur in titulo امتع الله بحياته. Est liber ille cujus versionem Anglicam anno 1836 edidit Reynolds.

Codex anno 896 exaratus est.

De aliis exempl. v. Pertsch l.l. Add. Berol. (Ahlw.) 6099, 6100;

Mus. Brit. (Suppl.) 572; Paris. 2255—2257; Inst. or. Petrop. (Rosen Coll. scientif. 42).

DCCCCLI (Cod. 1593).

Excerptum ex opere c. t. “نُزْهَةُ النَّوَاظِرِ، فِى رَوْضِ الْمَنَاظِرِ” scripto a Mohibb-ad-dîn Abu-'l-Fadhl Mohammed *ibn-as-Schihna* al-Halabî (+ 890). Codex incipit verbis الحمد لله القديم الابدى، الازلى السرمدى” مكوّر الليل على النهار، عبرة لاولى الابصار“ quae in aliis operis exemplaribus paullum aliter audiunt [1]). Auctor deinde dicit se nullam historiam et descriptionem urbis natalis invenisse nisi chronicon Ibn-al-ᶜAdîmi secundum ordinem alphabeticum dispositum, c. t. “بُغْيَةُ الطَّلَبِ، فى تأريخ حَلَبَ” praestantissimum quidem sed, ait, كما اخبرنى بذلك الامير النقيب بدر الدين الحُسَينى نقيب السادة الاشراف بالمملكة الحلبية رحمه ان مسوّدته كانت تبلغ نحو اربعين جزءًا كُبارًا والمبيّضة تجىء كذلك لكن اخترمته المنيّة قبل اكمال تبيّضه (Cod. 1444 الامنيّة) وتفرّقت قبل الفتنة التيمريّة فلا نجد الآن منها الّا نزرًا لم اقف منها الّا على جزء واحد حدّثنى بخطّه فيه بعض حرف الميم وفيه ترجمة الملك العادل نور الدين محمود وترجمة جدّى الامير حُسام الدين محمود شحنة حلب وبعض تراجم غيرهما وهو عندى وبلغنى انه ذكر فى الجزء الاوّل منه خصائص حلب وفضائلها ومعاملاتها ومضافاتها لكن رايت الامام العلّامة شمس الدين ابا عبد الله محمّد بن على بن ابراهيم بن شدّاد الحلبى الّف كتابًا سمّاه ”الأَعْلاقَ الخَطِيرَة، فى أُمَرَاء الشامِ والجَزِيرَة“ ذكر فيه اخبار الشام ولاجل ذلك احببت ان اذيّل على تاريخ ابن العديم ذيلا مختصرًا مفيدًا غير متطوّلا وسمّيته الدُرّ المُنْتَخَب، فى تاريخ

1) Quod Ahlwardt IX, 287*b* habet مكون, Pertsch III, 314 مكرر vitiosum est.

مَمْلَكَة حَلَب »، وها انا اشرع فى ذكر الفصول على وجه الاختصار، مستعينا فى ذلك بالواحد القهّار»، والله يقول الحقّ وهو مُهدى السبيل، وحسبى الله ونعم الوكيل». Quoniam auctor avum appellat Hosâm ad-dîn Mahmûd qui urbis Halabi شحنة fuit, certum est nos hic habere praefationem Ibn-as-Schihnae ad appendicem libri Ibn al-ᶜAdîmi, non opus ejusdem tituli quod Ibn-al-Khatîb (Ibn-Khatîb an-Nâçirîja + 843) composuit et cujus exemplar possident Bibl. Berol. 9791 (Ahlw.), Mus. Brit. 436 (2) vol. I, Bibl. Goth., 1772 (Pertsch) Vol. II, Bibl. Paris. 2139 vol. III. Attamen haec praefatio non pertinet ad excerptum e نزهة النواظر. Huic praemittitur post bismillam اما بعد فهذه نبذة انتخبتُها من كتاب نُزهة النواظر فى روض المناظر تاليف مولانا وسيّدنا الشيخ الامام العالم العلّامة البحر الحبر الفهّامة (البحر الفهام Cod. 1444 tantum) قاضى القُضاة مُحبّ الدين شيخ الاسلام والمسلمين — ابى الفضل محمد بن الشحنة الحلبى الحنفى الناظر فى الاحكام الشرعيّة بالديار المصريّة وسائر الممالك الاسلامية Sequitur deinde hujus Ibn-as-Schihnae introductio de Syriae divisione et de causis eum moventibus ut Halabum describeret, quarum est quod avus ibi الشحنكية gessit et quod ipse ibi natus et educatus fuit. Addit se imprimis secutum esse Ibn-Schaddâd (+ 684). Tituli 25 capitum in quae divisum est opus, sunt: ١ فيما جاء فى فضلها ٢ فى ذكر من بناها والطالع الذى بُنيت فيه ٣ فى وجه تسميتها واشتقاقها ٤ فى ذكر صفة عمارتها واسوارها ٥ فى ذكر فتحها ٦ فى ذكر عدد ابوابها ٧ فى ذكر قلعتها ٨ فى ذكر القصور التى كانت تسكنها ملوكها ٩ فى ذكر جامعها وجامع قلعتها وما تجدّد بها من الجوامع باطنا وظاهرا ١٠ فى ذكر المزارات التى فى باطنها وظاهرها ١١ فى ذكر المساجد التى فى باطنها وظاهرها ١٢ فى ذكر ما بباطنها وظاهرها من الخوانق والرُّبط ١٣ فى ذكر ما بباطنها وظاهرها من المدارس ١٤ فى ذكر ما بحلب واعمالها من الطلسمات والخواصّ ١٥ فى ذكر ما بباطنها

وظاهرها من الحمامات ١٦ في ذكر نهرها وقناتها ١٧ في ذكر ارتفاع قصبتها
١٨ في ذكر بعض ما مُدِحَتْ به نظما ونثرا وهو جُلّ مقصودنا ١٩ في
ذكر حدودها ومضافاتها القديمة والحادثة ٢٠ في ذكر ما اختصّت به
حلب من المحاسن وذكر ما اغفله ابن شداد من ذكر ما كان موجودا
في زمانه ٢١ في ذكر ما تجدّد بها بعد ابن شداد من المساجد
والمدارس والمشاهد والزوايا والتُرَب والمعامَلات ٢٢ في ذكر بعض ما بها من
الحارات والدور العظام والخطط المشهورة والملوكيّة وما في حكمها من
الجُنَينات والبُحيرات والخانات ٢٣ في ذكر الامور المختصّة بها التي
توجد فيها دون غيرها ٢٤ في ذكر متنزّهاتها ٢٥ في ذكر احوال نوّابها
وقضاتها وامرائها وارباب وضائفها (pro وظائفها) في هذا الزمان وذكر مدن
الشام المستقلّة ۞

Compendii auctor, nisi omnia me fallunt, e posteris Ibn-as-Schihnae fuit et licet plerumque se كاتبه و جامعه appellat, semel saltem (p. 64 bis infra = Cod. 1444 f. 47 r.) sub nomine Ibn-as-Schihnae eventum ex anno 935 memorat, et paullo post annum 936. E nota marginali Abu-'l-Jomni al-Batrunî (+ 1046) docemur posteros Ibn-as-Schihnae suo etiam tempore degere Halabi (p. 65 = f. 46 r.). In hisce notis annos 1024 et 1036 memoratos vidi. Factae fuerunt ad نسخة الاصل sed in nostris Codd. saepe in textum irrepserunt. Notae epitomatoris omnes in textum receptae sunt. Saepe in iis laudat chronicon Ibn al-Mollae (Ibrahîm ibn-Ahmed al-Halabî + 1030, vid. Pertsch IV, 314; H. Khal. I, 463 »paullo post") c. t. “نهاية الأرب ، في ذكر ولاة حلب” (Cod. 1444 f. 83 r., ubi in altero Cod. lacuna), qui teste loco p. 96 (f. 75 r.) anno 1014 scripsit. Hinc patet epitome factum fuisse inter annos 1014 et 1024.

Codicis pars prior (p. 1—59) ut e sigillo possessoris patet anno 1045 antiquior est. Altera pars anno 1173 scripta fuit.

Emtus e Bibl. Palm. (Catal. p. 190 n. 33).

DCCCCLII. (Cod. 1444 Testa).

Idem liber. Deëst primum folium quod titulum et initium praefationis continebat, et post f. 6 item folium desideratur. Anno 1098 satis bene exaratus est.

Exemplaribus quae enumeravit Pertsch ad Cod. Goth. 1724 adde Berol. 9792 (Ahlw.); Mus. Asiat. Petrop. 238 (Rosen, *Notices* p. 185); Constant. Aia-Soph. 3233—34, Nûr-i-Othm. 3077, Aschir-Eff. 653. Ipsum opus Ibn-as-Schihnae olim fuit in Bibl. Gothana Moeller 344, sed disparuit (cf. ann. Pertsch III, 313).

DCCCCLIII. (Cod. 339 *b* Warn.)

الأنس الجليل، بتاريخ القدس والخليل». Historia Hierosolymorum et Hebronis auctore Modjîr-ad-dîn al-ʻOlaimî al-Hanbalî (+ 927); de qua imprimis cf. Hammer in *Fundgruben des Orients*, Vol. II—V, et Curetonii Catal. p. 161 seq. Opus ipsum anno 1866 Bulâqi editum est et hinc maximam partem Gallice versum a Sauvaire. Auctor opus composuit anno 900, duobus annis post nitidum exemplar absolvit. Appendix ab ipso auctore additus ad annum 914 pergit.

Hic Codex anno 956 exaratus est.

DCCCCLIV. (Cod. 739 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1052 exaratum, sine appendice.

DCCCCLV. (Cod. 339 *a* Warn.)

Tertium exemplar, anno 1066 exaratum, quod etiam appendice caret.

DCCCCLVI. (Cod. 82 (1) Gol.)

Quartum exemplar, anno 936 exaratum, bibliothecae viri nobilis destinatum. Sine appendice est.

DCCCCLVII. (Cod. 842 Warn.)

Initium ejusdem operis (totius pars fere quarta).

Alia exempl.: Acad. Reg. Neerl. 109; Paris. 1671—82; Mus. Brit. 332, 333, 1249, Suppl. 573, 1283; Cantabr. (Browne) 978; Bodl. (Uri) 681, 763, 820, (Nic.) 156; Lee 102; Goth. 248, 346 (Pertsch 1716, 1717); Berol. (Ahlw.) 9795—9797; Caes. Vind. 901; Inst. or. Petr. (Rosen Coll. Scientif. 45); Upsal. 258; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 180. Vatic. 275, 749—752; Alger. (p. 13); Cid-Hammouda (p. 15).

DCCCCLVIII. (Cod. 1864 = Amîn 144).

Auctor hujus libri Mohammed ibn-Tulun aç-Çâlihî (+ 953) in praefatione sequentia monet: وبعد فقد سالني الشيخ العارف بالله، الغارق فى بحار مدد مولاه،، السيد عبد الرحيم البيروتى الشافعى اعاد الله علينا من بركاته، ونفعنا بصالح دعواته،، ان اشرح قصيدة شيخه الزاهد العابد الامام، المفيد الفريد الهمام،، الشيخ أبراهيم بن صارم الدين الصيداوى الشافعى تغمده الله بالرحمة والرضوان، واسكنه فسيح الجنان،، التى ذكر فيها غزو الافرنج لمدينة بيبروت فى ايامه، فنال كل من اهلها بخذلهم غاية مرامه،،. Sequitur deinde ipsum poema amplo commentario permixtum cujus XXVIII priores versus h. l. describam:

بسم الله الرحمن الرحيم

الحمد لله ذى الافضال والنعم   والعز والمجد والاجلال والكرم
حمدا يوافئ نعماه كذا ويكا   فئ المزيد تعالى بارئ النسم
حى عليم قدير والكلام له   الابصار والسمع باقٍ صف وعُجْ بهم
مريد تاهت عقول الخلق ان يصفوا   كنه الجلال على الاجمال والقسم
سبحانه لا ثناء احصى هو كما (?)   اثنى(?) على نفسه من قَبْلُ فى القدم
لطيف من لطفه ما لم يمر على   بال ولا بخيال لا ولا وهم

كافى المهمّات مُولى المكْرمات غياث   المستغيث ملاذ فهو معتصم
ازكى الصلوة مع التسليم يتبعها   على نبىّ وفىّ سيّد الامم
انسان عين عيون العالمين هدى   ذو العلم والحلم قبل الدرك للحُلُم
تاج الرسالة قطب الانبياء اما   م الرسل فى ليلة الاسراء كالعلم
محمد الحاشر الماحى الشفيع اذا   قام الامام على الاقدام من عدم
صلى عليه الٰهى كلما اختلفت   الملوان مع اله والصحب كلهم
فى عام وكظ[1] كز شوال جاء خبر   ان العدو اتى ببيروت فى أُمم
من النصارى علوج امتطوا سفنا   يدْ[2] عدّهم سربلوا بالذل والندم
واطلقوا نار شرك من مدافعهم   الهت مراضع عن ارضاع ولدهم
واجمعوا كيدهم اراءهم فسدت   خابوا وقد خسروا ردوا بغيظهم
دقّوا طبولا ورايات لهم نصبوا   ليسمعن ضجيجا فى ديارهم
حمى الوطيس وحادى العيس اذ نزلوا   الله اكبر ما بالك كمبتسم
صفوا كما وصفوا شجعانهم وعلا   غبار نقع جلا عن وجه افكهم
بالسمهريات والادراع قد نصبوا   شراك شر ابانت نزع هامهم
كانهم صحب فيل اذ رموا فهمو   صدوا عن الثغر اذ صدوا عن الحرم
والمسلمون حيارى ذاهلون لما   راوا من الباس والالباس والهمم
توسلوا فسلوا عنهم مصادمهم   اسد الوغى هم فيهناهم ثناوكم
لله درهم باعوا نفوسهم   واخلصوا خلصوا من كيد(؟) عدوهم
جلوا سواد عداهم بالسيوف فلا   تسئل عن القوم خاضوا فى دمائهم
وبل العدو اتوهم يطلبوا ظفرا   بهم فظفّرهم رب السماء بهم
عموا وصموا وطاشوا بعد ما دهشوا   وقطعوا قطعا لحما على وضم
ولوا فرارا بقايا منهم سلموا   القوا نفوسهم فى اليم من سدم
كقوم فرعون فيه اغرقوا

1) I. e. 926 (و = 6, ك = 20, ظ = 900). Seq. كز in comm. explicatur اى سابع عشرى شوال = 27.

2) I. e. 14.

H. l. lacuna est in Cod. et quum sex versus qui post hos sequuntur fere nihil memorabile contineant tute omitti possunt.

Agitur igitur de incursione navali Francorum — ‚quorumnam? — in urbem Beryti anno 1520 suscepta. Commentator nihil elucidat lectorem relegans ad chronicon antea a se conscriptum c. t. مفاكهة الخلان فى حوادث الزمان cujus exemplar asservatur in Museo Britannico, Add. 16 647 (2).' Cf. Cat. II, 431, a.

Codex currente calamo exaratus abrupte in commentario versus explicit.

DCCCCLIX. (Cod. 1516 Testa).

Fragmentum 116 foliorum quadruplicatorum ex historia quadam Damasci. Fragmenti initium agit de pacto, quo inter Moslimos et Christianos Damasci de horum templis convenit; pertinet ad sectionem (فصل) *quintam*, nam fol. 1 v. incipit sectio sexta, quae agit de magna mosquea Damascena, jubente al-Walîd ibn-Abd-al-Melik aedificata. Sectio 7ª (fol. 3 v.) continet descriptionem magnificae illius mosqueae. Pertinent hae sectiones ad caput (باب) *tertium;* nam fol. 9 v. incipit caput *quartum*, quod agit de Prophetis, Prophetae sociis, viris doctis et sanctis, qui Damasci et in aliis Syriae tractibus diem supremum obierunt; horum ultimus qui commemoratur est celebratissimus an-Nawawî. Fol. 105 v. incipit caput *quintum*, quod agit فى ذكر ما اشتملت عليه دمشق من البقاع والاثار الشريفه، والمعاهد المعظمة المنيفه“, et in quinque (non in quatuor, ut initio capitis legitur) sectiones (فصل) divisum est, quarum *prima* agit فى ذكر حديث الربوة ومهد عيسى عم, *secunda* فى ذكر ما ورد فى الصلاة فى جبل قاسيون والدعاء فيه, *tertia* فى ذكر ما ورد فى غوطة دمشق والجبال المقدسة, *quarta* فى ذكر مغارة الدم, *quinta* فى ذكر المسجد الذى بقرية برزة ومقام سيدنا الخليل ابراهيم عم. Fol. 112 v. incipit caput *sextum*, de iis quae ultimis temporibus Damasci accident; prima sectio (فصل) agit de Jesu adventu, secunda de adventu Anti-Christi; at haec non absoluta est in Codice, qui abrupte desinit in verbis: ثم ياتى ثلاث سنوات

شداد في الثلثة تحبس السماء قطرها والارض نباتها. Custos qui dicitur paginae est ثم.

Quis auctor sit hujus libri nescio, sed saeculo decimo Hedjrae Arabum non antiquior est; non enim tantum citat Ibn-as-Sobkîi (+ 771) opus c. t. طبقات الشافعية sed etiam (f. 35 v., 45 r.) Ibn Hadjar + 852, et praeceptorem suum nominat (fol. 41 r., 112 r. vs. 1) Borhân-ad-dîn an-Nâdjî qui obiit anno 900. Auctorem anonymum materiem huic operi conscribendo desumsisse ex libro c. t. عيون التواريخ quem composuit Mohammed ibn-Schâkir (+ 764), affirmavit Juynboll in ann. ad Historiam Khalifatus al-Walîdi et Solaimâni ed. Anspach p. ٢ seqq., quod vero admittere nequeo, quia Codex noster pluria continet quae Ibn-Schâkir non memorat. Consensus hinc explicandus est, quod utrique liber Ibn-ᶜAsâkiri fons principalis fuit. Codex bene exaratus est.

DCCCCLX. (Cod. 944 (1) Warn.)

Titulus in Codice est: تعليقة تتضمن ذكر أسرنا عند الكفار، السبب الداعي للفرار، وما احلّ الله بالباغي من الويل والدمار» والحمد لله الخ. Auctor in libelli initio vocatur: Moçtafâ ibn-Djamâl-ad-dîn, vulgo Ibn-Karâma dictus.

Agit hoc opusculum, prosa ornatiore conscriptum, de iis quae inde ab initio mensis Çafar anni 1015 in Syria acciderunt, quum Alî ibn-Djân-Bulâd rebellasset contra sultanum Othmânicum Ahmedem.

7 paginae quadruplicatae, male exaratae.

DCCCCLXI. (Cod. 1515 (4) Testa).

Titulus est: هاتان الكراستان نقلتا من خط الشيخ حسن البوريني رحمه الله تعالى واياناً. Continent hae duae korrâsae narrationem rerum, quae ab anno 1018 usque ad annum 1023 Damasci acciderunt, et articulum, ut dicimus, de schaikho Abd-ar-Rahmân, filio Schaikh-al-Islâmi ᶜImâd-ad-dîn al-Hanafî, qui hoc anno 1023 munus docendi in madrasa soltânîa inauguravit et ex cujus poësi et prosa multa specimina adducuntur. Libelli auctor, Hasan al-Burînî, obiit anno 1024.

10. HISTORIA AEGPYTI.

DCCCCLXII. (Cod. 705 (2) Warn.)

Librarius huic libro titulum tribuit hunc: كتاب بُغْيَة الطالب، ومَنْهَج السالك، في اخبار مصر والقرى والممالك» eumque a Djalâl-ad-dîn as-Sojutî (+ 911) compositum esse statuit. Pessime, est enim revera Ibn-Abd-al-Hakami (+ 257) فُتُوح مِصْر والمَغْرِب quemadmodum scripto mandatus fuit a discipulo Abu'l-Qâsim Alî ibn-al-Hasan ibn-Khalaf *ibn Qadîd* al-Azdî; libri *isnâd* descendit ad Silafîum (+ 576). Prima nempe operis verba post *bismillam* sunt haec: اخبرنا الشيخ الفقيه الامام الحافظ العالم شيخ الاسلام ابو طاهر احمد ابن محمد بن احمد بن ابرهيم السلفى الاصفهانى رضى الله عنه وارضاه. قراءة عليه وانا اسمع سنة سبعين وخمسمائة قال اخبرنا الخ

Opus, ut notum est continet varias traditiones ad antiquam Aegypti historiam spectantes. Primum agitur de mundi forma, tum de iis quae Propheta erga Coptos facienda praecepit, de نزول القبط مصر وسكناهم بها, de استنباط الفيوم; de Nebucadnezaro in Aegypto, de aedificata Alexandria, de Prophetae epistola ad al-Mokaukas, de causa cur Amr ibn-al-Açi Ignorantiae tempore in Aegyptum profectus sit, de Aegypto a Moslimis expugnata, ذكر من قال فتحت مصر عنوة et ذكر من قال ان مصر فُتحت بصلح, ذكر من اختط حول المسجد الخطط, de Amri expeditione in ar-Rîfum, ذكر مقاسمة عمر بن الخطاب العمال, de Nilo, de الجزية (p. 253), de al-Mocattam, de الخراج (p. 257), ذكر نهى الجند عن الزرع (p. 260), ذكر حفر خليج امير المؤمنين, de expugnatione al-Faijûmi, de Barqa expugnata, de Tripoli expugnata, de Amr ibn-al-Açi ab Aegypti praefectura remoto, de rebellione Alexandriae, de Ifrîqîja expugnata, ذكر ذى الصوارى anno 34, ذكر رابطة الاسكندرية, كراهية العمل, قال ابن قديد واقامت مصر بلا قاض بعد على القضاء, in cujus fine بكار حتى ولي خمارويه ابن عبدة في سنة ٢٧٧. Denique de morte Amri. Post versiculos quibus haec ultima sectio clauditur, sequitur

ذكر من روى عنه من اصحاب رسول الله صلعم e quibus nimirum primus qui memoratur est ipse Amr ibn-al-Açi, ultimus Alî. Ad finem hujus sectionis (p. 288—312), quae certissime cum libro Ibn-Abd-al-Hakami nequaquam cohaeret, legimus: انتهى ملخصا من كتاب الجامع الكبير للشيخ جلال الدين السيوطى. Nil obstat quominus admittamus, hanc sectionem revera ex aliquo Sojutîi opere esse excerptam, dubium tamen manet ex quonam majori ejus opere sit desumta, utrum ex جمع الجوامع, an ex جامع المسانيد, an ex alio. Ipsum vero Ibn-Abd-al-Hakami opus imperfectum est. Cf. Ewald in *Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenl.* III, 333 seqq. et de Slane in *Journ. Asiat.* 1844, II, 351.

Exemplar, 153 paginis (Cod. 159—312) constans, anno 973 exaratum est.

Codices Paris. 1686 (anc. fonds 785) et 1687 (anc. fonds 655) totum opus Ibn-Abd-al-Hakami continent, posterius etiam cum isnâdo ad Silafîum descendente. Hamakeri excerpta e Codice priore habemus in Cod. 1413. Ex Ewaldii apographo quod Göttingae servatur particulas ediderunt Dr. Karle (1856) et J. H. Jones (1858). Editionem totius operis parat C. C. Torrey.

DCCCCLXIII. (Cod. 12b Gol.)

كِتَابُ ٱلْفَتْحِ ٱلْقُسِّىِّ، فِى ٱلْفَتْحِ ٱلْقُدْسِىِّ ». ʿImâd-ad-dîni Ispahanensis († 597) Historia belli inter Saladinum et Francos gesti annis 583—587.

Antiquus et egregius est Codex, anno 601, omnibus fere vocalibus additis, optime scriptus, ut in Bibl. principis Hamâtae deponeretur. Constat pp. 755 formae maximae. Basis fuit editionis quam dedit comes C. de Landberg anno 1888.

DCCCCLXIV. (Cod. 783 Warn.)

Alterum exemplar, anno 1064 exaratum. In hoc Codice, tum in titulo, quum in praefatione pro الفتح القسى legitur الفيج القسى, quae lectio jam exstat in Codice Mus. Asiat. Petrop. p. 158 (Rosen, *Notices*, p. 94 seq.) anno 595 scripto, attamen falsa est (v. Landberg, *Préface* X seq.).

DCCCCLXV. (Cod. 779 Warn.)

Tertium exemplar sine anni nota, sed etiam recens.

Alia exempl.: Paris. 1693—1699 (1); Mus. Brit. 312, Suppl. 551—52; Bodl. (Uri) 775, 824; Goth. 1654; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 158; Ahlw. (Berol.) 9794; Constant. Aia-Sophia 3346, Aschir-Effendi 686.

DCCCCLXVI. Cod. (1592)

Florilegium poëmatum et ornatioris prosae speciminum, quae Imâd-ad-dîn Ispahanensis († 597) operi suo c. t. البَرْق الشامي (quod de victoriis a Nuraddino et Saladino contra Francos reportatis agit, cujusque quintum volumen continetur Codice Bodl. (Uri) 761) inseruerat.

Codex, 80 foliis octuplicatis constans, antiquus est; sed currente calamo exaratus est et puncta diacritica saepe desiderantur. Praecedunt varia poemata et nugae e. g. اشارات الى البركات.

Emtus e Bibl. Palmiana (*Catal.* p. 189, n. 32).

DCCCCLXVII. (Cod. 9 Gol.)

سيرة السلطان الملك الناصر صلاح الدنيا والدين — ابى المظفر يوسف ابن شاذى ut in titulo, sive « النّوادر السُّلْطانيّة ، والمحاسن اليُوسفيّة » ut ab ipso auctore in praefatione appellatur. Est vita Saladini auctore Bahâ-ad-dîn *ibn-Schaddâd* † 632, ab Alb. Schultensio anno 1732 edita. In fine caput est c. t. ذكر المدن والحصون التى يسّر الله فتحها على يديه رحمه من ديار الفرنج خذلهم الله من سنة ٥٨٣ الى سنة ٥٨٩ quod Schultens non dedit, probabiliter quoniam Indicem Geographicum suae editioni addidit.

Codex bibliothecae principis destinatus bene exaratus est anno 824.

Alii Codd.: Bodl. (Uri) 788, (Nic.) 135; cf. (Nic.) 368; Berol. (Ahlw.) 9811; Mus. Brit. 1630.

DCCCCLXVIII. (Cod. 77 Gol.)

Volumen primum Historiae Nuraddini et Saladini, c. t. [1] كتاب «الرَّوْضَتَيْن، فى أَخْبارِ الدَّوْلَتَيْن», auctore Schihâb-ad-dîn Abu-Schâma (+ 665).

Pergit hoc volumen usque ad annum 573 incl.

Est optimus Codex, anno 733 exaratus. Describam hic colophon ad finem voluminis: شاهدت على نسخة الاصل المنقول منها هذه النسخة وهى جميعها بخط قاضى القضاة نجم الدين بن صصرى الشافعى رحمه ما صورته يقول شاهدت على آخر الجزء الاوّل من الاصل المنقول منه هذه النسخة بخط المؤلّف آخر المجلدة الاولى من كتاب الروضتين فرغ منها مصنّفها نسخا فى حادى عشر شهر رمضان المبارك سنة ٦٥١ واشتملت هذه النسخة المبيّضة على زيادات كثيرة فاتت النسخ المتقدّمة على هذا التاريخ المنقولة من المسوّدة. وكلّ ما ينقل من هذه النسخة هو الاصل الذى يعتمد عليه ويركن اليه والله الموفّق فى جميع الامور وصلى الله على سيدنا محمد وآله وسلم وكتبه عبد الرحمن بن اسمعيل بن ابرهيم الشافعى مصنّفه عفا الله عنه.
Alia deinde de historia nostri Codicis adduntur.

Alia exempl.: Mus. Brit. 313, 1228; Bodl. (Uri) 745, (Nic.) 138; Havn. 154—156; Berol. (Ahlw.) 9812—9814; Paris. 1700, 1701; Monac. 404; Vind. 898. Editus est liber Qâhirae anno 1287 et cf. *Historiens des Croisades.*

DCCCCLXIX. (Cod. 987 Warn.)

Carmen cui titulus «العُقُودُ الدُّرِّيَّة، فى الأُمَراء المِصْرِيَّة» a Djamâl-ad-dîn Abul-Hosain al-Djazzâr (+ 679) compositum quo Aegypti praefectos enumeraret; pervenit usque al-Melik as-Sa‘îd, quo

---

1) Dozy scripsit ازهار الروضتين secutus H. Khal. Codex noster ut plerique, si non omnes, alii, ut recepi.

regnante scriptor ille diem supremum obiit, et carmen continuatum est primum a celeberrimo Ibn-Fadhlallâh al-ʿOmarî (+ 749), deinde a Çalâh-ad-dîn aç-Çafadî (+ 764), tandem a Schams-ad-dîn Mohammed ibn-abî-Bekr ibn-Ali al-Hasani as-Sojûtî, qui ad al-Melik al-Aschraf Barsabây (+ 841) pervenit. Tandem commentator nomine Mohammed ibn at-Tzoraif (الظريف), qui librum dedicavit viro cuidam nobili qui خشكلدى الظاهرى vocabatur, usque ad al-Melik at-Tzâhir Abû-Saʿîd Djaqmaq duobus versibus auxit. Carmini hic commentator praemisit nonnulla de quatuor khalîfis (14 pagg.).

Codex non male scriptus anni nota caret. Possessor ad finem addidit brevem expositionem de regentibus Aegypti ad annum 906.

Alia exemplaria hujus libelli sunt: Esc. (Derenb.) 470 (10); Berol. (Ahlw.) 9814, 2, 9824, 1, II; Mus. Brit. (Suppl.) 487; cf. Goth. 1667, 1668; Paris. 1608.

DCCCCLXX. (Cod. 425 Warn.)

„دُرَّة الأَسْلَاك، فِى دَوْلَةِ الأَتْرَاك“, conscriptum ab al-Hasan ibn-Omar ibn-Habîb (+ 779) qui inde ab anno 648 ad annum 777 persecutus est librum, hinc ad annum 801 ab ejus filio Tâhir continuatum. Operis summam dederunt Meursingius Weijersiusque in secundo volumine operis c. t. *Orientalia* p. 197 seqq., ibique Weijersius et de nostro (anno 979 ex autographo descripto) et de reliquis Codicibus dixit.

DCCCCLXXI. (Cod. 372 Warn.)

Notissimum al-Maqrîzîi (+ 845) opus c. t. „كتاب المَوَاعِظِ والاعْتِبار، فى ذِكْر الخِطَطِ والآثار“ anno 1270 Qâhirae editum. Hoc exemplar totum opus continet, et tribus voluminibus constat, quorum primum »anno 903 absolutum, facillime est lectu, habetque titulum artificiose pictum, capitumque inscriptiones rubras vocalibus viridibus, aut virides rubris vocalibus distinctas. Ab hoc immensum differunt duo sequentia volumina, rudi quidem penicillo exarata A. 966, at a

lectionis integritate imprimis commendanda, quibus adeo nihil commune est cum primo volumine. Videntur illa potius continuationem continere praestantissimi Codicis 371, quem pene ab eadem manu profectum dixerim". Haec Hamakerus (*Spec. Catal.* p. 200 seq.), qui l.l. (p. 201—215) additamenta edidit, extremo tomo primo et tertio adjecta. Certissimum autem est volumina 2 et 3 ab eodem quo Cod. 371 scripta esse, nempe ab Abdallah as-Schanschûrî.

DCCCCLXXII. (Cod. 276 Warn.)

Alterum exemplar ejusdem operis. »Minutissimis literis scriptum est ab indocto librario, qui hoc unum metuisse videtur, ne lituris lectorum oculos offenderet. Nam suos errores fere nusquam correxit, licet totas pericopas nonnumquam bis scripserit, ut p. 146; aut si correxit, emendationes suas in media auctoris verba ingessit. Aetatis nota non additur, quamvis ex mentione Sultani Kansou Gaurii certum est, librum Anno 906 antiquiorem esse non posse". Hamaker *Spec. Catal.* p. 200.

DCCCCLXXIII. (Cod. 371 Warn.)

Primum volumen ejusdem operis, anno 966 scriptum. — Plura de his al-Maqrîzîi Codicibus dedit Hamakerus l.l.

DCCCCLXXIV. (Cod. 1247 Schult.)

Compendium operis al-Maqrîzîi, factum anno 1054 ab Abu-'s-Sorur Mohammed aç-Çadîqî as-Schâfi'î, سبط آل الحسن. Titulus est: "قَطْفُ الأَزهار، من الخِطط والآثار". Codex anno 1055 ex autographo descriptus est.

Alia exempl. operis al-Maqrîzîi: Paris. 1729—1764; Mus. Brit. 321, 322, 939, 940, 1325—27, 1493—94; Bodl. (Uri) 671, 698, 703, 720; Goth. 1675—82; Vind. 908, 909; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 237; Ambros. 228; Vatic. 724; Cant. (Browne) 1132—38; Mon. 388—90; Altona 1—4; Constant.: Fâtihîe 4494—4502, Aja-Sophia 3471—84, Raghib-Pascha 1049, Aschir-Effendi 693.

DCCCCLXXV. (Cod. 560 (8) Warn.)

كتاب البيان والاعراب، عن ما فى ارض مصر من الاعراب", opusculum anno 841 conscriptum a Maqrîzîo et anno 1847 p. Ch. editum a F. Wüstenfeld.

Codex partim ab ipso auctore scriptus et correctus est.

Alia exempl. sunt Argentorati (cf. Z. D. M. G. 1886, p. 308); Paris. 4657 (10)); Cantabr. (Browne) 157 et in Bibl. Khediv. (Catal. V, ٢١).

DCCCCLXXVI. (Cod. 636 Warn.)

الكواكب الباهرة، من النجوم الزاهرة". Compendium Historiae Aegypti, c. t. النجوم الزاهرة, auctore *Abu-'l-Mahâsin* Jusof ibn-Taghrî-bardî al-Atâbekî, cujus magni operis duo volumina edidit Juynboll (1855—1861), qui in sua praefatione ad volumen prius, p. 26 seqq., 39 seqq. accuratius de hoc compendio, ab ipso auctore facto, exposuit.

Codex anno 862 vivente ergo auctore exaratus est.

DCCCCLXXVII. (Cod. 374 Warn.)

Idem opus. Codex anni nota caret, sed ex possessoris annotatione, anno 931 antiquiorem esse apparet.

De Codicibus tum operis majoris quum compendii, vid. Juynboll l.l. p. 11 seqq. Add. Berol. (Ahlw.) 9819, 9820; Cantabr. (Browne) 1163; Const. Köpr. 1181.

DCCCCLXXVIII. (Cod. 113 Gol.)

Notissimum as-Sojûtîi (+ 911) opus c. t. حسن المحاضرة، فى اخبار مصر والقاهرة".

Hic Codex sat bene scriptus est et optimum offert textum; exaratus est anno 981.

DCCCCLXXIX. (Cod. 376 Warn.).

Alterum exemplar, quod elegantius quidem scriptum est, sed ab indocto librario; anno 977 absolutum est.

Alia exempl.: Paris 1794—1818, conf. Maqdisî ibid. 1811; Mus. Brit. 323, 1248, 1495, Suppl. 564, 1278; Cant. (Browne) 316; Mon. 392; Mula Firuz p. 101; Bodl. (Uri) 660, 780, 813, (Nic.) 141, 142; Goth. 1630; Caes. Vindob. 914—916; Havn. 148; Upsal. 264; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 179; Vatic. 282, 743—746; Escur. 1758; Madr. 420; Cid-Hammouda (p. 15); Argentor. Spitta Z. d. D. M. G. XL p. 311 n°. 12; Const. Fâtihîe 4326—27, Aja-Soph 3178—79, Aschir-Eff. 641—43, Nûr-i-Othm. 3284—87, Râghib P. 1003, Köpr. 1070—71. Editum est Qâhirae s. a. (lith.) et anno 1299 H.

DCCCCLXXX. (Cod. 1684.)

Historia expugnationis Aegypti a Turcis anno 923, cujus auctor est Ahmed *ibn-Zanbal* (H.-Kh. II, p. 112 Sanbal) ar-Rammâl al-Mahallî, qui ipse expeditioni interfuit 1). Conscripsit hunc librum brevi post annum 960, quo nempe anno mortuus est Alî-Pâschâ Eunuchus (طواشى) Aegypti gubernator (cf. v. Hammer *Gesch. d. O. R.* III, p. 734). Inscribitur in primo folio هذه رسالة مشتملة على غزوة السلطان سليم خان مع السلطان قانصوه الغورى رحمهما, ab Hâdjî-Khalîfa (II, 112) nuncupatur كتاب فتح مصر.

Codex (charta Europaea) est apographon nitide factum anno 1226 (1811) e Codice qui anni notam gerebat 1081.

Emtus anno 1860 in auctione publica Parisiis habita.

Al. exempl.: Hammer 34 (1) v. *Gesch. d. O. R.* IX, p. 194, cf. II, p. VII n. 14; Caes. Vindob. 928 et 929 (apud Flügel *Catal.* II, p. 156 seq.); Goth. (Pertsch) 1669, 1670; Monac. 411 seq. apud Aumer *Cat.* p. 164 seq.; Paris. 1832, 4612; Cant. (Browne) 175; Mus. Brit. (Suppl.) 565—66; Qah. (Cat. Bibl. Khed. V, 21, 23). Versio Turcica Sohailîi (vid. H.-Kh. l.l.) exstat in Bibl. Upsal. 266, 267 (1).

---

1) Hinc patet graviter erravisse Flügel (*Catal.* II, p. 156) statuendo Ibn-Zanbal opus suum conscripsisse anno 1109.

DCCCCLXXXI. (Cod. 644 (18 et 19) Warn.)

Fragmentum opusculi de expeditione quam Solaimân ibn-Selîm anno 928 et sequenti contra insulam Rhodum suscepit. Prosa ornata utitur auctor, dum passim laudat verba Tarîkhi, quo quid intelligatur, difficile dictu est, verosimile autem mihi est ea esse desumta e calendario illius anni, in quo fortasse singulis diebus adscriptum fuit effatum in laudem belli sacri et hujus imprimis expeditionis. Abrupte desinit. Sunt 9 pagg. — Praecedunt 22 folia, quorum decem priora complura carmina Turcica, reliqua varia aphorismata continent.

DCCCCLXXXII. (Cod. 367 Warn.)

Quartum volumen (ut in praefatione legitur) Historiae, ab Ibn-Ijâs (+ 930) conscriptae, c. t. «بَدَائِعُ الزُّهُورِ، فِي وَقَائِعِ الدُّهُورِ» et de qua v. Vollers, *La chronique égyptienne d'Ibn Iyas* in Revue d'Egypte 1896, p. 545 seqq. Incipit ab historia Circassiorum in Aegypto (nempe ab al-Melik at-Tzâhir Barquq) i. e. ab anno 784 et pergit usque ad annum 857. Teste H. Khal. hoc opus ad annum 928 continuatum fuit.

Codex anno 1005 exaratus est. Partes sunt in Bibl. Paris. 1822—1825 et Mus. Brit. 317, 941—43; Cod. Paris. 1403 eundem habet titulum, sed alio auctori adscribitur. Inst. Or. Petr. (Rosen) 46; Lindesiana 104, 105; Const. Fâtihîe 4197—4200, cf. Aja Sophia 2987. De editt. Aeg. v. Catal. V, ١٧ seq.

DCCCCLXXXIII. (Cod. 1892.)

«لَطَائِفُ أَخْبَارِ الأُوَلِ، فِيمَنْ تَصَرَّفَ فِي مِصْرَ مِنْ أَرْبَابِ الدُّوَلِ» auctore Mohammed ibn-Abd-al-Mo'tî al-Manufî *al-Ishâqî*, qui anno 1033 suum opus terminavit. Inclaruit quoque opus nomine *Tarîkh Ishâqî*. Capitum index datus est a Rasmussen in praefatione ad *Annales Islamismi*, a Tornberg in *Cat. Upsal.* p. 186, a Krafft et aliis. Cf. Marcell, *Hist. de l'Égypte*, p. XXIII.

Codex partes continet exemplaris anno 1127 antiquioris, quas complevit manus recentior anno 1248.

Emtus anno 1865 Londini e Catalogo Bernardi Quaritch (*Catal.* p. 39, n. 767).

Al. exempl.: Gotha 1633—1637; Bodl. (Uri) 851; Cantabr. (Browne) 976, 977; Paris. 1839—1849; Upsal. 265; Acad. Or. Vindob. 257; Vatic. 733; Havn. 153; Monac. 396 et 397 (apud Aumer *Cat.* p. 153 seq.); Mus. Brit. 1251, Suppl. 567, 1279; Inst. Or. Petr. (Rosen) 56; Lane quoque hujus operis Codicem in libris habuit. Liber editus est Qâhirae anno 1276 H. et saepius.

DCCCCLXXXIV. (Cod. 1549 Testa.)

Fragmentum operis historici dialecto vulgari. Agit de regno Sultani al-Malik al-Mançur Qelâun (678—689), sine ulla chronologia. Passim pervolventi mihi videtur multa fabulosa continere.

A diversis manibus exaratus Codex interdum lectu difficilis est.

DCCCCLXXXV. (Cod. 2378 = Amîn 660.)

Una korrâsa operis cujusdam in quo tractatur historia Aegypti. Hoc fragmentum continet seriem praefectuum hujus regionis ab anno 1024 usque ad annum 1064 eorumque historiam breviter enarratam.

Est probabiliter fragmentum autographi. P. 4 auctor dicit se anno 1028 peregrinationem sacram fecisse.

DCCCCLXXXVI. (Cod. 1986 = Amîn 263.)

الكَنْزُ المُفِيضُ الأَنْوَر، فِى ذِكْرِ نُبْذَةٍ يَسِيرَةٍ من فَضَائِلِ جَامِعِ الأَزْهَر»

de praestantia templi Aegyptiaci al-Azhar, auctore Morâd ibn-Jusof Hanafita Schâdzilita, qui vixit ineunte saeculo undecimo. Titulus والدى الشعرانى qui in hoc opusculo occurrit honorificus est et spiritualis, ut ita dicam, quum hujus viri celeberrimi nomen non fuerit Jusof sed Abd-al-Wahhâb († 973). Opusculum absolutum non est, ne quidem caput primum quod inscribitur فيما خصّص الله تعالى به هذا الجامع على غيره من دون جوامع مصر على الاطلاق.

Sunt 14 folia bene exarata sine anni nota.

DCCCCLXXXVII. (Cod. 1745 = Amîn 10.)

مجموع تراجم الخلفا وملوك العثمنلى وجميع من تولى مصر من نواب وملوك وباشاوات وامراء حج. Auctoris nomen latet attamen ad novissima tempora pertinet, quum in libro suo pergat usque ad annum 1198.

Liber parvi pretii negligentissime exaratus est.

DCCCCLXXXVIII. (Cod. 1795 = Amîn 61.)

Recte inscribitur: هذا تاريخ مدة الفرنسيس مصر من سنة ١٢١٣ الى سنة ١٢١٦ تاليف العلامة عبد الرحمن الجبرتى بخطه رحمه. Est igitur fragmentum operis historici ʿAdjâib al-Atzâr quod scripsit Abd-ar-Rahmân al-Djabartî (+ 1240), anno 1295 (1878) Alexandriae typis impressum. Vid. Catal. Bibl. Khediv. V, ٨٤.

Libellus ipsa manu auctoris bene scriptus est.

DCCCCLXXXIX. (Cod. 1900.)

Historia expeditionis Gallicae contra Aegyptum auctore Nakula at-Tork (+ 1828), quam cum versione anno 1839 edidit Desgranges. Videantur de ipso opusculo et de editione quae scripsit Quatremère in *Journal des Savants* 1842, p. 65—75.

Codex anno 1829 bene exaratus est.

DCCCCXC. (Cod. 1899.)

Apographon Codicis supra descripti.

Hic et praecedens Codex anno 1867 emti sunt apud K. F. Köhler Lipsiis (Antiquarische Anzeige-Hefte, n. 166.)

DCCCCXCI. (Cod. 814 (9) Warn.)

Tractatus de anno Coptico, qui tempore auctoris anonymi apud Aegyptios in usu erat. Titulus nempe est رسالة السنة القبطية المعمولة الان فى مصر والقاهرة. Incipit: اعلم ارشدك الله تعالى ان السنة القبطية اوّلها توت اوّل يوم منه الخ.

Sunt 7 pagg., sine anni nota bene exaratae.

11. HISTORIA ABESSINIAE.

DCCCCXCII. (Cod. 560 (11) Warn.)

الإلمام، بأخبار من بأرض الحبش من ملوك الإسلام» auctore al-Maqrîzî (+ 850); qui libellus a Rinckio editus est anno 1790.

Codex ut multae ejus partes ab ipso auctore anno 841 correctus est (cf. Dozy, *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 17—28).

DCCCCXCIII. (Cod. 1152 Warn.)

Alterum exemplar sine anni nota, sed recens.

Alia exempl. Paris. 4657, 11; Bibl. Khediv. (Catal. V, ١٣).

DCCCCXCIV. (Cod. 1958 = Amîn 235.)

Hic Codex continet opus quod proprie titulo non insignitum est, sed de quo jam exposuit F. Praetorius in *Zeitschr. d. Deutsch. Morg. Gesells.* 1885, p. 414 et seqq. Continet igitur relationem itineris annis 1052—1057 suscepti ad Fasiladam regem Abessiniae de quo confer. l.l. Lubet autem hoc loco adscribere quae hac de re leguntur in Codice nostro 1969 (supra DCCCCXLVI) f. 36 v. sub anno 1057: وفيها وفد على الامام رسول من ملك النصارى بالحبشة وكان قد ارسل الامام المؤيد بالله عام ١٠٥٢ لافاضة ما فى نفسه من اللام فطمع الامام فى اسلامه وانس الى ظاهر كلامه وانفذ اليه القاضى العلّامة الحسن بن احمد الحيمى صحبة رسوله فوصل اليه بعد مشاقّ هائلة ومسافة طائلة وانعكس ذلك الامل وبطل ذلك العمل ولم يستفد القاضى غير عجائب رواها ومفزعات اشتمل عليه مؤلّفه واحتواها. Ex hisce verbis patet auctorem libri esse Qâdhîum al-Hasan ibn-Ahmed al-Haimî [1]) + 1071 (vel 1072 secundum *Kholâçat al-Atzar* II, ١٩ et ١٧).

Quod ad Codicem attinet nitide exaratus est probabiliter eodem anno quo auctor librum absolvit, scilicet anno 1060 in urbe Kaukabân; ab initio ut videtur unum folium periit. Librum e nostro Codice anno 1894 edidit F. E. Peiser.

1) In Cat. Mus. Brit. p. 716*b* al-Khaimî scribitur.

12. HISTORIA MAURITANIAE ET HISPANIAE.[1]

DCCCCXCV. (Cod. 67 Gol.)

Ibn-ʿAdhârî [2]) Historiae Africae et Hispaniae c. t. البيان المغرب; quem librum totum edidit Dozy 1848—51, qui in praefatione etiam de nostro Codice, unico in Europa, exposuit.

DCCCCXCVI. (Cod. 2386).

اخبار مجموعة في فتح الاندلس وذكر امرائها et تاريخ افتتاح الاندلس, apographon Codicis Parisiensis (Anc. Fonds n. 706) descripti in catalogo sub n° 1867, confectum a Dugat et deinde a Dozy cum Codice iterum collatum. Prius opus auctorem habet Mohammed ibn-Omar *ibn-al-Qûtîja* (+ 367), posterius anonymum publici juris factum est anno 1867 a Don Emilio Lafuente y Alcantara. Ipse Dozy de his libris copiose exposuit in Introductione ad editionem libri c. t. *al-Bayân al-Mogrib* p. 28 et seqq.

Apographon eorundem operum manu M. J. Müller: Monac. 987. Aliud apographon Madr. 119.

E libris Dozy (Cat. n. 366).

DCCCCXCVII. (Cod. 546 Warn.)

Abd-al-Wâhidi al-Marrâkoschîi المعجب، في تلخيص أخبار المغرب„; quem librum ex hoc Codice, unico in Europa, anno 1847 edidit Dozy, iterumque edidit anno 1881. Versionem Gallicam dedit E. Fagnan anno 1893.

DCCCCXCVIII. (Cod. 2390.)

Dozy, e cujus libris hic Codex est (Catal. auct. 373), in primo folio sequentia annotavit: »Ibn-Haiyán, *Histoire d'Espagne*, 3e volume (le seul qui existe en Europe). Man. d'Oxford Bodl. 509

1) De Hispania v. etiam infra n. MXXI.

2) Conjecturam Gildemeisteri nomen ʿIdhârî esse pronuntiandum refutavit Dozy in opere *Corrections sur les textes du Bayâno 'l-Mogrib* etc. (1883), p. 3.

(Catalogue de Nicoll n⁰ 137). Cette copie a été faite par moi sur celle de M. Wm Wright. — Extraits du *Kitábo-'l-iktifá* (man. de M. de Gayangos) relatifs à l'histoire d'Espagne." Vir Clarissimus postea adscripsit: »Le man. d'Ibn Haiyan est si incorrect, que je n'oserais pas le publier. Mais c'est le seul qui existe."

Quae verba satis demonstrant, quid hocce Codice contineatur.

DCCCCXCIX. (Cod. 2384).

Excerta ex الذخيرة auctore *Ibn-Bassâm* (+ 542) et quidem ea quae continent fragmenta Ibn-Haijâni. Descripta sunt e Codice Gothano n. 2136 apud Pertsch et collata cum ms. quod possidebat P. de Gayangos. Addita sunt excerpta e Cod. Parisiensi (olim J. Mohlii) ejusdem libri vol. I, nec non e vol. II, quod Oxoniis servatur. Cf. Dozy: *Abbad.* I, 189 seqq., *Recherches* (2. edit.) t. II, p. 8. Praeterea alia nonnulla manu Dozyi exarata. Apographon M. J. Müller ejusdem operis: Ms. Monac. 1003.

Fasciculus emptus est e libris Dozy 1883 (Cat. n. 372).

M. (Cod. 17 Gol.)

Liber Ibn-abi-Zar'i (الأنيس المطرب), quem in Europa *al-Qartâs* appellare solemus et in quo historia al-Maghribi et imprimis urbis Fâsi usque ad annum 726 narratur. Editus est a Tornberg anno 1839, qui nostro etiam Codice, anno 989 exarato, usus est, et de eo exposuit in Prooemio p. vi seq. Deinde textus prodiit Fâsi anno 1305.

MI. (Cod. 2388 a et b.)

«الاحاطة، في تاريخ غرناطة» auctore Mohammed ibn-Abdallah vulgo dicto Lisân-ad-dîn *Ibn-al-Khatîb* as-Salmânî (+ 776). Sunt scilicet excerpta ex hoc opere secundum Codices quos possederunt de Gayangos, Bibl. Nat. Parisiensis (n. 867 Cat. n. 3347) et Bibliotheca Regia Matritensis (Cat. n. 27—33; Esc. n. 1668). Dozy, e cujus libris hic quoque est, in fronte Codicis sequentia adscripsit: »Les 45

premières pages sont un fac-simile du man. de M. de Gayangos. Les extraits du man. de Madrid ont été copiés par M. Simonet. Collationné en partie sur le man. de Berlin (B) (Petermann n⁰ 75)" [1]).

Praeter exemplaria hujus operis quae in praecedd. laudavimus aliud possidet Mus. Brit. Supplem. 666 (olim Kremeri). Apographa eorundem Codd. manu M. J. Müller servantur Monac. n. 988, 989; cf. 990, 991.

Cat. auct. Dozy n. 368, 370.

MII. (Cod. n. 2389.)

Aliud exemplar ejusdem operis, apographon Codicis Khediv. Qâhirensis (Catal. V, ١٢٨, factum anno 1296 H. Continet hic Codex priorem partem operis.

E libris Dozy Cat. n. 369.

MIII. (Cod. 24 Gol.)

«الحُلَل المَوْشِيَّة، في الأَخْبار المَرّاكُشِيَّة», de quo libro, anno 783 in Hispania scripto, cf. quae monuit Dozy in opere c. t. *Script. Arab. loci de Abbad.* II, p. 182 seqq. Adjuncta est historia regiae gentis, Benu-Zijân dictae; cujus operis Gallicam versionem dedit Dozy in *Journal asiatique* (IVᵉ série, tom. III). De Codice idem V. Cl. in Prologo ad Catalogum p. IV ann. 3 scripsit: »Emerat Golius exemplar imperfectum hujus libri, et anonymus epistolae (a Dozy in Prologo editae; v. nunc Houtsma *Uit de Oostersche correspondentie van Th. Erpenius, Jac. Golius en Lev. Warner*, p. 28—33) scriptor quae deërant supplevit. Epistolam enim cum Codice comparanti apparet, manu illius scriptoris exarata esse folia 41—70 et 81—103".

Al. exemplar. Paris. 1873 (1).

MIV. (Cod. 1637.)

Opus notissimum al-Maqqarîi († 1041), cujus partem majorem

1) Cod. Berol. n. 1184.

sub titulo *Analectes sur l'histoire et la littérature des Arabes d'Espagne* ediderunt VV. Cl. Wright, Krehl, Dozy et Dugat annis 1855—1860. In introductione de toto opere, de auctore et de Codicibus fuse exposuit Dugat. Pars operis quae restat inedita continet vitam Ibn-al-Khatîbi.

Codex nitidissimus (vid. Introd. p. IX) gerit anni notam 1132.

Alia exempl. enumeraverunt Dugat in praef. editionis et Pertsch ad Cod. Goth. 1697. Adde: Vind. 1191; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 188.

MV. (Cod. 1685.)

كتاب المؤنس، في أخبار افريقية وتونس auctore Abu-Abdallah Mohammed ibn-abi-'l-Qâsim ar-Ro'ainî, vulgo Ibn-abî-Dînâr al-Qairawânî appellatus, qui suum opus anno 1092 absolvit.

Versio Gallica anno 1845 edita est a Pellissier et Rémusat in tomo VII^{mo} operis c. t. *Exploration scientifique de l'Algérie.*

Codex, non optimae notae, anno 1257 (1841) exaratus est manu Africana.

Emtus anno 1860 in auctione publica Parisiis habita.

Al. exempl: Paris 1837. Editus est Tuneti anno 1286.

13. HISTORIA MAHMUDI ET TIMURI.

MVI. (Cod. 618 *a* Warn.)

كتاب اليميني. Historia principis Ghaznewidae Jamîn-ad-daula Abu-'l-Qâsim Mahmud ibn-Saboktekîn, auctore Abu-'n-Naçr Mohammed ibn-Abd-al-Djabbâr al-'Otbî, quem regnante Mahmudo († 428) scripsisse, censet Sacyus, qui, versionem Persicam secutus, fuse de hoc opere exposuit in *Notices et extraits*, IV, p. 325 seqq. V. porro Nöldeke, *Ueber das Kitâb Jamînî* in *Sitz. Ber. d. K. Akad. d. Wissensch. in Wien* 1857 Bd. XXIII, p. 15 seqq., ubi describuntur Codd. Vindob.

Codex, omnibus fere vocalibus instructus, varietate lectionum et glossis locupletatus, anno 904 bene exaratus est.

MVII. (Cod. 618 b Warn.)

Alterum exemplar ejusdem operis, praecedente ut videtur recentius, cum copiosa Warneri annotatione in margine. Scripsit, teste subscriptione, in suum usum Ahmed as-Schâhînî al-Maqdisî. Foliorum ordinem turbavit bibliopega.

Alia exempl.: Paris. 1894, 1895; Mus. Brit. 311, 1214, Suppl. 548, 549; Bodl. (Uri) 675, 811; Loth. 701; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 157; Vind. 947, comm. ibid. 948; Escur. 1691; Berol. (Ahlw.) 9807—9; Constant. Nur-i-Othm. 3214, Fatihîe 4525, Aschir-Eff. 615; versio Pers.: Paris. 66; Caes. Vind. 949, 950. Anno 1847 in urbe Dehli editum est opus (Bibl. Spreng. n. 224).

MVIII. (Cod. 1229 Schult.)

كتاب عَجَائِبِ المَقْدُور، فى أَخبارِ تيمُور" i.e. Vita Tîmuri, auctore Ibn-'Arabschâh (+ 854). Ex hoc Codice, anno 945 exarato, Golius suam editionem paravit; in margine annotavit permulta.

Annot. Misc. fol. 55 in fronte Codicis nos relegat ad Catal. librorum Jac. Golii p. 13 ubi sic describitur: Historia Timuri, etc. a Cl. Erpenio et J. Golio emendata atque explicata.

MIX. (Cod. 826 Warn.)

Alterum exemplar, anno 980 exaratum, cujus margini Warnerus multa adscripsit.

MX. (Cod. 153 Gol.)

Tertium exemplar, anno 1024 exaratum.

MXI. (Cod. 1495.)

Versio Latina Vitae Tîmuri (ex Golii editione), ignota manu scripta. — I. I. Schultensii annotatio in Vitam Tîmuri (ex Mangeri editione). — Accedunt animadversiones de Alîi sententiis tum H. A. Schultensii, tum aliorum.

Alia exempl.: Paris. 1900—1905; Mus. Brit. 347, 1242; Bodl.

(Uri) 717, 732, cf. (Nic.), 391 (3); Lee 89; Goth. 1840—42; Monac. 422; Loth 711—12; Cantabr. (Browne) 676—679; Berol. (Ahlw.) 9731—32; Havn. 164; Acad. Orient. Vindob. 256; Vatic. 742; Mus. As. Petr. (Rosen) 64. Typis prodiit Calcuttae 1840, Qahirae 1285.

14. HISTORIA MISCELLA.

MXII. (Cod. 560 (2) Warn.)

شذور العقود، في ذكر النقود. Notissimus al-Maqrîzîi tatus de monetis Moslimorum, anno 1797 editus a O. G. Tychsen. Codex, anno 841 scriptus, ab ipso auctore correctus est (v. Dozy, *Notices*, p. 18 seqq.).

MXIII. (Cod. 1153 Warn.

Alterum exemplar recens.

Tertium est in Cod. Escur. 1766 (1). Quartum in Paris. 4657 (1). Anno 1298 (1881) Constantinopoli editus est.

MXIV. (Cod. 560 (3) Warn.)

كتاب الأوزان والأكيال الشرعية eodem auctore, tractatus etiam e Tychsen editus, anno 1800, et scriptus ut tractatus praecedens.

MXV. (Cod. 474 (1) Warn.)

كتاب الوسائل، الى معرفة الأوائل، notissimum as-Sojutîi (+ 911) opusculum de quo videatur imprimis Gosche *Die Kitāb al-awāil* Halle 1867, p. 25 seqq. Codex ut totum volumen anno 987 nitidissime est exaratus.

MXVI. (Cod. 840 Warn.)

Ejusdem opusculi alterum exemplar anno 1008 scriptum. De aliis Codd. vid. Gosche l.l. p. 28 seqq. et Pertsch III, 181 ad n. 1551.

MXVII. (Cod. 474 (32) Warn.).

Excerpta (فوائد) Sojutîi ex opere "الكَنْزُ المَدْفُون، والفُلْكُ المَشْحُون", cujus auctor est Scharaf-ad-dîn Jûnos al-Mâlikî, discipulus celeberrimi ad-Dhahabî († 748), v. Flügel ad H. Khal. V, 257 (VII, 864). Exemplar hujus operis exstat in Bibl. Escur. 530, teste Caririo I, 156. Bibl. Caes. Vindob. possidet ejus epitome 1846 (Flügel, Catal. III, 277) c. t. الجوهر المصون الملتقط من الكنز المدفون والفلك المشحون, Bibl. Berol. excerpta (Ahlw. 8459 (3) et 8496 (2). Excerpta Sojutîi, parvi valoris, occupant 3 paginas.

MXVIII. (Cod. 682 (2) Warn.)

"مُحَاضَرَةُ الأَوائِل، ومُسَامَرَةُ الأَواخِر" auctore Alî Dedeh ex urbe Sziget, qui exeunte saeculo decimo Ar. floruit. Pertinet ad opera de الاوائل et الاواخر, et indicem capitum dederunt Hammerus, *W. Jahrb.*, 70, *Anz.-Bl.*, p 73 seq. et Ahlwardt in Cat. Berol. IX, 8 seq. Cf. etiam Gosche l.l. p. 34 seqq.

Ait Hâdjî-Khalîfa, auctorem hoc opus mense Redjeb anni 998 absolvisse, quod intelligendum est de secunda editione, nam Codex noster jam mense Redjeb anni praecedentis ex auctoris autographo descriptus est et igitur continet editionem priorem. Subscriptio enim haec est: كتب (sic) هذه النسخة من نسخة المصنف بمشهد سليمانى بقرب سكتوار حماه الله بعين عنايته الى يوم القرار, et deinde: افقر الناس فى كتب الخطّ (sic) محمد الطائب غفر الله لهما والبهما فى شهر رجب المرجب سنة سبع[1]) وتسعين وتسع مائة. In margine non pauca additamenta sunt.

Alia exempl.: Paris. 2080, cf. 2079; Bodl. (Uri) 404; Caes. Vind. 822; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 194, 195; Berol. (Ahlw.) 9371.

MXIX. (Cod. 1758 = Amû 23.)

أَسْماءُ خُيُولِ مَشَاهِيرِ العَرَبِ وفُرْسانِها, nomina e variis operibus

1) Sic distincte in Cod. scriptum est; quod moneo ne quis putet ibi تسع scriptum esse. Caeterum tota haec subscriptio satis perspicue est scripta; sed vides, librarium linguae Arabicae non valde fuisse peritum.

collecta et alphabetice digesta a poëta Aegyptiaco Alî ad-Derwîsch (+ 1268). Praemissa sunt nomina equorum prophetae.

Liber olim fuit e libris Fath-allah Moçtafâ Salâma al-Bokhârî.

15. BIOGRAPHIA MISCELLA.

MXX. (Cod. 568 Warn.)

كتاب ذكر أَخْبار اصْبهانَ وفتحها ومَن دخلها من الصحابة ومن حدّث بها من اهلها والقادمين عليها والراحلين عنها auctore *Abu-No'aim* Ahmed ibn-Abdallah ibn-Ahmed ibn-Ishâq Ispahanensi, qui anno 430 diem supremum obiit [1]).

Sunt duo tomi uno volumine comprehensi.

Librum potius ad historiam litterariam referendum esse quam ad historiam politicam, jam statim patet ex praefatione, ubi auctor dicit, se a quodam amico rogatum fuisse ut librum componeret de traditionariis, qâdhîis et faqîhis, verbo de theologis Ispahanensibus, praemissis praemittendis de hujus urbis origine, aedificatione, expugnatione et proprietatibus.

In Introductione scriptor itaque primum agit de Persarum praestantia (ex traditione), tum sequitur (fol. 9 r.) caput inscriptum: ذكر نفقة الجامعَيْن (11 v.) ذكر بَدْء اصبهان وعدد مدنها ورساتيقها, (12 r.) ذكر تسمية القُوّام بالمسجد الجامع اليهوديّة وجامع المدينة, (19 r.) ذكر بعض خصائص اصبهان ذكر فتح (ibid.) الجامع باليهودية, (27 v.) ذكر من قدم اصبهان من المنافع والعبر التى اختصّ بها اهلها اصبهان من الصحابة. Fol. tandem 47 v. ad id quod rei caput erat, transit auctor, nempe ad vitas theologorum Ispahanensium enarrandas.

Codex pretiosus, unicus in Europa, exaratus est anno 636.

---

1) V. Hâdji-Khalîfam in v. تاريخ اصبهان, II, p. 108.

MXXI. (Cod. 2391.)

«مَطْمَحُ الأَنْفُسِ ومَسْرَحُ التَّأَنُّسِ، في مُلَحِ [1] أَهْلِ الأَنْدَلُسِ» auctore al-Fath ibn-Khaqân ✝ 535. Est apographon, ut adscripsit Dozy e cujus libris olim fuit, Codicis »Musei Asiatici Academiae Imperialis Petropolitanae n⁰. 776, cum variis lectionibus Codicis Londinensis (Cat. n. 367). Accedunt variae lectiones ex al-Homaidî aliisque". Alia adnotatio Dozyi exstat in folio ante titulum inserto, quam hic describere nihil juvat, quum partim prorsus idem contineat ac adnotatio posterior Cf. Dozy, *Historia Abbad.* I, p. 11—21.

Praeter exemplaria supra jam memorata aliud exstat in Bibl. Monac. n. 507, fol. 200 et seqq.

Emta ex Cat. Dozy n. 374.

MXXII. (Cod. 2419.)

Tomus primus historiae Bagdâdi auctore al-Khatîb (Ahmed ibn-Alî ibn-Thâbit) et quidem رواية ابى منصور عبد الرحمن بن محمد بن عبد الواحد القزاز عنه رواية الامام الاوحد (شيخنا) العلامة تاج الدين ابى اليمن زيد بن الحسن الكندى عنه رواية احمد بن يوسف بن ايوب بن شاكر عنه. Hic Ibn-Schâkir Codicem Constantinopolitanum Köprülü, e quo noster anno 1314 descriptus est, exarasse videtur.

Continet hic tomus decem fasciculos (جزء) singulos pleno titulo ornatos. Fasciculus undecimus incipere debebat vita محمد بن اسمعيل بن البخترى.

Alia exempl.: Mus. Brit. 1281—1283 (Tom. I, II, IV), 1625 (delectus epitomes); Paris. 2128—2131 (Tom. I, II, XXVIII), 2132 (comp.); Berol. (Ahlw.) 9850 (comp.); Const. Aschir-Eff. 604—606, Köpr. 1022—1026, Nûr-i-Othm. 3093—94.

MXXIII. (Cod. 29 (2) Gol.)

مُذَيَّلُ تَارِيخِ بَغْدَادَ auctore Abu-Sa'd Abd-al-Karîm ibn-Mohammed *as-Sam'ânî* (✝ 562) (in prima operis pagina: السمعانى مذيل تاريخ بغداد).

---

1) In fine pro ملح legitur مفاخر ut in Cod. Monac.

Celebratam al-Khatîbi al-Bagdâdî historiam urbis Bagdâdi continuavit as-Sam^cânî, idem ille qui notum illud opus de genealogiis scripsit; sed quum Hâdjî-Khalîfa (II, p. 119) testetur, illam appendicem quindecim voluminibus constitisse, et nostrum praeterea volumen de viris tantum litteratis agat, non item de iis qui civitati administrandae operam navarunt, recte judicasse videtur Weijersius, nostrum volumen *excerptum* tantum istius appendicis offerre statuens, eo consilio factum ut nomina eruditorum, quos as-Sam^cânî commemoraverat, complecteretur et brevem de iisdem annotationem. Incipit volumen sine ulla praefatione a littera ج (وس حرف الجيم) et nomina multorum offert poëtarum, addita nonnumquam brevi de iis notitia; saepe vero praeter paucos versus ab iis compositos, acute dictum, vel traditionem quam retulerunt, nihil de iis traditur.

Opus charactere Africano nitide exaratum est anno 1005; occupat p. 21—216 Codicis.

In Catal. Bibl. Doct. Lee (p. 31 n. 86 hodie Cantabr. (Browne) 169) commemoratur 3um volumen Appendicis ad *Historiam Bagdâdi* al-Khatîbi, litteram *'ain* complectens; Bibl. Paris. possidet volumen secundum, quod ab Ahmedibus incipit et in ح explicit, Appendicis Ibn-ad-Dobaithîi ad as-Samânîi Appendicem cf. Cat. n. 2133. Opus nostri simillimum auctore Ibn-al-Mokarram c. t. مختار ذيل بغداد للسمعانى est in Bibl. Cant. T. C. (Cat. p. 152), appendix c. t. ذيل الذيل in Bibl. Esc. (Casiri 1592). Cf. etiam quae de Cod. Mus. Brit. 307 monuit Cureton.

MXXIV. (Cod. 16 Gol.)

Ibn-Khallikânis (+ 743) Lexicon biographicum. De hoc exemplo, manu Mauritana conscripto, quod tribus voll. constat, fuse egit Tydemân, *Conspectus operis Ibn-Chalicani*, p. 30 seqq.

MXXV. (Cod. 1594.)

Alterum exemplar ejusdem operis, etiam tribus voll. constans, de quo cf. Tydeman p. 35 seqq.

Emtum e. Bibl. Palm. (*Catal.* p. 190, n. 34).

MXXVI. (Cod. 427 Warn.)

Unum volumen ejusdem operis, anno 730 exaratum. Continet finem operis inde a ابو ايوب مطرف بن مازن الكناني usque ad يحيى بن خالد البرمكي. Cf. Tydeman p. 33 seqq.

MXXVII. (Cod. 1469.)

Fragmenta quarti Codicis ejusdem operis et quidem folia ٤٢٨—٤٩٧, in editione Wüstenfeld a vita n. ٧١٧ p. ٧٣ lin. ultim. usque ad vitam ٧٥٩ p. ٢٢ l. 5 et p. ٥٤٨—٩٠٩, in editione a vita n. ٨٢٠ p. ٩٠, l. 2 usque ad vitam Çalâh-ad-dîni n. ٨٥٩ in media p. ٣٥. Haec fragmenta in magna clade urbis nostrae anno 1807 ex igni et aqua erepta sunt. Sine dubio partem efficiunt illius Codicis quem possidebat olim Scheidius (n. 14 Catalogi) et quem in aedibus Ravii interiisse testatus est Tydeman l.l. p. 29. Perhibet quidem hic Codicem ita disruptum vel combustum fuisse ut ne pagina quidem ulla, ne vel lacera aut mutila relicta sit superstes, sed haec minus accurate dicta sunt. Quae enim ipse de Codicis illius exteriore habitu monet omnino quadrant in haec nostra fragmenta; erat sine dubio pulcherrimum et nitidissimum exemplar, non vero antiquum. Numeri paginarum satis demonstrant uno volumine totum opus fuisse comprehensum ut exemplar illud Scheidianum et quod plus valet, ad nullum alium Codicem fragmenta pertinere possunt, quum alius in aedibus Ravii anno 1807 non adfuerit.

Haec fragmenta etiam magnum damnum passa esse non opus est ut moneam; plura sunt lacerata, alia combusta vel aqua laesa, omnia sordida, sed bibliopegarum cura nihilominus ita restitui potuerunt ut in usum virorum doctorum adhiberi possint.

Alia exempl. operis Ibn-Khallikâni enumeravit Pertsch ad Goth. 1725—27.

MXXVIII. (Cod. 1005 Warn.)

المُعَلَّم، فى ذِكْرِ مَنْ تَقَدَّم» sine auctoris nomine. Videtur excerptum ex Ibn-Khallikânis opere, inter ultimos annos saeculi septimi et medium saeculum nonum factum et quidem, ut opinabatur

Hamaker, vivo etiam Ibn-Khallikâno, inter annos 659 et 669; vide Weijers et Hamaker in Weijersii opere cui titulus *Loci Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno*, p. 14—18, et imprimis de Sacy in hujus operis censura, *Journal des savants*, 1834, p. 155 seqq. Continet vero etiam quae in opere Ibn-Khall. non reperiuntur.

Codex, 210 paginis quadruplicatis constans, anno 861 exaratus est. In fine ab eodem scriba (Ma^ctûq ibn-Sa'd ibn-Abdallah as-Somaisâtî) aliquot versus sunt scripti et deinde vita Motanabbîi e Tha^câlibîi *Jatîmat ad-dahri* descripta sed paullum abbreviata.

MXXIX. (Cod. 1950.)

Vita Zamakhscharîi e duobus Codd. Ibn-Khallikâni descripta a nescio quo. Est vita n. 721.

Donum Ornat. van Boekeren.

MXXX. (Cod. 644 (14) Warn. f. 111—118.)

Exiguum fragmentum magni operis biographici quod composuit Çalâh-ad-dîn *aç-Çafadî* (+ 764) sub titulo: الوافي بالوفيات, de quo cf. Hâdji Khal. VI, 417 et Flügel, Cat. Vindob. II, 329, n. 1163. Fragmentum tantum continet caput quartum, quintum et sextum praefationis libri de quo cf. Flügel l.l.

Sequitur f. 119 fragmentum carminis Persici.

MXXXI. (Cod. 304 Warn.)

«طراز أعلام الزمن، في طبقات أعيان اليمن» auctore Abu-'l-Hasan Alî ibn-al-Hasan al-Khazradjî (+ 812).

Codex inscriptione et subscriptione caret quidem, sed ex variis locis, in longa praefatione obviis, certi reddimur de auctore, titulo, consilio operis caet. Complurium nempe amicorum rogatu et hortante imprimis Abu-'l-Hasan Ismâ^cîl ibn-al-Abbâs, quem اشرف ملوك الشام واليمن vocat [1]), auctor librum composuit ويحتوي على طبقات علماء اليمن وصحابها وزمان ملوكها وكبرائها vel, ut alio loco ait,

---

1) Ejus cognomen erat al-Aschraf; imperium adeptus est anno 778 et obiit anno 803. V. Johannsen, *Historia Jemanae*, p. 168—170.

de اعلام اليمن وكبرائها وملوكها وامرائها وعلمائها وعبادها وروسائها وزهادها. Hunc ad regem attulit, qui librum inspexit et complura in eo desiderari animadvertit; auctorem itaque docuit quo modo liber componendus esset. Principi morem gessit auctor (qui hic et alibi se ipse Alîum ibn-al-Hasan al-Khazradjî vocat, narratque se in Jemana natum esse ibique habitare) et librum composuit qui omni ex parte principis votis responderet. Tum nonnullas Prophetae sententias de Jemanae praestantia affert auctor, in causam inquirit cur sua patria *Jemen* vocata fuerit caet. (v. Cod. p. 1—7). Sequitur deinde فصل فى تقرير قواعد الكتاب, quam paragraphum hic describere non inutile erit: اعلم ايها الناظر وفقنا الله واياك ان اول ما بدانا به فى كتابنا هذا مقدمة فى ذكر سيدنا رسول الله صلّعم اذ هو المقصود الاسنى، والغاية الحسنى» يشتمل على نسبه - - الى يوم وفاته - - - واذكر خلفاء الاسلام فابدا بابى بكر الصديق رضّه واختم بالمستعصم عبد الله بن المنتصر (l. المستنصر) العباسى واحدا بعد واحد على ترتيم (l. الترتيب) المعروف لكل واحد منهم فصل اذكر فيه تاريخ دولته وما حدث فى ايام مدته واختم المقدمة المذكورة بفصول اخرى اذكر فيها من ولى الخلافة بعد المعتصم (l. المستعصم) ان شاء الله تعالى وبه التوفيق ثم اشرع بعد ذلك فى مضمون الكتاب وارتب الاسماء المذكورة على ترتيب حروف المعجم فى اصطلاح اهل اليمن فابدا بالالف التى هى صورة الهمزة ثم الباء - - - ثم اختم الكتاب بباب اذكر فيه مشاهير النساء فتصير الابواب ثلثين بابا ثمانية وعشرون بابا بحروف المعجمة وباب للمسمّين بالكنى وبابا (l. وباب) للنساء ۞ فصل واعلم ايها الناظر — ان كتابنا هذا انما هو ماخوذ فى الغالب من كتاب الفقيه الامام الفاضل وحيد عصره، وفريد دهره» ابى عبد الله محمد بن يعقوب بن يوسف الجندى الملقب بهاء الدين صاحب التاريخ المعروف فانه امامنا المشهور، وشيخنا المذكور» وانما تبعنا اثره، وصدفنا (l. وصَدَّقْنا) خبره» واعترفنا فى (l. واغترفنا من) فضالته، وشربنا بدلالته» ولولاه ما خضنا هذا البحر العميق، ولا وجدنا الى هذا المنزل طريق» - - - وسميته طراز اعلام الزمن، فى طبقات اعيان اليمن».

Scriptor quem hîc tamquam suum praeceptorem nominat noster et quem deinde saepissime laudat, nempe Bahâ-ad-dîn Abu-Abdallah

Mohammed ibn-Ja^cqub ibn-Jusof *al-Djanadî*, scripsit, teste Hâdjî-Khalîfa (II, p. 159; III, p. 613), opus cui titulus «السلوك في طبقات العلماء والملوك», Lexicon biographicum virorum doctorum Jemanae, et cujus exemplaria possident Bibl. Paris n. 2127 et Köprülü n. 1107.

P. 9 incipit igitur vita Mohammedis, quam excipit p. 48 historia khalîfarum inde ab Abu-Bekro usque ad al-Mostaçimum (p. 237); historiam deinde auctor continuat usque ad mortem sultâni Aegyptii Barquq, quae anno 801 accidit. Jam quum, ut supra monui, princeps cujus monitu Alî ibn-al-Hasan al-Khazradjî librum suum composuit, scil. al-Aschraf Ismâ^cîl, anno 803 mortuus sit, tuto statuere possumus, auctorem nostrum anno 801 vel sequenti opus suum scripsisse. Caeterum haec longa Prolegomena non magni sunt momenti, nam, longam annorum seriem complexus, auctor perpauca tantum eaque brevia de singulis principibus monere potuit; est Chronicon tenue et exile, nisi quod diligenter notentur Jemanae gubernatores.

Tandem p. 280 ad id quod rei caput erat, Lexicon scil. biographicum clariorum Jemanensium, transit. Sed hujus Lexici exiguam tantum partem possidemus, nam Codex noster abrupte desinit in paragrapho de Abu-'l-Hasan *Ahmed* ibn-^cAlawân aç-Çufî (p. 367).

Hâdjî-Khalîfa, licet titulus quem auctor in praefatione indicavit, ei ignotus fuerit, de nostro tamen opere loquitur in v. تواريخ اليمن (II, p. 159). Ait ibi, Alîum ibn-al-Hasan al-Khazradjî tres Jemanae historias scripsisse, in quarum una annorum seriem sequitur, in altera ordinem alphabeticum (est liber de quo diximus), in tertia seriem dynastiarum (est Cod. noster 302, de quo supra dixi, n. DCCCCXLII).

Codex noster, paginas 369 formae maximae continens, negligenter et mendose scriptus est.

Alterum hujus operis exemplar possidet Mus. Brit. Suppl. (Rieu) 671.

MXXXII. (Cod. 1366.)

Tria volumina operis cui titulus *al-Moqaffâ* (المقفّى), auctore al-Maqrîzi († 845). Est Lexicon biographicum, in quo vitae om-

nium virorum principum et doctorum enarrantur, qui in Aegypto floruerunt aut illam regionem visitarunt.

De his voluminibus, ipsius auctoris manu exaratis, fuse egit Dozy in opere c. t. *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 8—16, sed quamquam nunc aeque ac quum ille scriberet tria volumina numeramus, moles libri magnopere accrevit quum anno 1888 volumen malâ fortunâ a hisce Codicibus separatum acceperimus e legato Ravii (v. Praef. p. XXXII). Instituto enim examine patuit novum hunc Codicem re vera partem efficere Codicis 1366 *b* qui olim male ligatus erat. Minus recte itaque dixit Dozy secundum et tertium volumen omnia fere offerre quae al-Maqrîzî de Mohammedibus dedit nam deërant tunc temporis nomina محمد بن عبد الدائم usque ad محمد بن عبد الغنى et in fine vol. secundi محمد بن على بن سهل usque ad محمد بن القسم. Neque nunc omnia habemus quae ad hoc nomen pertinent.

Volumem primum post quinque priora folia, de quibus vide infra, incipit ab iis quibus nomen erat Ibrâhîm ibn-Ismâʿîl (uno folio quo agitur de Ibrâhîm ibn-Lâdjîn malo loco inserto), tum sequuntur quorum nomen erat Ahmed sed longe abest ut omnes utriusque nominis viri enumerentur. Sequuntur nomina كلثوم, كمشبغا, لولو, denique sermo est de iis quorum nomen a littera م incipit; horum nomina, imprimis Mohammed, fere totum magnum hoc volumen implent. Ultimus qui recensetur est محمد بن طلحة بن محمد بن الحسين — القرشى. Volumen secundum ut nunc est continet nomina inde a محمد بن عبد usque ad محمد بن القسم. Lacuna plurium foliorum exstat inter foll. 49 et 52. Volumen tertium incipit a محمد بن قلاون et explicit in محمد بن يونس.

E dictis patet nos tantum possidere partem ingentis operis et quidem eam portionem quae continet eos quorum nomen erat Mohammed cum nonnullis fragmentis e literis ا, ك, ل et م. Aliud volumen itidem autographon et continens partem litterarum ط, ظ et ع est in Bibl. Paris (Cat. n. 2144).

Quinque priora folia Codicis 1366 *a* continent fragmentum fasciculi traditionum auctore ابن قطرال quod ut demonstravit Dozy (*Notices* p. 26) proprie pertinet ad Codicem nostrum 560. Describetur infra in capite »Traditio prophetae" etc.

MXXXIII. (Cod. 560 (29).)

تَرَاجِمُ مُلُوكِ الغَرْبِ, tractatus, cujus initium deësse videtur (titulus ex indice volumini praemisso desumtus est), de principe Tilimsâni Abu-Hammu II (regnavit a 760—791) de ejusque decessoribus. Dozy, *Notices*, p. 26, suspicatur eum pertinere ad librum Maqrîzîi دُرَرُ العُقُودِ الفَرِيدَة، فى تَرَاجِمِ الأَعْيَانِ المُفِيدَة», cujus pars prior in Bibl. Gothana est, n. 1771 apud Pertsch, qui III, 353 conjecturam confirmavit. Maqrîzîi est autographon (16 ppg.). Est hoc ultimum hujus pretiosissimi voluminis opusculum, nisi quod 5 ppg. male a vermibus passae et partim conglutinatae sequuntur, de quibus v. Dozy l.l.

Ordo opusculorum antea alius fuit, ut ex indice tituli apparet. Hinc quoque docemur unum tractatum c. t. كتاب تجريد التوحيد deësse.

MXXXIV. (Cod. 369 *a* et *b* Warn.)

الضَّوْءُ اللَّامِعُ، لأَهْلِ (1) القَرْنِ التَّاسِعِ» auctore Schams-ad-dîn Mohammed ibn-Abdarrahmân *as-Sakhâwî* (+ 902).

De operis consilio auctor in praefatione (Cod. 369 *b*, fol. 1 v., 2 r.) haec monet: فهذا كتاب مِنْ اهمّ ما به يُعْتنى جمعتُ فيه مَنْ علمتُه من هذا القرن الذى اوله سنة ٨٠١ ختم بالحسنى من سائر العلماء والقضاة، والصلحاء والرواة» والادباء والشعرا، والخلفاء والملوك والامرا، والمباشرين والوزرا» مصريا كان او شاميا، حجازيا او يمنيا، روميا او هنديا، مشرقيا او مغربيا» بل وذكرت فيه بعض المذكورين بفضل ونحوه من اهل الذمّة اقتفاءً فى اكثرهم لِمَنْ أَصْغَتْهُ اليه فى غزوة لانه اجتمع لى من هولاء الجم الغفير، وارتفع عنى

1) Sic in praefatione auctor ipse opus suum vocat et eodem modo titulus scribitur in praefatione Compendii operis (Cod. 518, p. 1); in titulo Codicis 369 *a* legitur فى اخبار, et Hâdji-Khalîfa (IV, p. 122) scribit فى اعيان.

النـبس في جمهورهم الا اليسير». Post haec verba statim fontes e quibus hausit, indicat auctor his verbis: مستوفيا مَنْ كان منهم في معاجم شيخنا وانبائه[1] وتاريخي العيني[2] والمقريزي سيّما في عقوده[3] التي رتبها النجم بن فهد وان لم ينهضا لاستيفائه الى غيرها من التواريخ كالذيل للحلب لابن خطيب الناصرية[4] ولمكة للنجم بن فهد مع اصله للفاسي[5] والطبقات والوفيات المدوّنة والتراجم كشيوخ

---

1) Est Schihâb-ad-dîn Ahmed *ibn-Hadjar* qui, anno 773 natus, anno 852 diem supremum obiit. Infra enim ait as-Sakhâwî: وكل ما اطلقت فيه شيخنا فمرادي به ابن حجر استاذنا. De ejus opere cui titulus انباء الغمر في ابناء العمر cf., praeter Hâdjî-Khalîfam, Quatremère, *Hist. des sultans mamlouks* I, 2, p. 219, et animadverte praeter duos Codd. Paris. (AF 656 et 657 Cat. 1602; cf. etiam 1603, 1604 et 1605, 1), de quibus hic retulit, tertium exemplar hujus operis in Bibl. Paris. asservari, nempe in collectione Asselini, ut refert Flügel in *Wiener Jahrb.*, Vol. 90, *Anz.-Bl.* p. 6. Etiam Bibl. Goth. hujus operis exemplum possidet (1622, 1623) et in Bibl. Bodl. asservatur primum volumen (Uri n. 705). Alia exempl. sunt in Mus. Brit. (316, 1241) et Biblioth. Berol. (Ahlw. 9460—61). Ceterum in titulo انْباء, non أنباء, ut Quatremère scripsit, pronuntiandum esse, etiam nostro as-Sakhâwîi Codice confirmatur, nempe in quo وانْبائه (sic) scriptum est. — Ibn-Hadjari المعاجم, sub hoc certe titulo ab Hâdjî-Khalîfâ non nominatus, a Quatremèrio commemoratur (l.l., p. 218), sed mihi valde verisimile videtur, illud opus *idem* esse atque Lexicon Biographicum virorum qui saeculo octavo floruerunt, quod inscriptum est «الدرر الكامنة، في المائة الثامنة»; quae opinio eo, ni fallor, confirmatur, quod as-Sojutî in praefat. ad *Vitas Grammaticorum*, itidem duo Ibn-Hadjari opera citat, nempe الدرر الكامنة et انباء الغمر.

2) *Triplex* redactio exstat historiae al-Ainîi (+ 845), nempe magna, media et parva.

3) Hujus al-Maqrîzîi operis titulus est «درر العقود الفريدة، في تراجم الاعيان المفيدة». Continet vitas aequalium auctoris. V. Quatremère, l.l., Préface, p. XVII et Hâdjî-Khalîfa III, p. 216. Exigua operis pars, litteram ا et fragmentum litterae ع complectens, exstat in Bibl. Goth. (1771), qui Codex, utpote ipsius auctoris manu exaratus, summi est pretii. Ex verbis vero as-Sakhâwîi patet, al-Maqrîzîum hoc opus non absolvisse, illudque, post ejus mortem, ordinatum et continuatum fuisse a Nadjm-ad-dîn ibn-Fahd, sed neque hunc illud ad finem perduxisse, ut jam dixit Dozy in *Notices sur quelques manuscrits arabes*, p. 14, ann. 3.

4) V. Hâdjî-Khalîfam II, p. 125.

5) Continuavit itaque Historiam al-Fâsîi Nadjm-ad-dîn ibn-Fahd (amicus as-Sojutîi; v. praefationem ad *Tabaqât-an-nohât*), quod Hâdjî-Khalîfa commemorare neglexit.

ابن فهد النقی [1]) وولده وتخریجه [2]) وغیرهما من المعاجم وما علّقْتُه من مجامیع مفیدنا الزین رضوان او رایته فی استدعاات ابن شیخنا

ونحوه من الاعیان وسائر من ضبطته ممن اخذ عن شیخنا او عنّی

او اخذت عنه ولو لم یکن له کبیر اعتناء الخ.

In sequentibus placuit as-Sakhâwîo, virorum doctorum laudes quibus ipsum ornaverant, referre.

Primum hujus operis volumen, valde spissum, totum possidemus. Continet litteram ا (primum nomen est آدم, ultimum ایوب). Alterum quod hic habemus volumen (369 *a*) totius operis tertium est; itidem magnae est molis, incipitque in media littera ع (عتيق بن عتيق); post litteram ع, nempe in medio fere tomo, sequuntur غ, ف, ق et pars litterae م, usque ad محمد بن جوهر; sed post haec sequi debent quae leguntur ad calcem alterius voluminis, nempe illa pars quae incipit a محمد بن حاجی et explicit in محمد بن زکریا. Uterque Codex ab eodem librario, anno 996, exaratus est.

Ex iis quae dixi, lectori jam patuit, nos, licet duo nostri Codices revera ingentes sint, exiguam tantum partem operis possidere. At haec duo volumina, praeter voluminis III alterum exemplar quod Lipsiae (Ref. 209) conservatur, sola sunt quae in Europa exstant; caetera aut perierunt, aut certe ad nostram non pervenerunt notitiam. — Nunc de Compendiis videndum est, e quibus unum possidemus, nempe:

MXXXV. (Cod. 518 Warn.)

cui titulus est: «اَلْبَدْرُ اَلطَّالِعُ، مِنَ اَلضَّوْءِ اَللَّامِعِ», auctore Ibn-Abd-as-Salâm [3]), qui, si annotationi ad Hâdjî-Khalîfae opus fides habenda est, anno 931 obiit.

In libri praefatione auctor ait, se anno 905 Meccae (ubi tunc

---

1) Hoc opus, si, ut suspicor, معجم vocatum fuit, ab Hâdjî-Khalîfâ non commemoratur. Neque de sequentibus aliquid apud hunc bibliographum inveni.

2) Cod. تخریجه sine و.

3) Plenum auctoris nomen est: Schihâb-ad-dîn Ahmed ibn-'Izz-ad-dîn Mohammed ibn-Mohammed ibn-Abd-as-Salâm al-Manufî.

secunda vice erat) legisse as-Sakhâwîi librum cui titulus الضوء اللامع لاهل القرن التاسع, quinque spissis voluminibus comprehensum; addit, sibi placuisse ut ex *nonnullis litteris* (من بعض الحروف) quaedam excerperet, hisque excerptis se titulum dedisse البدر الطالع من الضوء اللامع. Sequuntur itaque excerpta ex hisce litteris: ا (p. 76), ح (p. 77), ز (p. 84), ص (p. 85), ع (p. 125), ف (ib.), م et (p. 230) ى; porro (p. 237) ex capite de الكنى, (p. 247) ex capite de الالقاب (sed tantum littera ز), (p. 248) ex capite de ابن; ultimo denique loco (p. 255) in Ibn-Abd-as-Salâmi libro caput reperitur sic inscriptum: ولنختم الآن بذكر شيء مما رايته فيه من الفوائد المفرقة المستحسنة.

Codicem nostrum ex auctoris autographo descriptum esse anno 976, patet ex subscriptione, quae haec est: وكتب من النسخة الذى (sic) بخط مؤلفه وهو احمد بن محمد بن محمد بن عبد السلام المنوفى — وكان الفراغ من نسخه يوم الخميس المبارك 15 شهر ربيع الثانى سنة ٩٧٦. Paginas continet 261 octuplicatas.

Alia exempla *hujus* epitomes exstant in Bibl. Paris. 2078, Vind. 1179. Compendii, auctore Zain-ad-dîn Omar ibn-Ahmed as-Schammâ al-Halebî, cui titulus „القبس الحاوى، لغرر ضوء السخاوى“, de quo etiam Hâdjî-Khalîfa mentionem injecit, *primum* volumen servatur in Bibl. Bodl. (Uri n. 855; cf. Add. et Emend. p. 598).

MXXXVI. (Cod. 416 (2) Warn.)

„أعيان الأعيان، وأبناء الزمان“ auctore as-Sojutî (+ 911). »Continet notitias, alias longiores, alias breviores, de omnis generis hominibus, Proceribus aeque ac doctis, Auctoris coaetaneis.” (Meursinge *Spec.* p. 46 seq.). Caeterum observandum est, ipsum as-Sojutîum in praefatione dicere, libri titulum esse: نظم العقيان، فى اعيان الاعيان“. Opus alphabetice ordinatum est. Inter صالح et طاهر duae probabiliter paginae exciderunt. Exemplar hoc unicum in Europa esse videtur. Anno 974 nitide exaratum est.

MXXXVII. (Cod. 1956 = Amîn 233.)

„قلادة النحر، فى وفيات أعيان الدهر“ sive lexicon biographicum

auctore Abu-Mohammed at-Taijib ibn-Abdallah ibn-Ahmed ibn-Alî *Abu-Makhrama* qui ineunte saeculo decimo vixit in urbe Aden. Narrat enim (II, f. 184) patrem suum mortuum esse anno 903, fratrem majorem natu (natum anno 866) anno 911 (ibid. fol. 187 v.), quocum facit quod auctoris opus in enarrandis rebus anni 927 explicit. Trium quibus totum opus constabat voluminum duo possidemus, secundum nempe et tertium in unum religata. Primum volumen agit de iis qui mortui sunt ante annum 501 sed periit ut in Amîni catalogo docemur, secundum 75 folia continens pergit ad annum 700, tertium denique ad finem operis 202 foliis absolvitur. Ordo quo tractantur viri est igitur chronologicus et quidem in *tabaqât* divisus quorum singulae viginti annos amplectuntur. Antequam auctor agit de viris per viginti illos annos mortuis historia universalis horum annorum breviter describitur et praesertim in ultimis annis auctor prolixe agit de historia urbis Aden et provinciae Jemen, quod usui esse poterit ei qui res maritimas Lusitanorum illius temporis describere velit.

Auctor opus suum non absolvit nam mors praematura eum abripuit antequam redactionem finalem operis (تبييضة) absolvisset, itaque Codex noster in fine multas lacunas habet. Anno 1030 descriptus est ex exemplari quod anno 987 secundum auctoris autographon redegit Omar ibn-Ibrahîm ibn-Radhwân الجبانى (vel الحيانى). Textus autem non caret mendis.

MXXXVIII. (Cod. 1023 Warn.)

«الشّقائق النّعمانيّة، في علماء الدّولة العثمانيّة» auctore Ahmed ibn-Moçtafâ, qui nomine Tâschköprî-zâdeh (طاش كبرى زاده) notus est et anno 965, tribus annis ante mortem, librum absolvit. Praeter Hâdjî-Khalîfam cf. de hoc opere Hammer in *Geschichte des Osmanischen Reiches*, I, p. XL; IX, p. 239. In decem classes viri docti distributi sunt. Terminatur liber autobiographiâ auctoris.

Codex anno 978, decem annis post auctoris mortem elapsis, scriptus est.

MXXXIX. (Cod. 692 Warn.)

Ejusdem operis alterum exemplum, anno 1025 scriptum.

Hujus operis exemplaria in quavis fere Bibliotheca reperiuntur. Vid. nunc Pertsch in Catal. Goth. III, 345 seq. Editus est liber Bulâqi in margine editionis Ibn-Khallikân.

MXL. (Cod. 1985 = Amîn 262).

Continet hic Codex fragmentum vel potius plura folia, quum praeter initium etiam alia folia in medio libro perierint, operis biographici, in quo recensentur viri docti, qui floruerunt regnantibus sultanis Selîm ibn-Solaimân et Morâdo III. Suspicio igitur oritur nos hîc habere partem libri, cujus mentionem fecit Hâdji Khal. IV, 66 tamquam appendicis ad librum notissimum c. t. الشقائق النعمانية, quem compegit *Alî ibn-Bâli*, vulgo *Manq* (منق) [1]) dictus + 992 et cui titulum dedit: العقد المنظوم في ذكر افاضل الروم. Quam conjecturam testimonio ipsius auctoris certissimam reddere possum, nam in describendo regno Selîmi lectorem relegat ad librum suum c. t. نادرة الزمن في تاريخ اليمن, qui liber a Hâdji Khal. VI, 288, n. 13509 laudatur et auctorem habet ipsum illum Alî ibn-Bâli Manq. Exemplar minus mutilum quam nostrum possidet Bibliotheca Vindobonensis, quod descripsit Flügel in catalogo suo II, 349, n. 1183, ubi conferat qui melium hunc librum cognoscere studet.

Finem Codicis possidemus e cujus subscriptione patet illum exaratum esse anno 1063, quod quidem egregie factum est charactere neskhî.

Alia exemplaria praeter Vindobonense: Mus. Brit. n. 960; Berolin. apud Ahlwardt n. 9883—84; Mus. As. apud Rosen n. 207; Paris. 2163; Lips. (Ref.) Z. d. D. M. G. VIII, 578 n. 20.

MXLI. (Cod. 747 Warn.).

„ذَخَائِرُ ٱلْآثَارِ، فِي أَخْبَارِ ٱلْأَخْيَارِ“ auctore Schams-ad-dîn Mo-

1) Textus h. l. جمقنف sed vid. ann. ad hunc locum VII, 774.

hammed ibn-Ahmed ibn-Alî al-Andalosî Mâlikita, qui tempore quo hoc exemplar exaratum est, i. e. anno 1004, adhuc inter vivos fuisse videtur; nam librarius in titulo ejus nomini subjunxit haec: ادام الله تعالى النفع به وبلّغه اربه بمنّه ويمنه وكرمه. Recens certe est scriptor, nam recentes citat, v. g. as-Sojutîum in Historia Khalifarum (p. 51).

Primum breviter agit auctor de Mohammede et de khalifis (usque ad al-Mamunum). Haec libri pars (p. 1—77) parvi est momenti; non majoris est reliqua pars, quae fere nihil continere videtur nisi excerptum ex Ibn-Khallikâne.

Codex nitide exaratus est et 338 paginas quadruplicatas continet. Aliud exemplar mihi non innotuit.

MXLII. (Cod. 1742 (1) = Amîn 5.)

«النّور السافر، فى القَرْن العاشر» auctore Zain-ad-dîn Mohammed Madjan ibn-Abdarrahmân princeps Medicorum in urbe Misr. Quaenam ratio intercedat inter hunc libellum et librum ejusdem fere tituli et argumenti cujus mentionem facit Hâdji Khal. VI, 392 sub n. 14031 optime docet praefatio ubi post doxologiam sequitur وبعد فيقول الفقير مدين الطبيب انى لما رايت من تاليف السيد الشريف الفاضل الكامل مفيد الطالبين الشيخ محيى الدين عبد القادر بن العارف شيخ بن عبد الله بن شيخ بن الشيخ عبد الله العيدروس اليمنى كتابا قال فى اوله الخ — اردت ان التقط منه نبذة لطيفة تتعلق بمن له شهرة بالديار المصرية او غيرها لان اكثر من ذكره فيه من اهل دياره اليمنية والله الموفق الخ. Est igitur exiguum compendium operis Ibn-al-Aidarûsi, cujus exemplar asservatur in Mus. Brit. (Cf. Cat. p. 429, n. 937) de illis viris decimi saeculi qui in Aegypto aliquam famam nacti sunt. Auctor operi suo, quod vix 26 folia implet, finem imposuit die 2°. mensis Rabîᶜ I, anno 1042. Eodem Codice continetur:

MXLIII. (Cod. 1742 (2) = Amîn 5.)

«الرَّوح الباصِر، عَلَى بَعْضِ وَفَيات أَعْيانِ أَهْلِ القَرْنِ العاشِر» eodem

auctore. Ut titulo satis indicatur etiam opus biographicum est, de viris saeculi decimi, attamen auctor ad saec. undecimum procedit (الى العام الذى نحن فيه). Ultimus enim annus qui h. l. memoratur est 1044. Liber nempe secundum annos digestus est. In praefatione auctor dicit se frustra quaesivisse opus as-Scha'rânî similis argumenti c. t. المفاخر والمآثر فى بيان مناقب علماء القرن العاشر. Quando hic liber scriptus sit non dicitur, attamen probabiliter eodem anno 1044; est enim auctoris autographon. Folia implet 25—216.

MXLIV. (Cod. 1742 (3) = Amîn 5.)

Excerpta e libro c. t. الدُّرر الفَرائد المُنَظَّمة، فى أَخْبار الحاجّ وطريق مَكّة المُعَظَّمة، auctore Zain-ad-dîn Abd-al-Qâdir ibn-Mohammed ibn-Abd-al-Qâdir al-Ançâri al-Djazîrî al-Hanbalî, scripta manu ejusdem Mohammedis Madjani et quidem anno 1038. Leguntur a fol. 217 usque ad fol. 228. Excerpta haec sunt e sectione tertia capitis secundi (فى امرة الحاج), in qua de magistris suis, omnibus e parte posteriore saeculi noni et initio saeculi decimi, egit et deinde de memorabilibus quibusdam inde ab anno quo natus est auctor 911 ad annum 970. Mohammed Madjan dicit se tantum primum volumen operis ingentis, cujus capitum elenchum memorat, vidisse.

MXLV. (Cod. 2010 = Amîn 287.)

Hoc volumen ita inscribitur: هذا ما انتُخب من تاريخ لمولانا العلامة الشيخ قطب الدين بن العلامة مولانا علاء الدين على النهروالى الحنفى ذيل مكة ومن خطّه نقلت ما صورته. Quibus praemissis auctor exorditur a biographia patris et matris *Qotb-ad-dîni* ejusque fratrum etc. (ab ipso conscripta), quam excipiunt multae aliae virorum doctorum saeculi noni et decimi. Finem faciunt vitae quam brevissimae priorum imperatorum Othmanorum, teste subscriptione: هذا اخر ما اردنا انتخابه من التاريخ المذكور. Patet igitur hoc volumine contineri *excerptum* e quodam libro Qotb-ad-dîn ab anonymo quodam, ex autographo descriptum. Qualis autem fuerit titulus

hujus libri Qotb-ad-dîni difficile dictu est, nam de Historia Meccana et Expugnatione Jemanae cogitari nequit, liber autem Classium Hanafitarum secundum Hâdji Khal. IV, 137 incendio periit nec postea absolutus fuit, quum auctor in retractanda materia naturae debitum solverit. Aliud opus historicum auctoris a Hâdji Khal. non memoratur.

Ceterum Codex noster fere saeculo post mortem Qotb-ad-dîni scriptus est anno H. scilicet 1082. Probabiliter est autographon et satis bene exaratum est. Ordo foliorum hic illic turbatus est.

MXLVI. (Cod. 2009 = Amîn 286.)

«سُلافة العَصْر، فى مَحاسِن أَهْل العَصْر» auctore Alî Çadr-ad-dîn al-Madanî ibn-Ahmed Nitzâm-ad-dîn al-Hosainî al-Hasanî, qui illud opus anthologicum composuit anno H. 1082. Ceterum cf. Flügel in Catal. codd. Vindobon. I, 390, n. 409, ubi aliud exemplar describitur, Wüstenfeld, *die Geschichtschreiber* n. 589.

Exemplar nostrum 332 foliis constans anno 1167 exaratus est et quidem ductu grossiori et parum eleganti, exceptis foliis 3—9 quae melius scripta sunt. Praecedit index vitarum.

Alia exemplaria praeter Vindobon. jam laudatum: Ms. Cid. Hammouda p. 16; Mus. Brit. n. 1647; Berol. (Ahlwardt) 7418—19.

MXLVII. (Cod. 1737 = Amîn 384.)

«ذَوْب الذَّهَب، فى مَحاسِن مَنْ شاهَدْتُ بعَصْرِى من أَهْل الأَدَب» auctore al-Mohassin ibn-al-Hasan Abu-Tâlib qui hoc opus obtulit Waziro Alî ibn-Ahmed Râdjih (راجح) ibn-Sa'îd quem summis laudibus in praefatione prosequitur. Libri titulo jam satis docuit auctor quid sibi in hoc opere scribendo proposuerit et simul aetatem suam definivit quum viri de quibus loquitur fuerint ipsius aequales. Primi autem de quibus exposuit sunt Abu-Mohammed Zaid ibn-Mohammed ibn-al-Hasan filii principis fidelium (Zeiditarum scil.) al-Mançur-billâh († 1029) et frater ejus Ismâ'îl ibn-Mohammed auctor operis سِمْط اللآلى فى شعر الآل (v. supra n. DCCCCXVIII). Hic mortuus

est anno 1079 (vel 1078). Post hos duos agit de Abdallah ibn-Alî al-Wazîr qui anno 1118 adhuc inter vivos erat. Cf. supra sub num. DCCLXVIII (I, p. 491). Paullo post agit de Jahjâ ibn-Ibrâhîm quem anno 1117 aut 1118 obiisse ait, deinde de Jaḥjâ ibn-Alî qui post annum 1120 periit, de Ismâʿîl ibn-Mohammed anno 1139 mortuo, imo memorat virum quem anno 1140 vita defunctum esse dicit. Scripsit igitur ad finem dimidii prioris saeculi duodecimi. Opus dici potest historia litteraria Jemanae aetate auctoris sed monendum est eum saepius poematum laudatorum illustrandorum gratia etiam de aliis viris et rebus exponere. Multa eo continentur quae frustra in libro Kholâsat-al-Atzar quaeres.

Initium: نحمد من اعان فأبان واطلع في افق الاحسان نجوم البيان الخ.

Codex continet 259 folia formae maximae ductibus majoribus et minime elegantibus attamen distincte exarata. Operis finis deesse videtur non ideo quod Codex mancus sit sed quod numquam ab ipso auctore absolutum sit opus.

Aliud exemplar mihi non innotuit.

16. VITAE GRAMMATICORUM.

MXLVIII. (Cod. 654 (3) Warn.)

Inscriptio hujus Codicis haec est: هذا شيء علّقته لنفسي مختصرا من كتاب انباء الرواة على انباء النحاة تاليف ابي الحسن على ابن يوسف بن ابرهيم بن عبد الواحد الشيباني القفطي.

Scimus ex Hâdjî-Khalîfa (I, p. 441 et IV, p. 154), al-Qiftîum librum composuisse, vitas grammaticorum complectentem, quem inscripsit انْباء الرواة على أنْباء النحاة, *Ea quae traditionarii posteris tradiderunt de historiis grammaticorum* [1]) (vide etiam vitam al-Qiftîi in Cod. 159, fol. 230 v.). Ab eodem bibliographo discimus, ad-Dzahabîum, qui saeculo proximo vixit (al-Qiftî enim mortuus est anno 646, et ad-Dzahabî anno 748), hunc librum in epitomen

1) Vides, me a Flügelio (I, p. 441) in hoc titulo legendo et interpretando dissentire.

redegisse. Nullus dubito quin noster Codex hanc ad-Dzahabîi epitomen offerat, licet ejus nomen non sit additum. Ex litterarum ductibus fere certum videtur, nostrum Codicem esse auctoris *autographum*, Codex enim currente calamo sed emendate exaratus est; hoc vero casu a Dzahabîi autographo, quod Codice 1721 continetur (supra p. 21) aetate necessario distat.

Ipsum al-Qiftîi opus deperditum est, et epitomes ad-Dhahabîi praeter nostrum alius Codex in Europa non reperitur. Habemus itaque opus utilissimum, quod multa continet quae in as-Sojutîi opere de eodem argumento non leguntur; unicum praeterea Codicem illumque ab ipso auctore exaratum.

MXLIX. (Cod. 474 (5) Warn.)

Tractatulus Sojutîi (+ 911) qui inscribitur هذا جُزْء جمعت فيه الأخبار المرويّة في سبب وضع العربيّة. In fine lectorem relegat ad opus suum طبقات النّحاة.

Exaratus est anno 987 ut omnia quae hoc volumine comprehenduntur opuscula.

17. VITAE POETARUM.

ML. (Cod. 1694).

Apographon libri كتاب الشعر والشعراء auctore Ibn-Qotaiba, anno 1869 factum Damasci. De eo retulit Vir Cl. E. Prym Z. d. D. M. G. 1874, p. 677. Debemus hunc librum liberalitati Vir. Clar. Prym et Socin. Continet alteram redactionem operis, in multis diversam a textu quem Codex Vindob. exhibet. Editio ejus a me parata sub prelo est.

MLI. (Cod. 502 Warn.)

يتيمة الدّهر ، في محاسن أهل العصر« auctore at-Tzaâlibî (+ 429). Indicem hujus anthologiae v. in Catal. Oxon. p. 314—320. Codex, opus plene perfecteque exhibens, anno 1048 exaratus est. Typis prodiit Damasci anno 1302 H.

MLII. (Cod. 23 *b* Gol.)

Pars ejusdem operis, nempe a secundae inde partis capite quarto ad finem usque, omissis tamen, praesertim in parte 3ª et 4ª, quam plurimis.

Codex charactere Africano exaratus est ante annum 974.

MLIII. (Cod. 2078 = Amîn 355.)

Fragmenta ejusdem operis. Primum folium idem continet ac fol. 54 Codicis 502, sed quae sequuntur minime textum integrum offerunt quum plura desint.

Sunt 120 folia nitide exarata sed recentioris aetatis.

MLIV. (Cod. 1005 (2) Warn.)

Caput de al-Motanabbîo ex *al-Jatîmâ* (I, 5) (Cod. 502, p. 61—132).

Alia exempl. *al-Jatîmae:* Paris. 3111; 3308—12; Mus. Brit. 572, Suppl. 1110, 3; Cantabr. (Browne) 1224; Bodl. (Uri) 805, 806, 807, 808, 822; (Nic.) 313; Lee 66; Goth. 2127; Berol. (Ahlw.) 7401—8; Caes. Vind. 363—65; Upsal. 296; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 245; Escur. 348, 349; Alger. (p. 13). Vid. porro Pertsch ad Cod. Goth. 2127.

MLV. (Cod. 773 Warn.)

Excerptum ex Anthologia poëtica, quae دُمْيَةُ القَصْر، وعُصْرَةُ أَهْلِ العَصْر dicitur et composita est ab Abu-'l-Hasan Alî ibn-al-Hasan ibn-Alî ibn-abi-'t-Taijib al-Bâkherzî, qui illam scripsit post annum 455 tamquam appendicem ad at-Tzaâlibîi *al-Jatîmam;* interfectus est hic scriptor mense Dzu-'l-Qaᶜda anni 467 in pago Bâkherz, qui ad ditionem Nisâburi pertinet [1]).

Epitomator se ipse in Praefatione (nam Codex inscriptione et subscriptione caret) vocat Mohammed Alî (sic), vulgo Ridhâî dictus (المعروف برضائى). Weijersius, in schedula quam in ipso nostro Codice deprehendi, conjecit, hunc eundem esse atque Mohammed

1) Vide auctoris vitam in *Classibus Schâfiitarum* auctore as-Sobkî (Cod. 73 *b*, p. 118).

ibn-Alî ibn-Moḥammed ar-Ridhâî, qui anno 1039 obiit et شاوى scripsit, de quibus vide Hâdjî-Khalîfam in v. رضائى شاوى [1]).

In Praefatione epitomator porro ait, se jam antea excerptum composuisse ex Imâd-ad-dîni *al-Kharîda*, et nunc sibi placuisse ut similiter excerptum ex دمية القصر componeret. Qua in re eundem ordinem atque al-Bâkherzî secutus est, ut patet ex collato Indice hujus operis quem Hammer dedit (*W. Jahrb.*, 88, *Anz.-Bl.*, p. 1—7) et Flügel in Catal. Codd. Vindob. I, 339 seq. cum nostro Codice [2]).

Quodsi nos, ipsum دمية القصر non possidentes, ex hac epitome aliquam fortasse utilitatem capere possemus, ideo tamen noster Codex pauci est auxilii, quia in magna operis parte *omnia poëtarum nomina* desiderantur. Haec nempe minio addere librarius neglexit.

Codex in India vel in Persia, ut ex chartae specie et litterarum ductibus patet, scriptus est. Aliud hujus epitomes exemplum mihi non innotuit; *ipsius* vero دمية القصر tria exempla exstant in Bibl. Caes. Vind. (366—368) et praeterea illud opus possidet Bibl. Goth. (Pertsch 2128), Bibl. Mus. Asiat. Petrop. (Rosen 246); Mus. Brit. (573, 1126), Berol. (Ahlw. 7409); Bibl. Paris. (Cat. 3313) et Bibl. Fatihie Constant (4358).

MLVI. (Cod. 306 Warn.)

«قلائد العقيان، ومحاسن الأعيان» auctore Ibn-Khâqân (+ 529).

Hic Codex, fuse descriptus a Weijers (*Orient.* I, p. 463 seqq.), est ille qui A. nominatur in nonnullorum capitum editione, diversis temporibus a Weijersio, ab Hoogvlieto et a Dozyo facta. Indicem capitum dedit Weijers l. l. p. 413—431.

MLVII. (Cod. 35 Gol.)

Alterum ejusdem operis exemplar, quod B. vocare solemus. Fuse descriptum est a Cl. Weijers cum in Specimine, tum in primo vo-

---

1) In Praefatione (fol. 3 r. et 4 r.) sermo est de khalifa al-Qâjim-billâh, cui liber dedicatus est; sed *haec* praefationis pars ex ipso دمية القصر desumta est.

2) Primum caput agit في محاسن شعراء البدو والحجاز; „der Wüste und Hidschret" exstat apud Hammerum, sed hoc sine dubio est typothetae error.

lumine operis c. t. *Orientalia.* De reliquis Codd. (cf. Mon. 506—7; Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 247; Mus. Brit. 366 (1), 539 (2), Suppl. 664; Vind. 1160; Berol. (Ahlw.) 7410—11) expositum est cum ab eodem, tum a Dozyo in opere c. t. *Script. Arabum loci de Abbadidis.* Editus est liber Parisiis anno 1277 et Qâhirae anno 1284.

MLVIII. (Cod. 639 Warn.)

Volumen nonum (paenultimum) operis أَخْبَار المُلُوك ، ونُزْهَة المالك والمَمْلُوك " في طَبَقات الشُّعَرَاء المُتَقَدِّمين من الجاهليّة والمُخَضْرَمين والاسْلاميّين والمُحْدَثين وذِكْر مُخْتَصَر من أَخْبارهم ومُخْتار أَشْعارهم ومَن تَلاهم من الشُّعَراء الى هذا الزّمان والأوان auctore al-Melik al-mançur Abu-'l-Ma'âlî Mohammed ibn-Omar ibn-Schâhânschâh ibn-Ajjub, principe Hamâtae (+ 617). De hoc libro cf. Weijers cum in opere c. t. *Loci Ibn Khacanis de Ibn Zeidouno*, p. 13—15, tum in *Orient.* I, p. 490—499.

Codex ex ipso autographo, eodem anno (602) quo opus compositum fuit, descriptus est.

18. VITAE MATHEMATICORUM, ASTRONOMORUM, PHILOSOPHORUM ET MEDICORUM.

MLIX. (Cod. 159 (1) Gol.)

Titulus: المنتخبات الملتقطات من كتاب تاريخ الحكماء تاليف الوزير جمال الدين ابن القفطى وزير السلطان بحلب وهو فى الاحياء الى سنة ست واربعين وستمائة.

Est Excerptum e libro تاريخ الحُكَماء [1]), scripto a Wazîro al-Qiftî (+ 646). Factum est hoc Excerptum, teste annotatione in

1) Secundum A. Müller (*Ueber das Târîch el-hukamâ* in Actes du 8me Congrès des Orient. Sect. Sém.) operis al-Qîftîi verus titulus fuit كتاب اخبار العلماء ، بأخبار الحكما".

fine adscripta, fol. 228 v., a الخطيبى (sic) محمد بن على محمد, الزوزنى (l. الخطيبى) anno 647; ergo jam primo post auctoris mortem anno. — *Hujus* Excerpti ab Hâdjî-Khalîfa mentio non facta esse videtur. De vita auctoris ejusque opere cf. imprimis Flügel in Abu-'l-fedâi *Historia anteislamica*, ed. Fleischer, p. 233—235, qui vitam al-Qiftîi, ab aç-Çafadîo conscriptam, ibi edidit et vertit.

Initium nostri libri idem est atque ipsius al-Qiftîi operis, nempe الحمد لله خالق الكل وعالم ما قل وجل; in nostro quoque Compendio virorum nomina ordine alphabetico disposita sunt; fol. 206 r. sequitur caput الكنى فى اسماء الحكماء, et fol. 224 v. الأبناء فى اسماء الحكماء. Opus explicit fol. 228 v. Fol. 229 r. incipit historia cujus initium sic in Codice audit: الشيخ (adde أن) القفطى الحكيم حكى الرئيس ابا على الحسين بن عبد الله بن سينا كان ياتى مجلس الامير علاء الدولة وعليه قباء وذارى وعمامة الخ, et fol. 229 v. (in fine) exstat vita auctoris: (sic) ذكر الوزير جمال الدين بن قنطى مصنف كتاب تاريخ الحكماء على ما شرحه اخوه وكتبه من حلب سنة ثمان واربعين. Natus est anno 568 in urbe Aegypti Qift, unde nomen habet; cf. etiam Jaqut, IV, ١٥٢.

Liber, probabiliter quidem scriptus sed mendis scatens, folia continet 231 octuplicata.

Exempla ejusdem Excerpti servantur in Bibl. Caes. Vind. (Flügel 1161—62); Berol. (Ahlw. 10053—54); Mon. (440); Mus. Brit. (1503); Paris (2112); Argent. (20); Escur. (1773) et Constantinopoli in Bibl. Köprülü (1033), Raghib-Pascha (988).

MLX. (Cod. 204 (1) Gol.)

Quaedam excerpta ex libro de quo dixi, nempe *Tarîkh al-hokamâ*, auctore al-Qiftî.

Praemissa sunt nonnulla quae possessores suum in usum annotarunt; prima vero opusculi verba (fol. 4 v.) sic audiunt: بسم الله الرحمن الرحيم وبه العون كتب ارسطوطاليس وتفسيره تامّ الفضيلة وله

فى جميع العلوم الفلسفيّة كتب شريفة كلّيّة وجزئيّة فالجزئيّة رسائله التى يتعلّم منها معنى واحد فقط والكلّيّة سبعون كتابا التى وضعها لاوفارس وفى تذاكير الخ, quibuscum cf. Codicem 159, fol. 17 r. in f., et Casiri I, p. 304 seqq. Enumerationem scriptorum Aristotelis excipit fol. 12 r. كتب اقليدس المهندس النجار الصورى, quibuscum cf. al-Qiftî fol. 35 r.; sequuntur deinde permultorum librorum a Graecis et Arabibus scriptorum tituli, quos epitomator ex al-Qiftîo verbotenus descripsit, ut ex collato al-Qiftîi Codice luculenter apparet. Subscriptio sic audit: هذه كتب ما وجدت اساميهم فى تاريخ الحكماء من مولّفى المتوسّطات واقليدس والمجسطى ولكن بقى من لم يوجد اسمه فيه; ex quibus verbis non sine magna veri specie efficere posse mihi videor, *ipsum* al-Qiftîum librorum Catalogum, de quo dixi, ex suo *Tarîkh al-hokamâ* excerpsisse.

Libellus, charactere nestalîq exaratus, textum offert longe meliorem quam noster Codex libri *Tarîkh al-hokamâ*. Paginas continet 32 (fol. 4 v. — 20 r.) formae quadrat. min., et anni nota caret. Accedunt اسماء الحكماء الطبيعيين (sic). Est nuda nominum enumeratio (fol. 20 v.).

MLXI. (Cod. 133 (4) Gol.)

Titulus: هذا تعليق من كتاب منتخب صوان الحكمة.

Liber صوان الحكمة Hâdji-Khalîfae ignotus erat [1]). In nostro Codice (v. p. 63) haec leguntur: هذا اخر ما وعدنا من الاختصار من كتاب صوان الحكمة، من كتاب تتمّة صوان (vocalis in Cod. add.) الحكمة من تاليف الامام ظهير الدين ابى الحسن بن ابى القسم البيهقى قدس الله روحه قال بعد الخطبة والصدر ها انا ذا ناسخ فى تصنيفى

---

1) „Cod. Bodl. Uri n. 484 false a possessore quodam inscribitur: صوان الحكمة. Est opus philosophicum de anima quod abrupte incipit et desinit." Hoc adnotavit Houtsma qui Codicem Oxoniensem inspexisse videtur. Adscribitur autem in catalogo I, p. 121 al-Baihaqîo Tzahîr-ad-dîn, qui, ut infra videre licet, appendicem ad صوان الحكمة scripsit.

هذا على منوال مصنف كتاب صوان الحكمة وهو ابو سليمان محمد ابن طاهر بن بهرام السِّجْزى وذاكرٌ من تواريخ الحكماء وفوائدهم ما قرب غروب نجومه فى مغارب النسيان والله المستعان. Ex quibus verbis jam haec patent: Liber *Çiwân al-hikmati* compositus est ab *Abu-Solaimân* Mohammed ibn-Tâhir ibn-Bahrâm as-Sidjzî, vel, quae alia nominis relativi est forma, *as-Sidjistânî*. — Erat hic philosophus et medicus qui quarto Hidjrae saeculo florebat [1]. — Appendicem ad hunc librum scripsit Imâmus Tzahîr-ad-dîn Abu-'l-Hasan ibn-abi-'l-Qâsim al-Baihaqî, de quo viro nihil memoriae proditum reperi.

Noster igitur Codex primo loco *Excerptum ex Compendio libri Çiwân al-hikmati* continet, factum ab Abu-Ishâq Ibrâhîm at-Tibrîzî, qui vulgo al-Gadhanfar (الغضنفر) vocatur [2] (vide Codicis p. 70). Exponitur de philosophiae primordiis [3], de antiquis philosophis eorumque placitis; (p. 68) de Abu-Solaimân as-Sidjistânî, (p. 69) Abu-'l-Fadhl ibn-al-ʿAmîd al-Qommî [4], Abu-Tammâm an-Naisâburî, Abu-Ishâq aç-Çâbî, غلام زحل وابن بيليس (غلام زحل est Abu-'l-Qâsim Abdallah ibn-al-Hasan (+ 386), auctor libri الجامع الاكبر, ut discimus ex annotatione al-Gadhanfari, quae, dimidiam implens paginam, incipit a verbis قال الناقل وهو الغضنفر et desinit اخر قول مولانا غضنفر (sic) التبريزى رحمه الله), (p. 71) Abu-Alî Ahmed ibn-Mohammed ibn-Miskawaih, (p. 72) Abu-'l-Khair al-Hosain ibn-Sowâr, Abu-Solaimân al-Maqdisî (s. al-Moqaddasî) له الرسائل الاحدى والخمسون المسماة رسائل اخوان الصفاء (cf. H.-Kh. III, p. 460). In pag. 73 desinunt Excerpta ex Compendio libri *Çiwân al-hikmati*. — Notandum est, in eo de ipso libri auctore peculiari agi paragrapho.

1) V. Wüstenfeld, *Geschichte der Arabischen Aerzte*, p. 58, n. 114. In ipso de quo agimus Codice (p. 68 vs. 4 a. f. et 69) exstat paragraphus de hoc viro. Ibn abî Oçaibia plus semel citat ejus تعاليق (cf. I, ٣٢٢ ubi plene تعاليق حكمية).

2) Quod ad hunc virum attinet cf. infra p. 139 Codicem qui ejus Appendicem ad al-Berunîi Catalogum continet.

3) Post titulum, quem jam descripsi, prima verba sunt: قيل ان للفلسفة مبدا اخر غير المبدا المنسوب الى ثالس الملطى الخ.

4) Erat aequalis Abu-Alîi Ahmed ibn-Miskawaih, de quo, anno 421 mortuo, v. Wüstenfeld, l. l. p. 64, et nostrum Codicem p. 71.

Secundo loco (p. 73 med.) sequuntur excerpta ex Appendice (تتمة) ad librum *Çiwân al-hikmati*, quae de viris exponunt his: Honain ibn-Ishâq, Tzâbit ibn-Qorra, Mohammed ibn-Zakarîyâ ar-Râzî, Abu-'l-Hasan al-Bistâmî, Abu-'l-Khair al-Hosain ibn-Bâbâ ibn-Sowâr ibn-Bahnâm al-Bagdâdî (de quo in priori operis parte etiam agitur), Jahjâ ibn-abî-Mançur, Mohammed ibn-Djâbir ibn-Sinân ibn-Thâbit ibn-Qorra, (p. 74) al-mo'allim at-tzânî Abu-Naçr al-Fârâbî, Abu-Hâmid Ahmed ibn-Ishâq al-Isfazârî, Abu-'l-Wafâ al-Buzadjânî, Abu-Alî ibn-al-Haitzam, Abu-Sahl al-Kuhî (الكوهي), Abu-Mohammed al-'Adlî (العدلي) al-Qâjanî, Ibn-A'lam (اعلم) as-Scharîf, Kuschijâr al-Djîlî, Mohammed ibn-Aijub at-Tabarî, Abu-'ç-Çaqr Abd-al-Azîz القبيصي, (p. 75) Abu-'l-Faradj Alî ibn-al-Hosain ibn-Hind, Abu-Sahl al-Masîhî, Jahjâ ibn-ᶜAdî, Bahman-Jâr ibn-al-Merzabân (+ 458), Abu-Mançur al-Hosain ibn-زيلة al-Içfahânî (+ 445), Abu-Obaid al-Djuzadjânî, Abu-Abdallah al-Maᶜçumî (المعصومي), Abu-'l-Hasan al-Anbârî, Ismâᶜîl al-Harawî, Abu-Sahl an-Nîlî, Ibrâhîm ibn-ᶜAdî, Abu-'l-Hasan Alî ibn-Ahmed نشوي, Abu-'l-Qâsim Abd-ar-Rahmân ibn-abî-Çâdiq, al-Ostâdz al-mokhtaçç النسوي, ᶜAdhad-ad-dîn 'Alâ-ad-daula Ferâmorz ibn-Alî, (p. 76) Imâmus ᶜOmar al Khaijâmi, Abu-'l-Maᶜâlî Abdallah ibn-Mohammed al-Majânadjî, Abu-Hâtim al-Motzaffar al-Isfazârî, Abu-'l-Abbâs al-Lukarî, al-qâdhî Abd-ar-Razzâq الصعناقي (sic), Scharaf-az-zamân al-Ilâqî, Zain-ad-dîn Omar ibn-Sahlân, (p. 77) Abu-Saᶜd at-Tibrîzî, Abu-'l-Haitzam al-Buzadjânî, Abu-'l-Hasan al-Abrîsamî, Abu-Modhar Mahmud ibn-Djarîr ad-Dhabbî al-Isfahânî (+ 508), Mohammed ibn-Abd-al-Karîm as-Schahrastânî (+ 548), Abu-'l-Barakât ibn-Malkâ (+ 547; cf. Ibn abî Os. I, ٢٧٨), Bahâ-ad-dîn الخرقي, Ain-az-zamân al-Hasan al-Qattân al-Marwazî, Abd-ar-Rahmân al-Khâzin, Zain-ad-dîn Ismâᶜîl ibn-al-Hasan al-Djordjânî (+ 531).

Tertio denique loco sequuntur excerpta ex *Risâlâ* quae addita est Appendici operis *Çiwân al-hikmati*. Brevi enim expositioni de vita Zain-ad-dîni al-Djordjânî adjecta sunt verba وبذكره تم الكتاب. Tum in Codice haec sequuntur verba, quae tamen non ab al-Gadhanfaro, sed ab ignoto illo epitomatore libri *Çiwân al-hikmati* profecta esse arbitror: من الرسالة الملحقة بكتاب تتمة صوان الحكمة

التى وعددتها فى اول الجزء المختصر من كتاب صوان الحكمة واوردت فيها بعض فوائد الحكماء واشعارهم ليكون الكتاب اجمل وابتدات بذكر المعلم الثانى ابى نصر الفارابى قدس الله روحه. Quae verba non ab al-Gadhanfaro esse profecta, vel inde patet, quod de Abu-Naçr al-Fârâbî hic prorsus tacet, et statim ad Abu-Alî ibn-Sînâ transit. In Excerptis itaque ex hac epistola nonnulli quidem versus, ex virorum, quos jam recensuimus, poësi desumti, offeruntur (ut Omaris al-Khaijâmî p. 78), attamen non raro nudum exstat nomen nullo versu adjecto.

«خلاصة الاقوال، في معرفة الرجال» auctore, ut ipse testatur f. 22 v., al-Hasan ibn-Jusof ibn-Alî ibn-Motahhar Abu-Mançur al-Hillî (+ 726), qui ut ibidem tradit hunc librum anno 693 conscripsit. Est compendium biographicum de traditionariis fide dignis secundum Schî^citas. Auctor qui apud Schî^citas magna auctoritate fruitur (cf. Sprengeri Praefatio ad Tusy's List of Shy^cah Books, p. 3), divisit opus in duas partes, priorem فيمن اعتمد على روايته او ترجح عندى قبول قوله, alteram فيمن تركت روايته او توقفت فيه utramque alphabetice ordinatam, et epilogum (خاتمة). Qui plura de iis scire velit ab auctore relegatur ad opus sum majus c. t. «كشف المقال، في معرفة الرجال». In catalogo operum f. 22 seq. hoc non memoratum invenio, nec alicubi superesse videtur. Compendium vero nostrum etiam servatur in Bibl. Paris. 1108 (2), (Catal. p. 217) et Berol. (Ahlw. 9926—27.) Aliud ejusdem auctoris opus c. t. ايضاح الاشتباه في اسماء الرواة secundum redactionem ^cAlam-al-hodâi ad calcem operis Tusîi editum est in Bibl. Indica 1854.

Codex optimae notae anno 883 exaratus 131 continet folia.

MXCIV. (Cod. 2320 (1) fol. 1—72 = Amîn 602).

Djamâl-ad-dîn Abu'l-Haddjâdj Jusof al-Mizzî (+ 742), auctor corporis traditionum, quod infra describetur, emendavit et multis auxit librum «الكمال، في معرفة الرجال», sub titulo تهذيب الكمال.

Secundum H. Khal. V, 240 non absolvit, sed ad finem produxit Alâ-ad-dîn Moghultâj. In compendium deinde contraxit notissimus Schams-ad-dîn ad-Dzahabî (+ 748). Hujus Compendii c. t. التذهيب في مختصر تهذيب الكمال s. brevius تذهيب التهذيب, hic habemus partes tertiam et quartam, quarum illa initium facit a عبيد الله بن عبد الكريم بن يزيد بن فروخ المخزومى, quarta pergit ad finem operis.

Codex formae maximae minutissimis characteribus perspicue exaratus est anno 1113 Damasci in schola et in usum professoris Mohammed-Murâd.

Al. ex. hujus Compendii: Gotha 1757; cf. Mus. Brit. 4642, Suppl. 628; Berol. (Ahlw.) 5182—83; Bibl. Khed. (Cat. I p. 121).

MXCV. (Cod. 1726 = Amîn 228.)

«الإِصَابَة فِي تَمْيِيز[1] الصَّحَابَة» auctore Schihâb-ad-dîn Abu-'l-Fadhl Ahmed-ibn-Alî al-Kinânî al-ᶜAsqalânî, vulgo *Ibn-Ḥadjar* (+ 852) dicto. De libro cf. H. Kh. I, 323 et editionem Sprengeri, ex cujus libri praefatione patet codd. esse rarissimos; Cod. noster integrum opus continet.

Codex a duabus personis nitide et perspicue descriptus est ex autographo auctoris, si nempe hoc concludere licet e subscriptione وهذا آخر كتاب النساء من الاصابة وهو آخر ما وجد بخط العلامة شيخ الاسلام حافظ العصر مصنف الكتاب الخ. Multa hinc in editione Indica corrigi possunt. Anni notâ caret. Duo prima folia manu recentiore sunt suppleta. Ligatura libri pulcherrima est. Involucrum e serico viridi volumen tegit.

MXCVI. (Cod. 1815 = Amîn 84.)

Fragmentum, quod versatur in explicandis cognominibus quae voce ابن (بنو) incipiunt celebriorum Arabum sed hisce paucis foliis (25 pagg.) ea tantum tractantur quae incipiunt a littera ك usque ad litt. و. Nomen auctoris latet, sed recens est, nam, ut hoc tantum memorem, inter fontes laudatur Ibn Hadjari (+ 852) epitome لسان الميزان (H. Khal. VI, 284).

Apographon al-Labbudii (vide supra ad n. MLXXXVII).

MXCVII. (Cod. 698 Warn.)

«تَبْيِين كَذِب المُفْتَرِي، فيما نُسِبَ الى الامَام أَبِى الحَسَن الأَشْعَرِى» auctore Thiqat-ad-dîn Abu-'l-Qâsim Alî ibn-al-Hasan ibn-Hibat-Allah, vulgo *Ibn-ᶜAsâkir* dicto (+ 571).

Post praefationem (cujus prima pagina in nostro Codice, sine alius Codicis ope, in nonnullis locis non amplius legi potest, quia universus Codex, at imprimis ejus initium, aqua valde laesus est)

---

1) Pro تمييز in titulo est اسماء.

incipit fol. 7 r. caput: (nempe الاشعرى) باب ذكر تسمية ابى الحسن I
رحمة الله عليه ونسبه والامر الذى فارق عقد اهل الاعتزال بسببه ✿

Reliquorum capitum inscriptiones sunt:

II (14 v.) باب ما روى عن النبى صلّعم من بشارته بقدوم ابى
موسى واهل اليمن واشارته الى ما يظهر من علم ابى الحسن ✿

III (22 r.) باب ذكر ما رزق ابو الحسن رحمه الله من شرف
الاصل وما ورد من تنبيه ذوى الفهم على كبر محلّه فى الفضل ✿

IV (66 r.) باب ذكر ما اشتهر به ابو الحسن رحمه الله من
العلم وظهر منه من وفور المعرفة به والفهم ✿

In hoc capite (fol. 68 v. seqq.) invenitur index librorum, quos al-Asch^carî scripsit.

V (77 v.) باب ذكر ما عرف من ابى الحسن رحمه الله من
الاجتهاد فى العبادة ونقل عنه من التقلّل من الدنيا والزّهادة ✿

VI (78 v.) باب ذكر ما يسّر لابى الحسن رحمه الله من النعمة
من كونه من خير قرون هذه الامّة ✿

VII (82 v.) باب ما وصف من مجانبته لاهل البدع وجهاده
وذكر ما عرف من نصيحته للامّة وصحّة اعتقاده ✿

VIII (94 r.) باب ذكر بعض ما روى من المنامات التى تدلّ
على ان ابا الحسن من مستحقّى الامامات ✿

IX (95 v.) باب ذكر بعض ما مدح به ابو الحسن من الاشعار
على وجه الايجاز فى ايرادها والاختصار ✿

Post haec novem capita, quae de ipso al-Asch^carî agunt, sequitur aliud in quo de ejus asseclis fuse agitur, nempe:

X (101 r.) باب ذكر جماعة من اعيان مشاهير اصحابه اذ كان
فضل المقتدى يدلّ على فضل المقتدى به ✿

Hos in quinque classes divisit Ibn-ʿAsâqir, quarum prima eos complectitur, الذين اخذوا عنه ومَنْ ادركه ممن قال بقوله او تعلّم منه, secunda (121 v.) اصحاب اصحابه, tertia (149 v.) من لقى اصحابَ اصحابه المستبصرة بتبصيره وايضاحه فى الاقتداء, quarta (163 r.) واخذ العلم عنهم التى ادركتْ بعضها والمتابعة, et quinta (178 r. — 202 r.) بالمعاصرة وبعضها بالرؤية والمجالسة. Sequuntur denique variae quaestiones et responsa caet.

Codex noster, 268 foliis quadruplicatis minoribus constans, anni nota caret, sed eum valde esse antiquum, patet cum ex externo ejus habitu, tum ex annotatione Alîi ibn-Qartâs, in libri fine obvia, qua testatur, se librum anno 659 legisse.

Alia exempla: Bodl. (Uri) 181, quod longe recentius est quam nostrum; Escur. n. 1796, quod, si Casirio fides, undecimo anno post auctoris mortem exaratum est; Argentor. cf. Z. d. D. M. G. 1886, p. 314; Lips. (Ref.) 149. De epitome jam videndum est.

MXCVIII. (Cod. 322 (2) Warn.)

الشاش [1]) المُعْلَم، شاووش [2]) كتاب المرْهَم „المُعْلِم بشرف المفاخر العليّة، فى مناقب الايمّة الاشعريّة“ auctore ʿAfîf-ad-dîn Abu-'s-Sijâda [3]) Abdallah ibn-Asʿad al-Jâfiʿî, qui anno 768 vel 770 diem supremum obiit.

In praefatione auctor ait sibi placuisse, libro quem scripsisset المرهم [4]) فى الاصول الدينية adjungere breviorem, qui illius esset quasi praecursor (ait: ان اضمّ اليه كتابا مختصرا قبله كالشاووش) et de

1) De voce شاش v. Dozyi *Dictionnaire détaillé des noms des vêtements chez les Arabes*, p. 235.

2) De voce شاووش, quae variis modis scribitur, v. Quatremère, *Histoire des sultans mamlouks*, tom. I, part 1, p. 136.

3) السساده. Vox cum in titulo, tum in praefatione et subscriptione, punctis diacriticis caret.

4) Vide Hâdjî-Khalîfam in v. مرهم العلل المعطلة.

Asch^caritis ageret; qua in re ducem se secutum esse Abu-'l-Qâsimum ibn-^cAsâqir. Haec ille.

Est revera hic liber epitome illius de quo jam dixi; ordo capitum idem est eorumque inscriptiones fere eaedem; sed al-Jâfi^cî saepe ex uno Ibn-^cAsâqiri capite plura fecit. Quae apud Ibn-^cAsâqirum post enumerationem Asch^caritarum sequuntur, hîc omissa sunt, eorumque loco al-Jâfi^cî notitiam dedit de centum viris illustribus qui ad Asch^caritas pertinent et ab Ibn-^cAsâqiro non commemorati fuerant; qua in re ordinem chronologicum secutus est, et de compluribus viris retulit qui post Ibn-^cAsâqiri mortem floruerunt. Primus quem commemorat est al-Qâdhî ^cIjâdh (عياض), judex Granatensis, qui anno 544 diem supremum obiit; ultimus Alî ibn-Mohammed ibn-Khattâb ibn-Abd-ar-Rahmân al-Bâdjî, qui anno 714 obiit.

Codex, qui 61 foliis formae maximae (inde a Codicis fol. 173) constat, incomte exaratus est anno 845. Folia nonnulla sunt chartae albae, alia vero chartae flavae debilissimae, quae nunc non sine difficultate legi possunt.

Hâdjî-Khalîfah hoc compendium in voce الشافى non commemorat quidem, sed illud ei haud incognitum fuisse, patet ex iis quae ait ubi de Ibn-^cAsâqiri opere loquitur (II, p. 187). Nostrum exemplum in Europa unicum videtur.

MXCIX. (Cod. 1987 = Amîn 264.)

دُرَّةُ الأَسْرار، وتُحْفَةُ الأَبْرار» فى مَناقِبِ القُطْب الغَوْث الفَرْد الجامع ابى الحَسَنِ الشَّاذِلىّ, auctore Abu'l-Qâsim Mohammed aç-Çabbâgh, vel ut in exordio libri dicitur, Mohammed ibn-abi'l-Qâsim al-Himjarî, qui nomine Ibn-aç-Çabbâgh inclaruit. H. Khal. nomen auctoris non memorat, sed eum scripsisse initio saeculi octavi patet e. g. hinc quod plus semel dicit se anno 715 Alexandriae a judice supremo ^cImâd-ad-dîn de viro sancto unum et alterum didicisse et quod annum mortis discipuli Schâdzilîi 718 memorat. In praefatione nobiscum communicat ubi et a quibus notitias suas de Schâdzilîo

collegerit. Divisit opus in quinque sectiones (فصل) quarum 1ª في نسبه ومنشاه واخذه عن شيخه ورحلته من المغرب الى افريقية ثم فى مكاتباته لاصحابه, 2ª الى بلاد المشرق ونيله بها الخلافة والقطابة فى مرائه وكلامه, 3ª واذكاره وتوجيهاته ودعواته فى, 4ª فى وفاته واستخلافه سيدى ابى, 5ª النصوف والحقيقة والوصايا لاصحابه العباس المرسى من بعده واذكر عنه حكايات طريفة. E prima sectione corrigi potest genealogia data in Zeits. D. M. G. VII, 15 ann. 1 ubi pro نظار بن احمد noster habet ورد بن بطال بن ادريس بن محمد et locus natalis ibid. ubi legatur فبغمارة i. e. Ghomerae (non »in einer Höhle"). In ultima sectione nomen loci ubi Schâdzilî anno 656 diem obiit et sepultus fuit, perspicue scribitur حميثرة et additur وبهذا الموضع بئر عذب فى وادى على طريق الصعيد, cf. Z. D. M. G. p. 19 ann. 4. Olim in textu forte fuit ببرية عيذاب sed correctum est et nota marg. ظ erasa est.

Codex satis bene exaratus anni nota nunc caret, quia ultimum folium manus recentior supplevit. Sunt 201 folia.

Alia exempla sunt in Bibl. Escur. 1804 (Casiri) et Bibl. public. Matrit. (Cat. n. 186).

MC. (Cod. 73 *a* et *b* Gol.)

طبقات الشافعية auctore Tâdj-ad-dîn Abd-al-Wahhâb *ibn-as-Sobkî* († 771).

Hâdjî-Khalîfah, in voce طبقات الشافعية (IV, p. 139 seqq.), tradit, Ibn-as-Sobkîum tres hujus operis redactiones edidisse, magnam scilicet, mediam et parvam. Quamnam ex his nostri Codices offerant, certo Dozy declarare non potuit quum, primum volumen inspicere non posset; hoc vero diu amissum feliciter anno 1888 recuperavimus, ita ut nunc constet quod jam suspicatus est Dozy nos possidere redactionem magnam. Recte igitur nescio quis in fronte Codicis annotavit المجلد الاولى (sic) من طبقات العلماء وفى

النسخة الكبرى التى الفقها الامام الهمام عبد الوهّاب ابن السبكى كتبت من النسخة التى كتبها المؤلّف قوبلت بالاصل مرّة ونُظر فيها ثانيا وثالثا. Revera passim in margine collationis exstant vestigia quare, collata subscriptione in fine voluminis secundi obvia, nullus dubito quin revera exemplar nostrum ex auctoris autographo descriptum et cum archetypo accuratissime collatum sit.

Exordium libri ita sonat: الحمد لله نحمده ونستعينه ونستغفره ونستهديه ونومن به الخ deinde doxologia absoluta auctor prolixe disputat de vera Dei laudatione et invocatione necnon de fide et operibus secundum verba prophetae et placita theologorum. Occupant haec priora folia usque ad paginam 66tam, ubi praemissis verbis اما بعد as-Sobkî narrat sibi jam priusquam ad virilem aetatem pervenisset summopere placuisse rerum gestarum memoriam. Quamobrem juvenili aetate omnia congessit quae ante ipsum alii scripto mandaverant de doctoribus Schâfiᶜîtarum et in septem Classes (طبقات), saeculi quo quisque mortuus est ratione habita, opus suum divisit. Plura deinde de libri ratione monet donec p. 70 recenset libros eorum qui antea eandem materiam tractaverunt. Primus omnium Abu-Hafç Omar ibn-Ali al-Motawwaᶜî (المطوعى) librum composuit c. t. المُذهب فى ذكر شيوخ المذهب, inspicere autem illud ipsi non licuit, tantum compendium ejus auctore Abu-Amr ibn-aç-Çalâh. Alii libri quos recenset sunt: Vita as-Schâfiᶜîi (مولد الشافعى) auctore al-Qâdhî Abu-t-Tajjib at-Tabarî; breves annotationes biographicae auctore Abu-ᶜÂçim al-ʿIbâdî, liber Abu-Ishâqi as-Schîrâzî; طبقات auctore Abu-Mohammed Abdallah ibn-Jusof al-Djordjânî; تاريخ الفقهاء auctore al-Qâdhî Abu-Mohammed Abd-al-Wahhâb ibn-Mohammed as-Schîrâzî; سابل الاعلى فى فضائل اصحاب الشافعى auctore Abu-'l-Hasan ibn-abi-'l-Qâsim al-Baihaqî noto nomine Fondoq (فندق); مجموع auctore Abu-'n-Nadjîb as-Sohrawardî. Deinde Ibn-aç-Çalâh scripsit librum suum quem in epitome contraxit Abu-Zakarîjâ an-Nawawî et secundis curis auxit Abu-'l-Haddjâdj Jusof ibn-az-Zakî Abd-ar-Rahmân ibn-Jusof al-Mizzî. Post hos ᶜImâd-ad-dîn ibn-Nâtîsch (ناطيش) librum suum composuit.

Mox deinde (p. 75) auctor pergit ad describenda carmina quae dixerunt poetae antiqui coram Mohammede propheta inter quae occurrit carmen notissimum بانت سعاد dictum, deinde (p. 83) de prophetae aequalibus eorumque judicio de poesi sermo est, donec (p. 99 seqq.) versus describuntur quos dixisse fertur Abu-Abdallah Mohammed ibn-Idrîs *as-Schâfi*ᶜ*î*. Haec omnia *prolegomena* dicenda sunt, inter quae notare placet notitiam de Tataris (p. 114 seqq.) et de bello Djengizkhâni cum ᶜAlâ-ad-dîn Khowârizmschâh (p. 117 et seqq.) nam p. 122 demum incipit *prima classis* eorum qui Schâfiᶜîum viderunt et audiverunt. Primum exponitur de iis quibus nomen est Ahmed, tum de iis quorum nomen est Mohammed, caeteri ex ordine litterarum alphabeti enumerantur; agmen claudunt ii quorum nomina propria ignorantur, *konja* tantum noti sunt. Idem ordo per omnes classes observatur. Inter plura quae in hac prima classe narrantur est copiosa expositio eorum quae regnante al-Ma'mun de quaestione utrum Qorân creatus sit necnec orta sunt (p. 136 et seqq.).

Secunda classis eorum qui saeculo tertio vixerunt incipit p. 199 infra et pergit ad pag. 253. Lacuna exstat post paginam 218 ubi unum folium periit.

Tertia classis eorum qui saeculo quarto vixerunt a p. 253 usque ad p. 403 procedit. Hic imprimis observatione dignissima sunt quae habet auctor de Abu-Musâ al-Aschᶜarî (p. 355), de disputatione hujus cum Abu-Alî al-Djobbâᶜî (p. 358) de tumultu theologico in urbe Naisabur regnante Togrulbeg Seldjuqidarum primo (p. 363) et de iis quae hoc tempore dixit et egit Abu-'l-Qâsim al-Qoschairî v. g. de epistola ejus universali c. t. شكاية اهل السنة بحكاية ما نالهم من المحنة (p. 373—381). P. 381 agitur de tractatu زجر المفترى على ابى الحسن الاشعرى auctore Dhijâ-ad-dîn Abu-'l-Abbâs Ahmed ibn-Mohammed al-Qortobî.

Quarta classis quae incipit p. 403 hoc volumine minime absolvitur nam ultimus cujus nomen legitur p. 455 est Abu-Ishâq as-Schîrâzi, sed ab ipsa hac vita initium facit volumen secundum jam a Dozyo fuse descriptum hisce verbis:

Ex nostro Codice primum folium olim excidit, quum thesauris nostris jam erat adjunctus: manu enim antiquioris cujusdam viri

docti, Golii fortasse, ea pagina quae nunc prima est, tamquam secunda signata est. Initium versatur in vita Abu-Ishâqi as-Schîrâzî exponenda; deinde a p. 15 de his agitur viris: ابرهيم بن محمد ابو اسحق الاسفرائنى ابرهيم بن محمد ابو اسحق الطوسى ابرهيم بن محمد ابو اسحق المطهرى السروى ابرهيم بن المظفر الشهرستانى ابو اسحق اسحق بن ابرهيم ابو يعقوب القراب اسمعيل بن احمد ابو عبد الرحمن الضرير الحيرى النيسابورى اسمعيل بن احمد النوكانى اسمعيل بن ابرهيم ابو محمد الفقيه المقرى السرخسى الهروى ❀

Post pag. 17 est lacuna, et 4 paginae excidisse videntur quum jam in nostra Bibl. erat Codex, nam pagina quae 17^am excipit, ab antiquiori illo viro docto n. 22 signata est; haec pag. 22 versatur in vita Ismâʿîlis ibn-Abd-ar-rahmân Abu-Othmân aç-Çâbunî exponenda. Deinde agit auctor inde a p. 26 de seqq.: اسمعيل بن عبد القاهر ابو سعد الاطروش اسمعيل بن على ابو سعد الاستراباذى اسمعيل بن الفضل ابو محمد الفضيلى اسمعيل بن مسعدة ابو القاسم من اهل جرجان باى بن جعفر ابو منصور بديل بن على بن بديل جعفر بن باى ابو مسلم الجبلى جعفر بن القاسم القاضى جعفر بن محمد ابو الخير المروزى حسان بن سعيد الرئيس ابو على المنيعى الحاجى (p. 28) الحسن بن الحسين ابو على الهمدانى الحسن بن الحسين ابو محمد الاستراباذى (p. 29) الحسن بن عبد الله (وقيل عبيد الله) ابو على البندنيجى الحسن بن عبد الرحمن النيهى (p. 30) الحسن بن على نظام الملك (p. 36) الحسن بن على الاستاذ ابو على الدقاق (p. 37) الحسن بن محمد ابو على الزجاجى الحسن بن محمد ابو على الساوى الحسين بن احمد ابو عبد الله بن البقال. Post p. 37 denuo

folium desideratur. P. 40 versatur in media vita Abû-Alîi ibn-al-Haddâd. P. 41 exstat nomen حسين بن عبد العزيز بن محمد, sed praeter nomen nihil de isto viro traditur, et spatium vacuum relictum est. Sequuntur deinde:

الحسين بن على ابن ماكولا الحسين بن محمد القاضى المروروذى
(p. 45) الحسين بن محمد ابو على البيهقى الحسين بن محمد
ابو القاسم الفارسى الحسين بن محمد ابو على الدلفى المقدسى
البغدادى الحسين بن محمد ابو عبد الله الحناطى (p. 47)
الحسين بن محمد الطبرى ابو عبد الله الكشفلى الحسين بن محمد
الرنى الحسين بن محمد ابو عبد الله القطان (p. 48) حمد بن
محمد ابو عبد الله الزبيرى حكيم بن محمد ابو محمد الدَّيْمُونى
رافع بن نصر ابو الحسن البغدادى روح بن محمد ابو زرعة
الرازى زهير بن الحسن ابو نصر السرخسى سالم بن عبد الله ابو
مَعْمر الهروى ويعرف بغُولجه (p. 49) السرى بن ابى بكر اسمعيل ابو
العلاء الجرجانى سرخاب بن يوسف ابو طاهر البريدى سعد بن
عبد الرحمن ابو محمد الاستراباذى سعد بن على ابو منصور
العجلى الاستراباذى سعد بن على ابو القاسم الزنجانى (p. 50)
سعد بن ابى سعد محمد ابو المحاسن الجُولكى سعيد بن عبد
العزيز ابو سهل النيلى سليم بن ايوب ابو الفتح الرازى (p. 51)
سهل بن احمد ابو الفتح الارغيانى سهل بن احمد ابو عبيد
الطوسى ثم الابيوردى سهل بن محمد ابو الطيب الصعلوكى
(p. 55) شعبان بن الحاج ابو الفضل من اهل شروان شهفور بن
طاهر ابو المظفر الاسفراينى طاهر بن احمد ابو الحسين المحمودى
القاينىّ طاهر بن عبد الله ابو الطيب الطبرى (p. 66) طاهر بن
عبد الله ابو الربيع الايلاقى طاهر بن محمد ابو عبد الله البغدادى

ظفر بن مظفر ابو الحسن الحلبى العباس بن محمد ابو محمد
العباسى يعرف بابن الرحا عبد الله بن احمد القفال الصغير المروزى
(p. 69) عبد الله بن ابرهيم ابو حكيم الخبرى (p. 70) عبد الله
بن جعفر الجبلى عبد الله بن طاهر ابو القاسم التميمى عبد الله
بن عبد الرحمن النيهى عبد الله بن العباس.... بن عبدوس عبد
الله بن عبدان ابو الفضل (p. 71) عبد الله بن عبد الكريم
ابو سعد القشيرى عبد الله بن على بن اسحق اخو الوزير نظام الملك
ابو القاسم عبد الله بن على ابو محمد السنى عبد الله بن على
ابو القاسم البحّاثى عبد الله بن محمد ابو القاسم الرازى
(p. 72) عبد الله بن محمد بن سالم عبد الله بن محمد ابو
محمد الاصفهانى المعروف بابن اللبان عبد الله بن يوسف الجوينى
الشيخ ابو محمد (p. 79) عبد الله بن يوسف القاضى ابو محمد
الجرجانى عبد الله بن ابى نصر ابو بكر الطرازى عبد الباقى بن
يوسف ابو تراب المراغى عبد الجبار بن احمد ابو الحسن الهمدانى
عبد الجبار بن احمد ابو القاسم الرازى (p. 80) عبد الجبار بن
على ابو القاسم الاسفراينى عبد الجليل بن عبد الجبار الماورزى
(? الماوردى .l) ابو المظفر عبد الرحمن بن احمد ابو طاهر البيساوى
(الساوى .l) عبد الرحمن بن احمد السرخسى النويزى ابو الفرج
البزاز (p. 81) عبد الرحمن بن احمد ابو احمد الشيرنخشيرى عبد
الرحمن بن الحسين الغُنْدجانى ابو احمد عبد الرحمن بن عبد الله ابو
بكر عبد الرحمن بن عبد الكريم بن هوازن ابو منصور القشيرى
عبد الرحمن بن مامون ابو سعد المتولى (p. 82) عبد الرحمن بن
محمد ابو زيد القاضى عبد الرحمن بن محمد ابو القاسم الفورانى
(p. 84) عبد الرحمن بن محمد ابو القاسم الخرقى عبد الرحمن بن

محمد ابو سعيد العارض عبد الرحمن بن محمد ابو القاسم القرشى النيسابورى السرّاج عبد الرحمن بن محمد النيسابورى ابو سعد المعروف بابن ابى سورة عبد الرحمن بن محمد ابو الحسن الداودى البوشنجى (p. 85) عبد السلام بن اسحق الحامدى الآفرانى عبد السلام بن محمد ابو يوسف القزوينى (p. 86) عبد السيد بن محمد ابو نصر بن الصباغ (p. 89) عبد الغفار بن عبيد الله التميمى ابو سعد شيخ همدان (p. 90) عبد الغنى بن نازل الالواحى ابو محمد عبد القاهر بن طاهر ابو منصور البغدادى. (p. 92) عبد القاهر بن عبد الرحمن ابو بكر الجرجانى النحوى (p. 93) عبد الكريم بن احمد الطبرى ابو عبد الله الشالوسى عبد الكريم بن احمد التيمى يعرف بالوزان عبد الكريم بن عبد الصمد ابو معشر الطبرى عبد الكريم بن هوازن النيسابورى الاستاذ ابو القاسم القشيرى (p. 97) عبد الكريم بن يونس ابو الفضل الأزجاهى عبد الملك بن ابرهيم ابو الفضل الهمدانى الفرضى المقدسى عبد الملك بن عبد الله ابو الحسين المصرى عبد الملك عبد الله الجوينى النيسابورى امام الحرمين ابو المعالى (p. 110) عبد الله بن محمد ابو سعد بن ابى عثمان الخركوشى (p. 111) عبد الواحد بن احمد الدسكرى ابو سعد عبد الواحد بن اسمعيل الفوسنجى عبد الواحد بن عبد الكريم الاستاذ ابو سعيد بن الاستاذ ابو (ابى .l) القاسم القشيرى (p. 112) عبد الواحد بن محمد ابو القاسم البجلى عبد الوهاب بن على ابو حنيفة الفارسى عبد الوهاب بن محمد ابو محمد الفرج الفامى الشيرازى عبد الوهاب بن محمد ابن رامين البغدادى ابو احمد عبد الوهاب بن منصور ابن المشترى الاهوازى عبيد الله بن احمد ابو القاسم الرقى

ابن الحرانى عبيد الله بن احمد ابو القاسم الازهرى عبيد الله بن سلامة ابو محمد الكَرْخى عبيد الله بن عمر المقرى ابن البقال عبيد الله بن محمد ابو احمد بن ابى مسلم الفرضى (p. 113) عزيزى بن عبد الملك ابو المعالى ويلقب شَيْذَلة على بن احمد ابو الحسن النعيمى (p. 114) على بن احمد الطبرى الرويانى على بن احمد ابو الحسن الاستراباذى على بن احمد الواحدى المفسر النيسابورى (p. 115) على بن احمد السهيلى ابو الحسن الاسفراينى على بن احمد النسوى ابو الحسن على بن الحسن ابو القاسم ابن المسلمة وزير القائم بامر الله (p. 117) على بن الحسن ابو الحسن الخلعى (p. 118) على بن الحسن الميانجى على بن الحسن ابو الحسن الباخرزى الاديب على بن سعيد ابو الحسن العبدرى (p. 119) على بن سعيد الاصطخرى ابو الحسن على بن سهل ابو الحسن المفسر من اهل نيسابور على بن عمر ابو الحسن ابن القزوينى (p. 121) على بن محمد المحاملى ابو القسم على بن محمد العراقى على بن محمد ابو الحسن الماوردى (p. 125) على بن محمد ابو حيان التوحيدى على بن محمد المصيصى ابو القاسم على بن محمد ابو الحسن الشيرازى (p. 126) على بن محمد ابو الحسن الطبرى الآملى على بن محمد ابو القاسم البيضاوى على بن محمد الجوينى ابو الحسن الطلحى الكوفى على بن محمد (وقيل على بن احمد) ابو الفتح البستى (p. 127) على بن المظفر العلوى الحسينى ابو القاسم الدبوسى (p. 128) على بن يوسف ابو الحسن عمّ امام الحرمين عمر بن ابرهيم الزهرى عمر بن احمد الحافظ ابو حازم العبدوى الاعرج عمر بن عبد العزيز الفاشانى المروزى ابو طاهر عمر بن عبد الملك

ابو القاسم الزاهد عمر بن على ابو حفص الزنجانى (p. 129) عمر بن محمد ابو المعالى المعويد بن القاضى البسطامى غانم بن عبد الواحد ابو سكر الاصفهانى الفضل بن احمد الزهرى البصرى الفضل بن محمد ابو بشر الجرجانى الفضل بن محمد ابو على الفارمدى فضل الله بن احمد ابو سعيد بن ابى الخير (p. 130) الفضيل بن يحيى ابو عاصم الفضيلى الهروى انقاسم بن جعفر القاضى ابو عمر الهاشمى المبارك بن محمد ابو الحسين بن السوادى الواسطى محمود بن الحسن ابو حاتم انقزوينى p. 132) محمود بن سبكتكين السلطان الكبير يمين الدولة (p. 133) محمود بن القاسم القاضى ابو عامر الازدى الهروى

Sequuntur hic quatuor viri quorum nuda nomina traduntur, nempe:

المرزبان تاج الملك مسدد بن محمد بن علكان مظفر بن عبد الملك ابو انقاسم بن امام الحرمين معمر بن احمد ابو منصور اللنبانى الاصفهانى

De sequentibus fusius agit auctor:

المفضل بن ابى سعد ابو معمر انجرجانى مكى بن عبد السلام ابو القاسم الرميلى الحافظ (p. 136) منصور بن عمر ابو القاسم الكرخى منصور بن محمد ابو المظفر بن الامام ابى منصور بن السمعانى (p. 139) مهدى بن على الاسفراينى ابو عبد الله (p. 140) ميمون بن سهل الواسطى

De Nâcir ibn-Ahmed Abu-Naçr at-Tusî et Nâcir ibn-Ismâ'îl praeter nomina nihil traditur. ناصر بن الحسين الشريف العمرى ابو انفتح القرشى المروزى نصر بن ابرهيم ابو الفتح المعروف قديما بابن ابى حائط والمشهور الآن بالشيخ نصر الزاهد (p. 141) نصر بن بشر

العراقى ابو القاسم نصر بن ناصر العمرى ابو المظفر هبة الله بن القاضى ابى عمر محمد البسطامى هياج بن عبيد الهيثم بن احمد ابو الفرج القرشى

De tribus ultimis praeter nomen nihil traditur. يحيى بن على العجلى ابو طالب يحيى بن على الكشميهنى يوسف بن احمد بن كج ابو القاسم الدينورى يوسف بن الحسن الزنجانى يوسف (nomen tantum) الزنجانى بن على يوسف (nomen tantum) بن محمد الشيخ ابو يعقوب الابيوردى

De ابو الحسن العبادى صاحب الرقم porro nihil traditur; ultimo vero loco agit auctor de ابو سعد بن ابى احمد الهروى.

Hic unius classis index sufficiat ut lectori pateat quanti pretii sit liber ad historiam litterariam illustrandam. Oblata opportunitate, passim de variis rebus, ad historiam politicam pertinentibus, complura tradit auctor.

Quinta classis (viri qui saeculo sexto diem supremum obierunt) incipit p. 143 et pergit usque ad p. 309, ubi *sexta* classis (viri qui saeculo septimo mortui sunt) incipit, quam p. 413 *septima* excipit.

Codices, nitidis sed minutis litteris exarati, ex auctoris autographo descripti sunt ut supra dixi; in subscriptione vol. secundi legitur: اخر الطبقات على ما وجد بخط المصنف. Satis antiquum esse constat, nam in fronte voluminis primi necnon in fine voluminis secundi exstat annotatio, quam qui scripsit testatur, se hunc Codicem anno 988 emisse et legisse. Continet volumen prius 455, alterum 638 paginas formae maximae.

MCI. (Cod. 1995 = Amîn 272.)

Pars ejusdem operis, quae incipit prope finem classis quintae in media vita Çalâh-ad-dîni et quidem a verbis ومن الكتب والمراسيم عنه (Cod. 73 *b*, p. 295). Post fol. 1 desideratur folium et alterum post

fol. 3. Classis sexta incipit f. 8 r., classis septima f. 78 v. In fine tria folia desunt, inde a Cod. 73 *b* p. 632, l. 5 a f.

Codex (231 folia) antiquus est, sed nulla anni nota reperitur. Operis Ibn-as-Sobkîi exemplaria sunt in Biblioth. Esc. n. 1664 (الطبقات الكبرى Vol. I); Paris. 2100 (Vol. I), 2101 (litteram عين complectitur); Bodl. (Uri) 667, 747 (الطبقات الوسطى) 727; id. Mus. Brit. 1297 (Vol. II); Mus. Asiat. Petr. (Rosen) 208; Cantabr. T. C. Cat. p. 14 (Vol. I); Berol. (Ahlw.) 10035 (Vol. II). Redactio brevis est in Bibliotheca Goth. 1762, in Mus. Brit. (Suppl.) 642 et Berol. (Ahlw.) 10036. Excerpta Reiskii e nostro Cod. Bibl. Havn. 118 (3).

MCII. (Cod. 532 Warn.)

« الْعِقْدُ الْمُذْهَبُ ، فِي طَبَقَاتِ حَمَلَةِ الْمَذْهَبِ » auctore Sirâdj-ad-dîn Abu-Hafç Omar ibn-Alî Schafi^cita, qui nomine Ibn-abi-'l-Hasan an-nahwî (vide titulum nostri Codicis), sed imprimis nomine Ibn-al-Molaqqin inclaruit [1]. Legitur hujus viri vita apud as-Sakhâwî, Cod. 369 *a*, p. 279—284 (cf. etiam Compendium hujus operis, Cod. 518, p. 118). Genere Hispanus, natus est al-Qâhirae mense Rabî' I anni 723, ibique anno 804 diem supremum obiit.

Praetor Hâdjî-Khalîfam (IV, 233) imprimis de hoc opere conferendus est Nicoll (p. 122), qui divisionem operis indicavit.

Ibn-al-Molaqqini opus 190 foliis constat; in folio vero 191 r. auctor testatur, se die 13 m. Dhu'l-Qadae anni 762 hujus operis تبييض absolvisse, quem inchoavisset initio mensis Schawwâli anni supra dicti; ejus مسوّدة inchoaverat die 12 mensis Schawwâli 753.

---

1) Pater hujus viri docti, Hispania relicta, se contulit Takrurum et deinde al-Qâhiram, in qua urbe quum in eo esset ut moreretur, filium anniculum tutelae schaikhi Isâ al-Maghribî commisit, viri probi, qui in templo Tuluni Qorânum docebat (كان يُلَقِّنُ القران بجامع طولون) quique mox pueri matrem uxorem duxit; quapropter hic *Filius doctoris Qorâni* appellatus est, officii viri qui eum tamquam filium adoptaverat ratione habita; sed ipse indignari solebat si hoc nomine compellabatur, et, quia pater linguae peritia innotuerat, se ipse *filium Grammatici* appellare solebat; quo nomine in Jemanae regionibus notus est. — As-Sakhâwî.

At praetorea ait, se opus appendice auxisse et compluribus ex discipulis diploma (اجازة) dedisse, quo iis permitteret cum ipsum librum tum appendicem aliis praelegere, et praeterea alia a se composita opera, quorum titulos, hac oblata opportunitate, memorat. Numero sunt 60. Absoluto hoc Catalogo, suam vitam enarrat, quam excipit annotatio, a librario profecta, ex qua discimus, Codicem descriptum esse anno 855 ex alio fide digno (معتمدة), ex auctoris autographo descripto anno 792, auctorisque nota ornato, qua testaretur, Codicis librarium ejus partem coram ipso legisse. De appendice (fol. 192 r. — 221 v.) etiam egit Nicoll (l. l.).

Ex iis quae monui jam satis patet, hunc antiquum Codicem magni esse pretii, quamquam scriptura valde incomta est.

Opus satis rarum est, nam praeter nostrum, Berol. (Ahlw.) 10039 et Codicem Oxoniensem nullus alius mihi innotuit.

MCIII. (Cod. 1917 = Amîn 188.)

Vita Ahmedis ibn-Hanbal, quae manu Maqrîzîi (+ 845) scripta esse videtur et probabiliter ad opus ejus *al-Moqaffâ* pertinet. Cf. Patton *Ahmed ibn Hanbal*, Praef. p. 8. Compilata est e diversis scriptis et statim incipit verbis قال الشيخ محمد بن محمد السغدى الحنبلى رحمه فى كتابه الجوهر المحصّل، فى مناقب الامام احمد بن حنبل". In fine plures biographos Ibn-Hanbalis enumerat, scribens وقد افرد جماعة من الايمّة مناقبه بالتصنيف كالامام ابى الحسين بن المُناوى والحافظ ابن منده والبيهقى وشيخ الاسلام الانصارى والفقيه ابى على بن البنّاء شارح الخُرقى والحافظ ابن ناصر والحافظ ابى الفرج بن الجوزى وعبد الرحمن بن ابى حاتم الرازى والحسن بن محمد الخلّال وغيرهم رضهم. Sunt 9 folia.

MCIV. (Cod. 2002 = Amîn 279.)

"تَوَالِى التَّأْنِيس، بِمَعَالِي ٱبْنِ إِدْرِيس", biographia imâmi as-Schâfiʿî auctore Ibn-Hadjar al-ʿAsqalânî (+ 852). In praefatione

auctor praedecessores memorat: فاوّل من علمته جمع في ذلك امام اهل الظاهر ابي (l. ابو) محمد داود بن علي بن خلف الاصبهاني وتلاه ابو عبد الله محمد بن ابراهيم البوشنجي ثم ابو محمد عبد الرحمن بن ابي حاتم الرازي ثم جماعة من ذلك العصر ثم جاء الحاكم ابو عبد الله محمد بن عبد الله الحافظ فجمع في ذلك كتابا حافلا كثير الفائدة ثم الحافظ ابو الحسين الآبري ثم القرّاب ثم تلاهم الحافظ ابو بكر احمد بن الحسين البيهقي فجمع ما في هذه الكتب وزاد عليها. حتى جاء ذلك في مجلّد ضخم ثم ذيّل عليه ذيلاً Divisit Ibn-Hadjar suum opus in duas partes: الباب الاول في ايراد الاحاديث عن هذا الامام التي اختصت بتلقيبها سلسلة الذهب فجعلت هذا الاصل الشريف عمدة هذا التاليف الخ الباب الثاني في ايراد مآثره منذ ابتداء مولده الى حين وفاته.

Codex, 68 folia, non male scriptus est, sed quo anno non additur. In titulo autem nota possessoris est ex anno 991.

Alterum exemplar Paris. 2098.

MCV. (Cod. 772 Warn.)

تَاجُ ٱلتَّرَاجِمِ فِى طَبَقَاتِ ٱلْحَنَفِيَّةِ auctore Qâsim *ibn-Qotlubogâ* (+ 879). De hoc libello egit Hammerus in *W. Jahrb.*, 73, *Anz.-Bl.*, p. 16—21, ubi ejus Indicem dedit. Postea anno 1862 integrum illud edidit G. Flügel in *Abhandlungen der Deutsch. Morgenl. Gesells.*, qui etiam nostro Codice usus est.

Codex, 55 foliis constans anno 958 exaratus est.

Praeter exemplum, quod antea Hammeri fuit (n. 237), nunc autem in Bibl. Caes. Vindob. n. 1174 asservatur, et nostrum, alia reperiuntur in Bibl. Berol. (Ahlw.) 10023, 10024; Lips. (Refâïja) n. 12; Bibl. Goth. (Pertsch) 1764; Alger. (p. 13).

MCVI. (Cod. 1724 (1) (Amin 4).)

„إِرْشَادُ الغَاوِى، بَلْ إِسْعَادُ الطَّالِب والرَّاوِى، لِلإِعْلَامِ بِتَرْجَمَةِ السَّخَاوِى“ autobiographia copiosa as-Sakhâwîi. Quum hic liber in bibliothecam

nostram reciperetur, singulae *korrâsae* et singula folia misere inter se permixta erant, quae deinde non sine molestia in ordinem redegit Houtsma. Patuit nunc ab initio 4 folia (cum titulo) deësse, deinde lacunas (unius probabiliter folii) exstare post fol. 47 et 237 et 5 folia quae olim in fronte Codicis agglutinata erant pertinere ad korrâsas 33 et 34, quae in fine operis collocanda essent. Totus liber qualem hic habemus, exceptis 5 illis foliis, constat 316 foll. Divisum est opus in 10 capita praeter introductionem (مقدمة) et conclusionem (خاتمة), sed capitis decimi luculentam ob causam tantum habemus titulum, parte paginae et sequente albis relictis. Introductio agit de quaestione utrum homini liceat necne semet ipsum laudare. Citat in ea auctor librum suum supra descriptum الضوء اللامع. Singulorum capitum argumenta sunt: 1i (f. 10 r.) في النسب; 2i (f. 14 v.) de educatione et institutoribus; inde a f. 28 v. ordine alphabetico omnes viri matronaeque a quibus didicit enumerantur; 3i (f. 61 r.) de peregrinationibus sacris quas suscepit, anno 870, postquam quum filius mortuus esset, de qua jactura anno 864 conscripserat librum ارتياح الاكباد، بارباح فقد الاولاد» (H. Khal. I, 244), etiam alterum post hunc natum amiserat, anno 885 et anno 896. Hujus et secundi capitis tituli non superinscripti sunt; 4i (f. 64 v.) فيمن احسن الثناء بالقلم واللسان، من

فيما بأسمه من الجهات، التي الشيوخ والطلبة والاقران»; 5i (f. 169 v.)

لا تُعَدُّ في نقص الارتضاع منها مع الامّهات» de variis muneribus quibus functus est et quarum in praefatione elenchus datur;

6i (f. 171 v.) في تعيين ما تيسّر من التصانيف على الترتيب، وتبيين

من حصلها كتابةً او قراءةً من ذوى الوجاهة والتقريب» الخ ut in praefatione inscribitur. In ipso opere capiti superscribitur في التخاريج والتصانيف، ونحوها من المختصرات والتصاريف» وكان شروعه في ذلك

فيما وقع لى من نثر، لا من قبيل الحمسين وهلمّ جرّا; 7i (f. 176 v.)

على وجه الحصر بغير حصر; 8i (f. 265 v.) aut ut in corpore libri

في تجريد من سمع منّى او علىّ، دراية او رواية مما يوجه الىّ». alphabetica enumeratio discipulorum, inter quos etiam mulieres; 9i (f. 312 v.) في الاشارة لنبذة من طريقته، وتحرير العبارة في شرذمة

من سبرته; 10[i] (f. 316 r.) post decessum auctoris ab alio addendi, argumentum esse deberet tempus et locus obitus et quidquid ad funus et testamentum pertineret. Nemo hoc mandatum exsecutum fuisse videtur. Vita brevis Sakhâwîi est in Cod. 1742 f. 2 v. sub anno 902. Conclusio egit في اغلب اعمار هذه الامّة ، واعاجيب الاخبار في المعمّرين وما لذلك من تتمّة ‹‹ وموت الاقران ، وفوت ذاك العزّ بوجودهم وزائد الاحسان ‹‹. Major hujus pars continetur quinque ultimis Codicis foliis, de quibus supra sermo fuit.

Liber nitide scriptus, cujus alterum exemplar non innotuit, secundum Amîn et Landberg exaratus est a Sakhâwîi discipulo Mohammed ibn-Fahd al-Hâschimî (+ 954).

MCVII. (Cod. 416 (1) Warn.)

As-Sojutîi (+ 911) طَبَقَاتُ المُفَسِّرِين, *Classes Interpretum Qorâni*, quod opus ex hoc Codice, unico in Europa, anno 1839 edidit Meursinge cum Prolegomenis et Commentario.

MCVIII. (Cod. 2005 = Amîn 282.)

كتاب تَبْييض الصَّحيفة ، بمَنَاقِب أَبي حَنيفة ‹‹ auctore as-Sojutîo (+ 911). Cf. H. Khal. II, 186 n. 2407. Libellus 9 foliorum hanc habet subscriptionem: ملخّصا بحذف الاسانيد فان المؤلف كان له نسخة غير هذه مذكور فيها الاسانيد واختصر ما رقم والله اعلم بالصواب واليه المرجع والمآب علق في اواخر شهر ربيع الاول سنة ١١٨٨.

Alia exemplaria Paris 2094; Berol. (Ahlw.) 10002.

MCIX. (Cod. 474 (9) Warn.)

Tractatus as-Sojûtîi de reformatoribus religionis singularum centuriarum a Propheta praedictis: ان الله يبعث لهذه الامّة على راس كلّ مائة سنة من يجدّد لها امر دينها. Hi sunt: 1. Omar ibn-Abd-al-Azîz; 2. ar-Schâfiʿî; 3. Ibn-Soraidj [1]) aut al-Aschʿarî; 4. Abu-Bekr al-

1) Cod. saepe شريح.

Bâqalânî aut Abu-'t-Taijib aç-Ço^cluqî aut Abu-Hâmid al-Isfarâînî; 5. al-Ghazâlî; 6. Fakhr-ad-dîn ar-Râzî aut ar-Râfi^cî cet. De multis inter viros doctos non constat. Necesse autem est eos pertinere ad familiam sanctam (اهل البيت) i. e. ad Qoraischitas amplissimo sensu, non minus quam viri qui duabus aliis dignitatibus funguntur, khalifae regnantes et khalifae occulti i. e. viri illi qui nomine honorificentissimo al-Qotb appellantur. In fine datur poëma metro Redjez de argumento hujus tractatus ab ipso Sojutîo pactum. Titulum, habet „تُحْفَةُ المُهْتَدِين بأسماءِ المُجَدِّدِين".

Sunt 20 paginae exaratae anno 987 ut omnia hujus voluminis opuscula.

MCX. (Cod. 1997 = Amîn 274.)

Hic Codex casu quodam igne laesus est, quo folia nonnulla ab initio et a fine perierunt. Continet lexicon biographicum Schâfi^citarum alphabetice dispositum, cui praemissa fuit notitia de ipso Schâfi^cîo, de filiis ejus et discipulis. Quod nunc est primum folium incipit a genealogia Schâfi^cii, ultimus ultimi folii est يوسف ابن الزكى عبد الرحمن بن يوسف القضاعى الكلاثى — المزى + 742, ita ut non multa deperdita esse pateat. Quisnam auctor sit, non patet. In fronte Codicis exstat annotatio Schaikhi Amîn eum fuisse Schihâb-ad-dîn ibn-Arslân ibn-Ahmed ibn-al-Hosain ar-Ramlî Schâfi^cita + 844 (cf. H. Khal. IV, 144). Quominus autem hoc admittamus, chronologia obstat. Nam plus semel laudat Ibn-Hadjar (+ 852); duos viros doctos memorat anno 850 mortuos, quorum unus (Mohammed ibn-Alî ibn-Mohammed ibn Ja^cqub, judex supremus) magister fuerat patris auctoris (وبه تخرج والدى); Çâlih ibn-Omar-ibn-Raslân al-Bolqînî judicem supremum + 868 appellat شيخنا. De hoc viro addit ونزلت سلسلة الفقه بموته درجة فانه اخر مَن كان بينه وبين الامام الشافعى رضه فى اسناد الفقه.... [1] عشر رجلا. Denique de Othmân ibn-Abdallah Fakhr-ad-dîn المقسى, qui anno 817 natus est, anno 877 obiit, dicit eum patris sui et aliorum

1) Locus vacuus in Cod. relictus.

doctorum suorum discipulum fuisse et se ipsum ei successisse in cathedra scientiae traditionis, et de Mahallîo (+ 864) annotat eum fuisse doctissimum omnium quos ipse noverat (اعلم من ادركناه). Fieri igitur potest auctorem esse Sojutîum (+ 911), qui sub titulo الوجيز opus de doctoribus Schâfi'itis conscripsit.

Sunt 120 folia currente calamo exarata.

MCXI. (Cod. 814 (4) Warn.)

Titulus in Codice est: هذه رسالة فى بيان احوال السلف وطبقاتهم من العلماء الراسخين من تاليفات ابن كمل پاشا عليه الرحمة. Obiit Ibn-Kemâl-Pâschâ (vel Kemâl-Pâschâ-zâdeh) anno 940.

Doxologia et praefatione carens, agit liber de viris doctis quorum nomina haec sunt:

احمد بن على ابو بكر الرازى المعروف بالجصّاص ۞ احمد بن عمرو وقيل عمر بن امهر وقيل مهران ابو بكر الخصاف الشيبانى ۞ احمد بن محمد بن جعفر بن حمدان ابو الحسين ابن ابى بكر القدورى البغدادى صاحب المختصر ۞ احمد بن محمد بن سلامة ابو جعفر الطحاوى احمد بن محمد بن عمر ابو العباس الناطفى ۞ احمد بن محمد بن عمر ابو نصر وقيل ابو القاسم زين الدين العتابى (والعتابى نسبة الى العتابية [1]) محلّة ببخارى) ۞ احمد بن محمد بن محمد [2]) ابو نصر الاقطع ۞ احمد بن ابراهيم بن يوسف شهاب الدين ابو العباس ۞ احمد بن ابراهيم بن داود المقرئ الحلبى شهاب الدين ابو العباس المعروف بابن البرهان ۞ احمد بن ابراهيم (بن adde) عبد الغنى قاضى القضاة شمس الدين ابو العباس السروجى ۞ احمد بن الحسن شهاب الدين المعروف بابن الزركش ۞ اسد بن عمرو ابو عمر الفقيه الكوفى ۞ اسمعيل بن حماد بن الامام الاعظم ابى حنيفة ۞ امير كاتب بن امير عمر العميد بن العميد امير غازى الاتقانى ۞ الجامع لقب ابى عصمة نوح بن ابى مريم يزيد بن جعونة المروزى ۞ الحسن بن زياد اللولوى ۞ الحسن بن منصور — المعروف بقاضى خان فخر الدين ۞ الحسن بن احمد — المعروف بابن امين الدولة ۞ الحسين بن على بن

1) Ibn Kutlubuga n. ١٧ العتابية. Sojutî in *Lobb al-lobâb* non habet.

2) Excidit nomen; vid. Ibn Kutlubuga n. ١٨.

لحجاج بن حسام الدين الصغناقى ✿ لحسين بن عبد الله ابو على
بن سينا (Aricenna) ✿ زفر بن الهذيل بن قيس العنبرى البصرى ✿
عبد الله بن احمد بن محمود حافظ الدين النسفى ابو البركات ✿
عبد الله بن محمود ــ مجد الدين ابو الفضل الموصلى ✿ عبد
الرحمن بن محمد بن ابراهيم ركن الدين ابو الفضل الكرمانى ✿
عبد العزيز بن احمد ــ شمس الايمّة الحلوائى عبد الله[1]) بن عمر
بن عيسى ابو زيد الدّبُوسى ✿ عبد الله[2]) بن الحسين ــ ابو
الحسن الكرخى ✿ عبيد الله بن مسعود بن محمود صدر الدين
المحجنوى ✿ عثمان بن على ــ فخر الدين ابو عمرو الزيلعى ✿
على بن محمد ــ فخر الاسلام البزدوى ✿ على بن ابى بكر بن عبد
الجليل الفرغانى برهان الدين المَرْغينانى الرشدانى ✿ على بن محمد
بن اسمعيل الاسبيجانى شيخ الاسلام السمرقندى ✿ عمر بن عبد
العزيز المعروف بالحسام الشهيد ✿ عمر بن محمد ــ جلال الدين
الخبّازى ✿ عمر بن اسحق ــ الغزنوى سراج الدين ابو حفص الهندى ✿
عبد العزيز بن احمد بن محمد ✿ محمد بن احمد بن ابى سهل
السرخسى شمس الايمة ✿ محمد بن الحسن بن وقد الشيبانى ✿
محمد بن سماعة بن عبيد بن بلال بن وكيع ✿ محمد بن
عبد الرحمن بن احمد الملقب بالزاهد العلاء ابو عبد الله البخارى ✿
محمد بن محمد بن عمر ابو عبد الله الحسام الاخسيكثى ✿
محمد بن محمد ــ المعروف بالبرهان النسفى ✿ محمد بن محمد
ــ رضى الدين برهان الاسلام السرخسى ✿ محمد بن محمد ــ
ابو منصور الماتريدى امام الهدى ✿ محمد بن محمد ــ ابو اليسر
البزدوى اخ (اخو .l) الامام على ✿ محمد بن محمد بن محمود
اكمل الدين البابرى (البابرْتى .l) ✿ الزمخشرى فخر خوارزم ✿ منصور
بن احمد بن يزيد ابو محمد الخوارزمى القاعانى[3]) ✿ يعقوب بن
ابراهيم بن جندب ــ ابو يوسف القاضى صاحب ابى حنيفة ✿
يوسف بن ابى بكر ــ ابو يعقوب السكاكى سراج الدين الخوارزمى ✿

Tituli librorum, ab his viris compositorum, in singulis capitibus

---

1) Ibn Kutlub. n. ١٠٧ عبيد الله. Ordo alphab. pro hac lectione facit.

2) Idem n. ١١٥ عبيد الله; cf. ann. 363 et 878.

3) Ibn Kutlub. in ٢٣١٧ القاءانى.

traduntur. Accedit in fine libri dissertatio de septem classibus in quas faqîhi distribuuntur, traditurque ad quamnam singuli pertineant.

Liber, 29 paginis constans, recentiori tempore bene exaratus est. De Codice vid. de Jong in praef. ad Tha^câlibîi *Latâif al-ma^cârif*.

MCXII. (Cod. 981 (42) Warn.)

Alterum exemplar, anni nota carens.

MCXIII. (Cod. 2014 = Amîn 291.)

بيت قصيد الصدق من ذلك الطراز ترجمة عين اعيان بنى الصديق مفتى الحجاز auctore Mohammed ibn-Alî ibn-Fadhl al-Hosainî Schâfi^cita qui fungebatur munere imâmi apud maqâm-Ibrahîm in delubro Meccano. Vixit probabiliter saeculo undecimo. Auctor in praefatione dicit se postquam absolvisset opus historici argumenti c. t. اتحاف فضلاء الزمن بتاريخ ولاة بنى الحسن mihi incognitum voluisse edere separatim biographiam schaikhi Abd-al-Qâdir ibn-abî-Bekr Hafîd aç-Çiddîk anno H. 1080 Meccae nati, quem magnificentissimis laudibus persequitur interjectis carminibus laudatoriis ab aliis viris compositis.

In subscriptione dicitur hoc exemplar absolutum fuisse anno 1131. Sunt 10 folia sat bene exarata.

MCXIV. (Cod. 644 (20, 21 et 22) Warn.)

مناقب امير سلطان panegyricus Schaikhi Mohammed al-Bokhârî, cujus tumulus exstat in urbe Brusa. Floruit circa annum 800; vid. Hammer, *Geschichte des osmanischen Reiches*, I, p. 234 seq. et cf. hujus catalogi[1] tom. III, p. 36 et H.-Khal. VI, p. 151. Auctor appellatur Ibrâhîm ibn-Zain-ad-dîn al-Hâdjî Qâsim al-Halebî Hanafita, vulgo Hanbalizâdeh dictus, ut docet H.-Khal. IV, p. 355, secundum quem obiit anno 983.

In media *manqaba* decima abrupte desinit opusculum. Sunt 6 foll. Alterum exemplar mihi non innotuit. Praecedunt duo tractatuli, quorum prior, لطائف مولانا لُطْفى, incipit a verbis الحمد لله الذى خلق الخيل والبغال الخ et Turcice scriptus est (3 pagg.);

alter (7 pagg.), titulo carens et manu incomta Persice exaratus, hoc initium habet: ان هذه تذكرة (Sur. 73, vs. 19) قال الله تعالى فمن شاء اتّخذ الى ربّه سبيلا.

MCXV. (Cod. 644 (27) Warn.)

قصّة ابن عبد السلام. Narratio quomodo illustrissimus jurisconsultus ʿIzz-ad-dîn ibn Abd-as-Salâm (+ 660) accusatus est apud Damasci principem al-Malik al-Aschraf Musâ, filium principis al-Malik al-ʿÂdil, (+ 635) et quomodo se ipsum vindicavit. Desumta esse videtur e lexico biographico quodam, nam in fine adduntur duo capitula de jurisconsultis Mahmud ibn-Ahmed ibn-Abd-al-Wâhid ibn-Ahmed al-Ispahânî (565—599) et Mahmud ibn-Ahmed ibn-al-Faradj ibn-Abd-al-ʿAzîz (485—560). Laudatur in narratione nostra liber مطلب الاديب auctore Abu-Bekr ibn-Alî al-Hosainî (H.-Khal. V, p. 600 الحسنى) as-Sojutî, cujus aetas mihi cognita non est. Sunt 4 pagg. Sequuntur aphorismata nullius pretii.

MCXVI. (Cod. 644 (29) Warn.)

Vitae theologorum, a possessore Codicis adscriptae, inter quas notandae vitae Mohammedis al-Bokhârî, viri sancti qui Brusae sepultus est (vid. supra n. MCXIV), al-Firuzabâdîi, *Qâmusi* auctoris, anno 727 nati, Ibn-Qâdhî Simâwna (+ 818), aliorum.

Inter aphorismata quae sequuntur est tractatulus ille al-Quçunîi de coffea, hujus catalogi[1] tomo III, p. 281 descriptus.

MCXVII. (Cod. 1284 (1) Schult.)

Fragmentum vitae as-Schâfiʿîi, auctoris nomine, titulo et fine carens, et 19 constans paginis. Liber incipit a verbis: الحمد لله الذى رفع العلماء الى اشرف المناصب. Post doxologiam: قال اصحاب التاريخ ولد الامام الشافعى رضّه بغزة من بلاد فلسطين ومات عنه ابوه النح ۞

20. VITAE IUDICUM.

MCXVIII. (Cod. 970 Warn.)

Inter complures qui de Aegypti Judicibus librum composuerunt, fuit Ibn-Hadjar al-'Asqalânî (+ 852), cujus liber vocatur رَفْعُ الاصْرِ عن قُضَاةِ مِصْرَ. Reperitur hic liber in Bibl. Paris. n. 2149. Appendice illum auxit discipulus ejus as-Sakhâwî, qui, teste Hâdjî-Khalîfa, appendicem vocavit بُغْيَةُ العُلَمَاء والرُّوَاة. Hunc vero titulum in nostro Codice non reperi, quippe cujus inscriptio est: هذا كتاب ذيل السخاوى على رفع العصر عن قضاة مصر ۞

Hic itaque liber vitas continet Judicum Aegyptiorum quorum nomina haec sunt:

ابراهيم بن محمد بن عبد الله بن سعد برهان الدين الحنفي ويعرف بابن الديرى 2 r.

ابراهيم بن محمد — برهان الدين ابو اسحق المغربى القهوقى اللقانى المالكى 4 v.

احمد بن ابراهيم — عز الدين ابو البركات — الحنبلى 5 v.

احمد بن احمد — بهاء الدين المالكى 23 v.

احمد بن احمد — ولى الدين الاسيوطى الشافعى ibid.

احمد بن عبد الله — شهاب الدين الاموى المالكى 28 v.

احمد بن على i. e. *Ibn-Hadjar*, auctor historiae Judicum Aegypti 29 r. et praeceptor as-Sakhâwîi.

احمد بن محمد — المالكى — ويعرف بابن تَقِىّ (بفتح الفوقانية ثم قاف مكسورة نسبةً للقب بعض اجداده تقى الدين) 33 v.

احمد بن محمد — صلاح الدين الحبشى المكينى 35 v.

احمد بن محمود — شهاب الدين الاذرعى الدمشقى الحنفى عرف بابن الكشك 39 v.

احمد بن ناصر — شهاب الدين ابو العباس المقدسى الباعونى الناصرى الدمشقى الشافعى (وباعون بالقرب من عجلون من عمل صفد) 40 r.

احمد بن نصر الله — محبّ الدين — التسترى الاصل البغدادى المولد والدار الحنبلى 41 r.

46 r. الحسن بن على ــ الحنفى عرف بابن الصواف
47 v. زكريا بن محمد ــ زين الدين الانصارى الشافعى
52 v. سعد بن محمد ــ شمس الدين النابلسى الاصل المقدسى الحنفى عرف بابن الديرى نسبة الى مكان بمردا جبل نابلس او الدير الذى بحارة المرداويين من بيت المقدس

58 r. سليمن بن ابى العزّ ــ صدر الدين ابو الربيع الاذرعى الحنفى
59 r. شاهنشاه بن بدر الجمالى الارمينى امير الجيوش ابو القاسم
60 r. صالح بن عمر بن رسلان ــ علم الدين ابو البقا الشافعى

71 v. عبد القادر بن احمد ــ ابو الثناء المالكى ويعرف كأبيه بابن تقىّ

72 v. على بن محمد ــ صدر الدين ابو الحسن الحنفى عرف بابن الادمى

74 r. على بن محمود ــ علاء الدين ابو الحسن السّلمىّ (نسبة الى سلمية وربما كتب السلمانى) ــ الحنبلى عرف بابن المغلى

76 r. على بن نصير السخاوى
76 v. على بن يوسف ــ نور الدين الدميرى المالكى

ibid. عمر بن ابى بكر ــ سراج الدين ابو حفص المالكى الشهير بابن حُريز
78 r. عمر بن عبد الوهاب ــ صدر الدين الشافعى ويعرف بابن بنت الاعز
78 v. عمر بن محمود ــ سراج الدين الرازى المصرى الحنفى
79 r. محمد بن محمد ــ شمس الدين الحنفى عرف بابن الامشاطى

84 r. محمد بن احمد بن عثمن بن نَعيم بن مقدّم ــ بن عُلَيْم

91 r. محمد بن احمد ــ ناصر الدين ابو الخير الحنفى ويعرف بابن الاخميمى

93 v. محمد بن احمد ــ جمال الدين المالكى عرف بابن التنيسى
ibid. محمد بن احمد ــ بدر الدين ابو الاخلاص المالكى عرف بابن التنيسى (اخو الذى قبله)

94 v. محمد بن احمد ــ ولى الدين السَفْطى نسبة لسفط الحنا من الشرقية الشافعى ابن عمة الفخر الاسيوطى
99 r. محمد بن اسحق ــ تاج الدين السلمى المناوى الشافعى
99 v. محمد بن ابى بكر ــ حسام الدين ابو عبد الله المالكى عرف بابن حُريز
101 v. محمد بن عبد الرحمن ــ تاج الدين ابو سلمة الشافعى

102 v. محمد بن عبيد الله ــ ابو عبد الله القرشى الكُويزى

103 r. محمد بن عثمان ــ محبّ الدين الكرادى الاصل نسبة لكراد بفتح الراء الخفيفة قبيلة من التركمان الحنفى عرف بابن الاشقر

107 r. محمد بن على ــ شمس الدين ابو عبد الله الشافعى

113 v. محمد بن عمار ــ شمس الدين ابو ياسر المالكى عرف بابن عمار

116 v. محمد بن عمر ــ ناصر الدين ابو غانم الحنفى عرف بابن العديم

117 v. محمد بن عمر ــ شمس الدين ابو عبد الله الحنفى عرف بابن المغربى

119 v. محمد بن محمد ــ بدر الدين الحنبلى عرف بالسعدى

124 v. محمد بن محمد ــ زين الدين ابو القاسم المالكى

125 r. محمد بن محمد ــ بدر الدين ابو السعادات الشافعى

132 v. محمد بن محمد ــ ناصر الدين عرف بابن الصالحى

133 r. محمد بن محمد ــ ولى الدين ابو البقاء المالكى

134 v. محمد بن محمد ــ بدر الدين ابو المحاسن الحنبلى

137 v. محمد بن محمد ــ شمس الدين الشافعى

138 v. محمد بن محمد ــ محبّ الدين ابو الفضل الحنفى عرف بابن الشحنة (ابن الذى بعده)

155 v. محمد بن محمد ــ محبّ الدين ابو الوليد الحنفى عرف بابن الشحنة

166 v. محمود بن احمد ــ بدر الدين ويعرف بالعينى

172 r. موسى بن احمد ــ شرف الدين ابو البركات الحنفى عرف بابن عيد

184 r. ابو بكر بن محمد ــ زين الدين الشافعى عرف بابن مزهر

Codex bonae notae, 192 folia continens, Meccae exaratus est decimo Arabum saeculo. In fine accedit carmen duarum paginarum, incomte exaratum et inscriptum: هذه القصيدة من نظم القاضى ابى يعلى حمزة بن عبد الرزاق بن ابى حصين يرثى مخلص الدولة ابو (l. ابا) الفتوح مقلد بن نصر بن سعد الكنانى وهى من فائق الشعر قليلة الوجود بايدى الناس ۞

